




CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XX.

Q. SEPT. FLORENT. TERTVLLIANI OPERA

EX RECENSIONE

AVGVSTI REIFFERSCHEID

ET

GEORGII WISSOWA

PARS I

PRAGAE
F. TEMPSKY.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY
BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

LIPSIAE
G. FREYTAG.

MDCCCLXXXX.

Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum.

Vindobonae apud Tempsky bibliopolam.

VOL. XVI. POETAE CHRISTIANI MINORES. (I. pars.) Paulini Petricordiae Carmina rec. M. Petschenig, Orientii Carmina rec. R. Ellis, Paulini Pellaei Eucharisticos rec. G. Brandes, Claudii Marii Victoris Alethia et Probae cento rec. C. Schenkl. 8 fl. 20 kr. = 16 Mark 40 Pf.

VOL. XVII. CASSIANVS. (I. pars.) Prolegomena. Institutionum libri XII. Contra Nestorium libri VII. Indices. Edidit M. Petschenig. 10 fl. 25 kr. = 20 Mark 50 Pf.

VOL. XVIII. PRISCILLIANVS. Edidit G. Schepss. 4 fl. 25 kr. = 8 Mark 50 Pf.

VOL. XX. QVINTI SEPTIMI FLORENT. TERTVLLIANI OPERA. Ex recensione Avgvsti Reifferscheid et Georgii Wissowa. Pars I. 7 fl. 80 kr. = 15 Mark 60 Pf.

Praelo exercentur:

VOL. XIX. LACTANTIVS. (I. pars.) Edidit S. Brandt.

VOL. XXI. FAVSTVS. Edidit A. Engelbrecht.

VOL. XXII. HILARIVS. (I. pars.) Edidit A. Zingerle.

VOL. XXIII. CYPRIANVS. (Gall. poet.) Edidit R. Peiper.

CORPVS

SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XX.

Q. SEPT. FLORENT. TERTVLLIANI OPERA

EX RECENSIONE

AVGVSTI REIFFERSCHEID

ET

GEORGII WISSOWA

PARS I

PRAGAE
F. TEMPSKY.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXX.

QVINTI SEPTIMI FLORENTIS

TERTVLLIANI

OPERA

EX RECENSIONE

AVGVSTI REIFFERSCHEID

ET

GEORGII WISSOWA

PARS I

PRAGAE F. TEMPSKY. | VINDOBONAE F. TEMPSKY | LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXX.

VINDOBONAE, TYPIS DESCRIPSIT ADOLPHVS HOLZHAVSEN.

PRAEFATIO.

Q. Septimi Florentis Tertulliani librorum recensionem, opus arduum profecto et innumeris fere difficultatibus inuolutum, qui ante longum temporis spatium se praestiturum esse promiserat multumque ad eam promouendam et laboris et ingenii contulerat, Augustus Reifferscheid, cum ante hoc biennium praematura morte ex semiperfecto opere auocaretur, reliquit praeter conlationes codicum Agobardini Montepessulani aliorum ipsius editionis uolumen primum ita elaboratum, ut paucis aut mutatis aut additis prelo tradi posset. quod ut quam proxime fieret consulendum esse censuimus, qui tantis uirorum doctorum desideriis nouam Tertulliani operum recensionem expectari uideremus, simulque rem ita esse instituendam, ut ne quid Reifferscheidii meritis detraheretur talisque prodiret haec recensio, qualem ipsum eam editurum fuisse uidebamus. itaque ad quos editionis cura peruenit ita distributis officiis egimus, ut Alexander Reifferscheid Gryphiswaldensis, defuncti frater, apparatus critici cum ipsis codicum conlationibus denuo comparandi munus susciperet, Guilelmus Hartel et Georgius Wissowa et ipsas Reifferscheidii schedas relegeremus, cum si quid contra externam quam aiunt aequabilitatem commissum erat corrigentes tum quae imperfecta relicta erant supplentes, et in plagulis corrigendis coniuncta opera elaboraremus; emendationes uero et coniecturas nostras addidimus non ita paucas eam seruantes legem, ut nullas aut in uerborum textum reciperemus aut in apparatu critico commemoraremus, nisi quas nos etiam ipsi Reifferscheidio, si fata siuissent, probaturos fuisse confideremus. quarum si quae ampliore explicatione indigent

earum propediem rationem reddet Guilelmus Hartel in commentatione actis academiae Caesareae Vindobonensis inserenda. denique non mediocriter adiuti sumus Adolfi Harnack Berolinensis beneficio, qui plagulis perlectis adnotationes quasdam suas et coniecturas comiter nobiscum communicauit; cui hoc quoque loco debitas gratias agere iucundum est.

Totius autem editionis per tria uolumina disponendae hunc ordinem esse uoluit Reifferscheidius, ut huic primo tomo ea Tertulliani scripta destinaret, quae aut in solo Agobardino codice omnium pretiosissimo seruantur aut nullis continentur libris manuscriptis hodie superstitibus, ita ut ad editionum ueterum, inprimis Gangneianae fidem recensenda sint.[1] quam dispositionem ita persequemur in sequentibus uoluminibus, ut alteri tribuantur et reliqua libri Agobardini scripta et ii libri, quorum recensio codicibus nititur saeculo quinto decimo uetustioribus, tertio quicquid solis libris nouiciis traditum est. edentur autem haec uolumina a Georgio Wissowa, qui iussu academiae Caesareae Vindobonensis Reifferscheidio in uacuam prouinciam successit, isque in prolegomenis alteri tomo praemittendis operum Tertullianeorum historiam criticam fusius enarrabit. hoc uero loco de subsidiis criticis ea tantum, quae in hoc primo uolumine adhibendo scienda sunt, quam breuissime adumbrabimus, argumentis posteriori illi commentationi reseruatis.

Omnes quotquot exstant Tertulliani libros manuscriptos cum
A aetate tum pretio longe uincit codex Parisinus latinus 1622 membranaceus saec. IX, qui Agobardinus uulgo audit a primo possessore Agobardo episcopo Lugdunensi; de cuius libri historia hodie uidendus est Maximilianus Klussmann, *Curarum Tertullianearum particulae tres* (Gothae 1887) p. 6 sqq. est liber formae oblongae, patens in altitudinem centimetra

---

[1]) In hac editione libros qui Agobardi codice continentur ordine eorum seruato excipere debebant ii qui Gangneio debentur, et fortasse nos non recte fecimus, quod Reifferscheidium, qui ordinem ab Oehlero institutum recepit, corrigere noluimus. ne quid uero legentium commoditas desideraret librorum indici praefationi adnexo sigla codicum, quibus singula opuscula continentur, adiecimus.

uiginti septem, in latitudinem undeuiginti semis; singulae paginae uicenorum binorum uersuum sunt. exarauit totum codicem librarius unus, qui idem sua ipsius errata aut inter scribendum aut post finitam perscriptionem correxit; ubicumque igitur in apparatu *A corr.* adnotatum est, ipsum librarium ueram lectionem reposuisse sciendum est, nec minus sicubi in apparatu singulae uocabulorum litterae inclinatae exprimuntur, eas ab ipso librario in rasura esse positas. manuum recentiorum aut duarum aut trium perpauca uestigia, neque eae ultra litterarum euanidarum restaurationem aut leuium mendorum correctionem quicquam conatae sunt. sicut ex indice praefixo adparet[1]) codex olim continebat hos libros: 1. *ad nationes libri duo,* 2. *de praescriptione haereticorum,* 3. *scorpiace,* 4. *de testimonio animae,* 5. *de corona,* 6. *de spectaculis,* 7. *de idololatria,* 8. *de anima,* 9. *de oratione,* 10. *de cultu feminarum libri duo,* 11. *ad uxorem libri duo,* 12. *de exhortatione castitatis,* 13. *de carne Christi,* 14. *de spe fidelium,* 15. *de paradiso,* 16. *de uirginibus uelandis,* 17. *de carne et anima,* 18. *de patientia,* 19. *de paenitentia,* 20. *de animae submissione,* 21. *de superstitione saeculi;* nunc uero posteriore parte amisssa codex desinit in medio fere libro qui est de carne Christi (in uerbis *sed animae nostrae* c. 10, p. 445, 20 ed. Oehler. mai.), ita ut et huius libri pars posterior et scripta quae sequebantur octo interciderint, e quibus quinque *(de spe fidelium, de paradiso, de carne et anima, de animae submissione, de superstitione saeculi)* plane interierunt. quae superest codicis pars numeratur hodie foliis ducentis quattuor, sed exstant reuera ducenta tria, cum exciderint folia duo 139 et 140 (hoc est *de anima* c. 26, p. 344, 8 — c. 28, p. 347, 28 huius editionis), post f. 170 unum exstet folium (170bis) in dinumeratione omissum. porro iam librum archetypum, e quo *A* descriptus est, foliis euulsis mutilatum fuisse patet e duabus lacunis maioribus in *A* conspicuis, quarum altera libri *de ido-*

A corr.

[1]) Inscriptiones librorum dedimus correctas, non quales exstant in indice, de quo cf. Klussmannus l. c. p. 12 sqq., secundum quem et ordinem in indice turbatum restituimus.

lolatria exitus (inde a c. 18, p. 53, 7) et *de anima* exordium (usque ad c. 6, p. 307, 4), altera operis *de oratione* finis (inde a c. 21, p. 192, 23) et libri *de cultu feminarum* prioris capita quattuor prima cum initio quinti (usque ad p. 707, 6 ed. mai. Oehler.) absorpta sunt. sed ne sic quidem quae restant in codice integra nobis tradita esse quam maxime dolendum est; nam, ut repetantur uerba Maximiliani Klussmann (l. c. p. 6), *extremae foliorum orae miseram labem traxerunt, situ et humore deletae et arrosae, ut extremae aut uoces aut litterae euanuerint. id quod cum aliis locis non paucis factum est, tum libri ad nationes, in his potissimum secundus, grauissimum detrimentum ceperunt. namque est ubi partes orarum aut deuulsae sint aut situ deletae exciderint . . . eadem labes ad folium usque CXI serpsit, ut folia plus minus aut arrosa aut detersa aut deleta sint. integra tamen manserunt fol. CXII et quae sequuntur.* quam ob causam ut ubique intellegeretur, quid in libro clare dispici possit quid euanuerit, Reifferscheidius his uncinis ⌊ ⌋ ipsis textus typis in pede adpositis usus est, quibus inclusit litteras in *A* non iam conspicuas, praeterea diligentissime adnotans, sicubi plures paucioresue litteras quam quae in textu leguntur in codice extitisse aut litteras euanidas ab editis diuersas fuisse probabile uidebatur. quae ratio cum sufficeret in edendis libris qui sunt *scorpiace, de testimonio animae, de spectaculis, de idololatria,* ultra progrediendum erat in libris *ad nationes,* quorum singularis est condicio: in eis enim non solum, id quod in reliquis quae diximus scriptis usu uenit, ubique in singulis uersibus foliorum rectorum ultimae, uersorum primae litterae interciderunt, sed inprimis in secundo libro multis locis uel dimidiae uersuum partes aut eo plus deletae sunt. quod quo facilius pateret, in his libris Reifferscheidius non paginarum modo sed et uersuum confinia hastis rectis interpositis signauit; deinde cum adpareret hanc miselli codicis labem ex quo ille in hominum doctorum cognitionem uenit haud mediocriter creuisse ac praeterea in tam multarum litterarum defectu de lacunarum ambitu perincertum esset iudicium, in horum librorum apparatu praeter suam conlationem ea quoque adnotauit, quae plura

aut diuersa legisse se testati sunt ii, qui ante Reifferscheidium librum Agobardinum apicibus tum fortasse integrioribus manibus uersarunt. in quibus primo loco nominandus est Iacobus Gothofredus, qui codicem Geneuae usurpauit anno 1624 eiusque in libris *ad nationes* uarias lectiones adnotauit in huius operis editione principe anno insequenti emissa, accuratione is quidem usus illius aetatis consuetudinem longe excedente. Gothofredum in excutiendo codice excepit Stephanus Baluzius, cuius conlationem editionis Rigaltianae a. 1641 publicatae exemplari Monacensi in margine adpictam in usum uocauit Oehler, qui idem tertia quoque eiusdem libri conlatione usus est a Gustauo Friderico Hildebrand confecta. quorum quantam quisque adhibuerit et peritiam et diligentiam in praefatione secundi tomi demonstrabitur, nunc si quis cupit facile iudicare potest comparatis eorum testimoniis cum Reifferscheidii conlatione, in qua tota haec recensio nititur. qui accuratissime codicem excussit annis 1867 et 1876 tertiumque eum inspexit, postquam librorum *ad nationes* conlationem a Maximiliano Klussmann anno 1880 factam et insequenti anno publicatam[1]) nonnullis locis a sua dissentire uidit; itaque sicubi in huius editionis apparatu diuersa a lectionibus Klussmannianis adnotata inuenies, nostra uera esse scito.

*Goth** *Bal** *Hild**

Post *A* in recensendis huius uoluminis libris summi momenti est Tertulliani editio ab Ioanne Gangneio Parisiis a. 1545 emissa, qui operibus Tertullianeis ante a Beato Rhenano publicatis nouem addidit usque eo ignota, *de testimonio animae, de anima, de spectaculis, de baptismo, scorpiace, de idololatria, de pudicitia, de ieiunio aduersus psychicos, de oratione,* hoc est scripta quae hoc primo uolumine continentur omnia praeter duos *ad nationes* libros, quorum editionem principem anno demum 1625 ab Iacobo Gothofredo factam esse diximus. Gangneius uero cum se in his scriptis edendis uetustissimo codice usum esse testetur, hunc ipsum fuisse Agobardinum certissimis argumentis demonstrari potest. nec tamen minus certum, eum

B

[1]) *Curarum Tertullianearum particulae I et II,* Halis 1881, quae dissertatio repetita est in libro supra citato p. VI.

alterum praeterea librum in usum uocasse, cum non solum librorum *de idololatria* et *de anima* lacunae, quas iam in *A* codicis archetypo fuisse uidimus, in *B* expleantur, sed tria scripta *(de baptismo, de pudicitia, de ieiunio aduersus psychicos)*, quae neque in *A* umquam fuisse constat neque ullo traduntur libro manuscripto nunc quidem superstite, in hac editione compareant. sed multo latius patent huius duplicis traditionis in editione Gangneiana uestigia: etenim cum per-

Bmg multis locis in ipso textus margine Gangneius uarias lectiones inprimendas curauerit, inter *B* et *Bmg* in uniuersum ea intercedit ratio — quamquam sunt loci ubi altera lectio codicis testimonium, altera Gangnei coniecturam reddat, id quod certe in iis libris librorumque partibus usu uenit, ubi *A* deficit —, ut utraque lectio ex altero codice desumpta sit. sed hac in re Gangneium minime ita egisse, ut Agobardinum codicem *in uerbis Tertullianeis potissimum ducem sequeretur, sed ut alterum pro fundamento poneret, illum secundo loco habitum in auxilium uocaret,* recte monuit Ernestus Klussmann in editione libelli *de spectaculis* p. 1; unde consentaneum est, quod singulae fere huius editionis paginae demonstrant, saepissime *Bmg* contra *B* cum *A* facere. quibus disputatis iam facile intellegetur et quis usus sit editionis Gangneianae cum in supplendis libri *A* testimoniis tum in recensendis eis libris, in quibus omni codicum manuscriptorum ope destituimur, et quanta cautione in adhibenda eius auctoritate opus sit. nam Gangneium neque legendorum codicum satis peritum fuisse — quam ob causam et Agobardinum prae codice recentiore spreuit et libros *ad nationes* utpote lectu difficiles edere noluit — et omnino inter suspectae fidei auctores numerandum esse, ut qui pro codicum lectionibus aut praue lectis aut non satis intellectis coniecturas suas uel audacissimas uenditare ausus sit et ne ab apertis quidem mendaciis abhorruerit, egregio nuper exemplo in edendo Claudio Mario Victore demonstrauit Carolus Schenkl.[1]) cuius commentatione si Reifferscheidio licuisset uti haud scimus an etiam plus fidei Gangneio derogaturus fuerit;

---

[1]) Poetae christiani minores uol. I p. 337 sqq., 437 sqq.

sed summa testium penuria fontem minime limpidum sperni uetat.

Ceterum de altero quem Gangneius adhibuit libro certius iudicare liceret, si accuratiora de codice a se in usum uocato referre uoluisset Sigismundus Gelenius; qui tamen satis *Gel* habuit in praefatione editionis Basileae a. 1550 impressae adnotasse, se in recensendis compluribus libris Tertullianeis (uidelicet *de resurrectione carnis, de praescriptione haereticorum, de monogamia, de testimonio animae, de anima, de spectaculis, de baptismo, scorpiace, de idololatria, de pudicitia, de ieiunio aduersus psychicos, de oratione)* adhibuisse librum *longe incorruptissimum* eumque ex coenobio ultimae Britanniae Masburensi petitum, cuius facultatem ipsi fecerit Ioannes Lelandus; in ipsa autem editione quid huic codici debeatur quid ex sua ipsius coniectura nouauerit numquam significauit Gelenius, quem tamen multo plus suo ingenio quam libri quantumuis ab ipso laudati auctoritati confisum esse ex uniuersa uiri de Tertulliano egregie meriti indole probabile fit. ipsum autem librum Masburensem, cuius imago integra nunc iam refingi nequit, aut non diuersum fuisse ab altero Gangnei codice aut artissimo cognationis uinculo cum eo cohaerere nunc pro certo adfirmare licet, aliquando demonstrabitur.

Praeterea ex libris hodie deperditis, quorum notitiam editionibus uetustioribus debemus, unus nominandus est codex Ioannis Clementis Angli, cuius lectiones nonnullas ad libros *C* *de spectaculis, de praescriptione haereticorum, de resurrectione carnis, de monogamia, de ieiunio aduersus psychicos, de pudicitia* enotauit Iacobus Pamelius anno 1579. quae cum nonnumquam in uera scriptura indaganda haud contemnendam adferant opem, eas in hanc quoque editionem recipiendas esse Reifferscheidius duxit; sed cum exilior sit huius codicis memoria, quam ut certum de eius pretio et sinceritate iudicium ferre liceat, inter principalia crisis Tertullianeae subsidia non est referendus.

Restat ut pauca dicamus de eo codice, qui unus praeter Agobardinum superstes in hoc uolumine recensendo in censum uenit. etenim cum hic ubique aut in libri *A* auctoritate aut

in editione Gangneiana nitamur, in altera libri *de oratione* parte ab utroque fonte destituimur. nam cum in *A*, foliis uidelicet archetypi nonnullis euulsis, uerba de oratione capitis 21 ineuntis (p. 192, 23) *per ecclesias quas* uno tenore et sine ullo distinctionis signo statim excipiant uerba libri *de cultu feminarum* prioris cap. 5 *disposita utensilitas,* neque in altero Gangnei codice neque in Masburensi Gelenii librum integriorem fuisse inde patet, quod neutra editio ultra finem capitis 19 extenditur. exitum libri addidit primus anno 1713 Ludouicus Antonius Muratorius, codice usus eo, qui solus hanc
D partem continet, Ambrosiano G 58 sup., olim Bobiensi, saec. X—XI conscripto, cuius accuratam descriptionem dedit Augustus Reifferscheid *Bibl. patr. latin. Ital.* II p. 88 sqq., qui et contulit. hic codex inter uaria uariorum scriptorum excerpta ecclesiastica continet a f. 58r usque ad f. 61v *Tertulliani diuersarum rerum necessarium,* hoc est libri *de oratione* capita inde a nono usque ad finem libelli. optimae notae codicem esse facile apparet per capita 9—20 eius lectionibus cum *A* et *B* comparatis; ita etiam in extrema libri parte, in qua constituenda eo solo duce utimur, sat certis uestigiis incedere licet.

Haec quidem breuiter indicasse sufficiat de subsidiis criticis a Reifferscheidio in librorum huius tomi recensione adhibitis; quid quisque editorum et criticorum ad emendanda scriptoris uerba contulerit, de eo in praefatione maiore accuratius agendum erit. hic sufficiat breuiter laudare Nicolaum Rigaltium, qui cum priorem editionem anni 1634 pararet, et Agobardinum accuratius inspexit multaque egregia diuinatione administrauit, et Franciscum Oehlerum, cuius seuerus censor E. Klussmann in Hilgenfeldii annalibus tom. III a. 1860 p. 81 sqq., 63 sqq. extitit,[1] qui tamen quamuis Agobardinum ipse non inspiceret, conlationibus et Baluzii et Hildebrandii usurpatis locupletius de eo testatus est atque in maiore editione, cuius uolumen prius anno 1853, alterum anno 1854 Lipsiae prodiit,

---

[1]) Idem in hac censura coniecturas commendauit, quae Reifferscheidium fugisse uidentur: p. 34, 16 *uiuere ergo aues?*, 89, 12 *urbanitatis sacrilegia,* 112, 1 *patrem indigentem,* 260, 28 *si iterasse competisset.*

non tantum emendationi sed etiam enarrationi scriptoris aliquantum profuit. de duobus autem opusculis optime meriti sunt Klussmanni, quorum maior Ernestus librum *de spectaculis* Rudolphopoli anno 1876 cum apparatu a Reifferscheidio accepto edidit, Maximilianus autem *Curarum Tertullianearum particulis tribus* in unum libellum (Gothae 1887) coniunctis, ad quem supra legentes relegauimus, de codice Agobardino accurate disputauit et plures libri *ad nationes* prioris locos egregie emendauit. errore nostro factum est, ut plagulis inter correctores migrantibus haec eius inuenta in adnotatione critica omitterentur, quae omitti non debebant: c. 2, p. 60, 15 *damnatus gratulatur,* c. 2, p. 61, 3 *cognitio, (quamquam confessis difficile creditis), uerum,* 5 *locis ⟨quibus temporibus⟩,* c. 3, p. 62, 13 *et* (pro *nec*) *creditis,* 28 *sapit ⟨uel maledicum⟩,* c. 4, p. 63, 13 *mutuari* (pro *notari*), c. 6, p. 66, 19 *adulterum ⟨leges conueniunt, poena edicta est⟩ lege,* c. 7, p. 70, 13 *tragoedia Thyestae et Oedipodis; erumpunt,* c. 10, p. 79, 10 *nec* (pro *et*) *tragici.* in eiusdem libri c. 7, p. 67, 7 M. Hauptius (opusc. III, 632) alicui uerum inuenisse uidebitur scribendo: *si uera semper, si* (pro *sit*) *non mendacio plurimumque.*

Scripsimus Vindobonae et Marpurgi Chattorum, Kal. Oct.

Guilelmus Hartel et Georgius Wissowa.

INDEX SIGLORUM.

A = Parisin. 1622 saec. IX siue Agobardinus.
*Goth**, *Bal**, *Hild** = eiusdem libri uariae lectiones a Gothofredo, Baluzio, Hildebrando enotatae.
B = editio Ioannis Gangnei Parisina a. 1545.
Bmg = margo editionis Gangneianae.
C = lectiones codicis Ioannis Clementis Angli a Iacobo Pamelio usurpati.
D = codex Ambrosianus G 58 sup. saec. X—XI, continens libri de oratione cap. 9 sqq.
Gel = editio Sigismundi Gelenii a. 1550.
Pam = editio Iacobi Pamelii a. 1579.
Iun = editio Francisci Iunii a. 1597.
Rig = editio Nicolai Rigaltii a. 1634.
Goth = Iacobi Gothofredi librorum ad nationes editio princeps a. 1625.
Scal = Iosephus Iustus Scaliger.
Urs = Fuluius Ursinus.
Salm = Claudius Salmasius.
Lat = Latinus Latinius.
fort. = suspiciones Reifferscheidii dubitanter prolatae.
† corruptelae, * siue ** lacunae signa.
⌞ ⌟ his uncinis textui interpositis includuntur eae litterae, quae in *A* iam non comparent.
litteris inclinatis in adnotatione critica exprimuntur quae in rasura posita sunt, stellulae * singulas litteras erasas indicant.

INDEX LIBRORUM.

I.

DE SPECTACVLIS.

1. Qui status fidei, quae ratio ueritatis, q⌊uod praescriptum⌋ disciplinae inter cetera saecularium er⌊rorum etiam⌋ spectaculorum uoluptates adimat, dei s⌊erui, cognos⌋cite, qui cum maxime ad deum acceditis, recognos⌊cite, qui iam⌋ accessisse uos testificati et confessi estis, ⌊ne aut ignorando⌋ aut dissimulando quis peccet. tanta est enim ⌊uolupta⌋tium uis, ut et ignorantiam protelet in occasio⌊nem et consci⌋entiam corrumpat in dissimulationem. ad utrum⌊que adhuc⌋ forsan alicui opiniones ethnicorum blandiant⌊ur, qui⌋ in ista causa aduersus nos ita argu⌊mentari consuerunt: n⌋ihil obstrepere religioni in animo et in cons⌊cientia tan⌋ta solacia extrinsecus oculorum uel aurium ⌊nec uero⌋ deum offendi oblectatione hominis, qua saluo ⌊erga deum⌋ metu et honore suo in tempore et suo in loco ⌊frui sce⌋lus non sit. at- f. 89v quin hoc cum maxime para⌊mus demonstrare, | quemad⌋modum ista non competant uerae religioni et uero obse⌊quio⌋ erga uerum deum. sunt qui existimant Christianos, expeditum morti genus, ad hanc obstinationem abdicatione uoluptatium ⌊eru⌋diri, quo facilius uitam contemnant amputatis quasi re⌊tinaculis⌋ eius nec desiderent, quam iam superuacuam sibi fecerunt, ⌊ut hoc⌋ consilio potius et humano prospectu, non diuino praescripto defini-

2 DE CORONA EX~ | INCIP̄ DE SPECT~ *A* DE SPECTACVLIS LIBER *B* 3 qui *Gel:* quis *AB* 8 uis uoluptatum *B* et *om. A* 9 occansionem *A* 10 aut utrumque. adhuc *B* 11 blandiuntur *B* qui *Urs:* quae *B* argumentari *Gel:* argumenta argumentari *(A)B* 12 *post.* in *om. B* 13 tanta *Rig:* tua tanta *B* uerbo *B* 14 quo *B* 15 atqui in *B* 17 isthaec *B* 18 existiment *B* Christianos, expeditum *Urs:* Christianum expeditum *B*, XX sexpeditum *A* mortis *A* 19 obstionē *A* uoluptatum *B* 20 ne *B* 21 superuacuum *B* fecerint *B* 22 definitum *ABmg,* descriptum *B*

tum existimetur. pigebat scilicet etiam perseuerantes tantis in uoluptatibus propter dominum mori. quam⌊quam etsi⌋ ita esset, tam apto consilio tantum obstinatio discipli⌊nae debebat⌋ obsequium.

2. Iam uero nemo est, qui non hoc quo⌊que praetend⌋at: omnia a deo instituta et homini attributa, ⌊sicut pra⌋edicamus, et utique bona, ut omnia boni auctoris; ⌊inter hae⌋c deputari uniuersa ista, ex quibus spectacula ins⌊truuntur, e⌋quum uerbi gratia et leonem et uires corpo⌊ris et uocis s⌋uauitates; igitur neque alienum uideri posse ne⌊que inimic⌋um deo, quod de conditione constet ipsius, neque cul⌊toribus dei⌋ deputandum, quod ei non sit inimicum, quia nec alie⌊num. plane⌋ et ipsae extructiones locorum, quod saxa, quod cae⌊menta, qu⌋od marmora, quod columnae dei res sunt, qui ea ⌊ad instrumentum⌋ terrae dedit; sed et ipsi actus sub caelo dei tran⌊siguntur. qu⌋am sapiens argumentatrix sibi uidetur ignoran⌊tia humana⌋, praesertim, cum aliquid eiusmodi de gaudiis | et de fructibus sae- f.90
culi metuit amittere. plures denique in⌊uenias, quos⌋ magis periculum uoluptatis quam uitae auocet ab ⌊hac secta. nam⌋ mortem etiam stultus ut debitam non extim⌊escit, u⌋oluptatem etiam sapiens ut optatam non contemni⌊t, cum alia⌋ non sit et stulto et sapienti uitae gratia nisi ⌊uoluptas. ne⌋mo negat, quia nemo ignorat, quod ultro na⌊tura⌋ su⌊g⌋gerit, deum esse uniuersitatis conditorem ⌊eamque⌋ uni⌊uer⌋sitatem tam bonam quam homini mancipatam. sed quia ⌊non⌋ penitus deum norunt nisi naturali iure, non etiam fam⌊ili⌋ari, de longinquo, non de proximo, necesse est ⌊ignorent, qua⌋liter administrari aut iubeat aut pro-

1 perseuerantis *A* tantis in *scripsi:* in tantis *B;* tantis *om. A* 2 dño *A,* deum *B* 3 aperto *mauolt E. Klussmannus* tantum *scripsi:* tantae *AB* obseruatio *C,* ad obstinationem *Leopoldus,* obstinationis *Hildebrandius* 7 bona omnia ut *B* 8 instruuntur, equum *Rig:* instruuntur. cum *B, in A* ins *et* quum *supersunt* instruuntur circum *Gel* 10 dei *C* 11 dei deputandum *Leopoldus:* dei putandum *B,* dei uitandum *C,* eius deputandum *E. Klussmannus* 12 ei *Klussmannus:* dei *AB* 14 sint *B* 17 *post.* de *om. A* 18 admittere *A* 19 auocet *Gel:* euocet *AB* 20 existim *A* 21 optatam *Hartelius:* tantam *AB,* datam *Oehlerus,* utendam *Iun* contempn *(sequens littera utrum* o *an* e *fuerit incertum) A* 27 aut iubeat aut prohibeat *Gel:* iubeat *A,* aut iuberet aut prohiberet *B*

hibeat quae instituit, simu⌊l quae uis sit ae⌋mula ex aduerso adulterandis usibus d⌊iuinae conditio⌋nis, quia neque uoluntatem neque aduersari⌊um noueris eius⌋ quem minus noueris. non ergo hoc solum respic⌊iendum est, a quo⌋ omnia sint instituta, sed a quo conuersa. ita en⌊im appare⌋bit, cui usui sint instituta, si appareat, cui non. mul⌊tum interest inter⌋ corruptelam et integritatem, quia multum est in⌊ter institu⌋torem et interpolatorem. ceterum omnes species ma⌊lorum⌋, quae etiam ethnici ut indubitata et prohibent ⌊et defendunt⌋, ex operibus dei constant. uides homicidium ferro uen⌊eno magicis⌋ deuinctionibus perfici: tam ferrum dei res est quam ⌊herbae, quam⌋ † angeli. numquid tamen in hominis necem auctor ista prouidit? atquin f. 90ᵛ omnem homicidii speciem uno et p⌊rincipali | praecepto i⌋nterimit: non occides. proinde aurum aes argen⌊tum ebur li⌋gnum et quaecumque fabricandis idolis materia cap⌊tatur quis i⌋n saeculo posuit nisi saeculi auctor deus? numquid tamen, ⌊ut⌋ haec aduersus ipsum adorentur? atquin summa offensa pe⌊nes illum idolo⌋latria. quid non dei est quod deum offendit? sed cum ⌊offendit⌋, dei esse desiit, et cum desiit, offendit. ipse homo, omnium fla⌊giti⌋orum auctor, non tantum opus dei, uerum etiam imago est; ⌊et⌋ tamen et corpore et spiritu desciit a suo institutore. ne⌊que eni⌋m oculos ad concupiscentiam sumpsimus et lin⌊guam ad mali⌋loquium et aures ad exceptaculum maliloquii ⌊et gulam ad g⌋ulae crimen et uentrem ad gulae societatem et ⌊genitalia ad ex⌋cessus impudicitiae et manus ad uim et gressus

14] Exod. 20, 13.

1 quae *B*, cum *A* uis *add. Ursinus* quae uis sit aemula *Urs*, quis sit aemulus *Pam*, quae sint aemula *Hildebrandius* diuerso *B* 2 qua *A* 4 a *add. Urs* 5 cui usui sint *Rig:* cuius ui sint *B*, cuiusnis *A* 6 cuius non sint *B* 8 cęterum *A sic fere semper* 9 ut *om. B* constant. uides *Iun:* constant. uis *B*, constatuis *A*, constant. scis *Scal* 10 deuotionibus *Colvius* 11 est *om. A* angeli] anelli *fort.* 12 numquid . . . prouidit *om. A* necem auctor ista *Gel:* nece est auctor. ita *B* prodidit *Meursius* 13 homicidiis *A* interemit *B* 15 captatur *Gel:* capiatur *B* 17 offensio *B* 18 latriã *A*, idololatria est *B* dño *A* 20 actor *C* 21 desciuit *B* 22 concupiscentias *B* sumsimus *A* neque linguam *Gel* 24 societatem *AC*, satietatem *B* 25 impudicitiae . . . gressus *om. A*

ad uagam uitam, aut spiritus ideo insitus ⌊corpori, ut insi⌋diarum, ut fraudium, ut iniquitatium cogitatori⌊um fieret⌋. non opinor. nam si omnem malignitatem et si e⌊tiam malitiam excogitatam deus exactor innocentiae odit, indubitate ⌊quaecumque⌋ condidit non in exitum operum constat condidisse ⌊quae damn⌋at, licet eadem opera per ea quae condidit ad⌊ministren⌋tur, quando haec sit tota ratio damnationis, per⌊uersa ad⌋ministratio conditionis a conditis. nos igitur, qui domino cognito ⌊etiam ae⌋mulum eius inspeximus, qui institutore comperto ⌊et inter⌋polatorem una deprehendimus, nec mirari neque ⌊dubitare⌋ oportet: cum ipsum hominem, opus et imaginem dei, to|tius uniuersitatis possessorem, illa uis interpolato⌊ris et aemulatoris angeli⌋ ab initio de integritate deiecerit, uniuersam sub⌊stantiam eius⌋ pariter cum ipso integritati institutam parit⌊er cum i⌋pso in peruersitatem demutauit aduersus institutorem, ⌊ut, quam dolu⌋erat homini concessam, non sibi, in ea ipsa et ho⌊minem reum deo⌋ faceret et suam dominationem collocaret. f.91

3. ⌊Hac⌋ conscientia instructi aduersus opinionem ethnicorum conuertamur magis ad nostrorum detractatus. quorundam eni⌊m⌋ fides aut simplicior aut scrupulosior ad hanc abdicatio⌊n⌋em spectaculorum de scripturis auctoritatem exposcit et ⌊se in incertum⌋ constituit, quod non significanter neque nomi⌊natim denuntietur seruis dei abstinentia eiusmod⌊i. plane⌋ nusquam inuenimus, quemadmodum aperte positum est: non ⌊oc⌋cides, non idolum coles, non adulterium, non fraudem admitt⌊es, ita exerte⌋ definitum: non ibis in circum, non in

24] Exod. 20, 13. 4. 14. 15.

1 corpori *Gel:* . . . . *A,* cum corpore *B* 2 et fraudum et iniquitatum *B* 3 etiam *scripsi:* tantam *(A)B,* tantum *Urs,* omnem *E. Klussmannus,* cunctam *Hartelius* 4 gitãtam *A* 5 exitum] uanum *Bmg* operum *Gel:* operas *AB* quos damnat *B* 6 operae *A* 8 a conditis *om. A* qui dño *A,* quid non *B* 9 inspicimus *B* et interpolatorem *Oehlerus:* etiam palatorem *B,* . . . . ploratorem *A,* etiam interpolatorem *Gel* 10 nec] neque *B* dubitari *B* 12 interplorato . . . . ab (*om.* et aemulatoris) *A* 13 quin uniuersam *Urs* pariter . . . institutam *om. B* 15 demutatam *Gel,* demutarit *Urs* 17 do dominationem *A* 18 instructa *A* opionem *A,* opiniones *B* 19 retractatus *Urs* 20 ab hac abdicatione *Bmg* 26 exerte] est certe *Rig* in circum ibis *B*

theatrum, agone⌊m⌋, munus non spectabis. sed inuenimus ad hanc quoque speci⌊em⌋ pertinere illam primam uocem Dauid: felix uir, inquit, qui non ⌊abiit⌋ in concilium impiorum et in uia peccatorum non stetit nec in ca⌊the⌋dra pestium sedit. nam etsi iustum illum uidetur prae⌊dicasse, quod in⌋ concilio et in consessu Iudaeorum de necando domino consul⌊tantium⌋ non communicauit, late tamen semper scriptura ⌊diuina diui⌋ditur, ubicumque secundum praesentis rei sensu⌊m⌋ etiam f.91v dis|⌊ciplina m⌋unitur, ut hic quoque non sit aliena uox a spectaculorum ⌊interdic⌋tione. si enim pauculos tunc Iudaeos impiorum concilium uocauit, quanto magis tantum conuentum ethnici populi? minus impii ⌊eth⌋nici, minus peccatores, minus hostes Christi quam tunc Iudaei? quid quod et cetera congruunt. nam apud spectacula et in cathedra sedetur ⌊et in u⌋ia statur; uias enim et cardines uocant balte⌊orum per amb⌋itum et discrimina popularium per procliuum; cathedra quo⌊que⌋ nominatur ipse in anfractu ad consessum situs. itaq⌊ue e co⌋ntrario 'infelix qui in quodcumque concilium impiorum abie⌊ri⌋t et in quacumque uia peccatorum steterit et in quacumque cathedra pestium sederit' generaliter dictum intellegamus. ⌊cum qu⌋id aliud, etiam specialiter interpretari capit. nam et specialiter quaedam pronuntiata generaliter sapiunt. cum deus Israh⌊eli⌋tas admonet disciplinae uel obiurgat, utique ad omnes hab⌊et⌋; cum Aegypto et Aethiopiae exitium comminatur, utique in omnem gentem peccatricem praeiudicat. sic omnis gens peccatr⌊ix⌋ Aegyptus et Aethiopia a specie ad genus, quemadmodum etiam omne spectaculum concilium impiorum a genere ad spe⌊ciem⌋.

3] Ps. 1, 1.

1 expectabis *A* 3 uir *om. B* consilium *A* 4 nec *A*, et *B* 5 non sedit *B* 6 sessu *A* de necando domino *Rig:* denegando dño *A*, de deo denegando *B* 9 meunitur *B* haec *Urs* 12 minus *Rig:* inus *uel* inus *ut uidetur A, om. B* ethnici *Rig*, et iniqui *B* 13 quid *om. B* 14 et apud *Salm* et *et* sedetur *add. E.Klussmannus* in cathedra *om. A* 15 uocant cardines *omisso* et *B* balta eorum *A* 17 e contrario *Urs*, contrario *B* 20 pescium *A* 21 aliud *scripsi:* aliter *AB*, taliter *Hartelius*, generaliter *Wissowa* etiam *om. A* et *om. B* 22 capiunt *Meursius* 24 &thiopiae *A* exitũ *A* utique *om. B* 26 uocatur Aegyptus *B* &thiopia specie *A* etiam de origine spectaculorum omne *B* 27 impior~ *A*, uocat impiorum *B* genera *A*

4. Ne quis argutari nos putet, ad principalem ⌊auctorita⌋tem conuertar ipsius signaculi nostri. cum aquam in⌊gressi⌋ Christianam fidem in legis suae uerba profitemur, ⌊renun⌋tiasse nos diabolo et pompae et angelis eius ore nostro | contestamur. quid f. 92 erit summum atque praecipuum, ⌊in quo diabo⌋lus et pompae et angeli eius censeantur, quam idol⌊olatria? ex qua⌋ omnis inmundus et nequam spiritus ut ita dixerim, q⌊uia nec diutius⌋ de hoc. igitur si ex idololatria uniuersam spect⌊aculorum para⌋turam constare constiterit, indubitate praei⌊udicatum erit et⌋iam ad spectacula pertinere renuntiationis ⌊nostrae testimoni⌋um in lauacro, quae diabolo et pompae et ang⌊elis eius sint man⌋cipata, scilicet per idololatrian. commemora⌊bimus origines⌋ singulorum, quibus in cunabulis in saeculo adoleu⌊erint, exinde ti⌋tulos quorundam, quibus nominibus nuncu⌊pentur, exin⌋de apparatus, quibus superstitionibus instruantur, ⌊tum lo⌋ca, quibus praesidibus dicentur, tum artes, quibus au⌊ctoribus⌋ deputentur. si quid ex his non ad idolum pertin⌊uerit, id⌋ neque ad idololatrian neque ad nostram eierationem pertinebit.

5. De originibus quidem ut secretioribus et igno⌊tis penes plu⌋res nostrorum † artis nec aliunde inuestiga⌊ndum fuit⌋ quam de instrumentis ethnicalium litterarum. exta⌊nt aucto⌋res multi, qui super ista re commentarios edider⌊unt. ab his⌋ ludorum origo sic traditur: Lydos ex Asia trans⌊uenas in Etru⌋ria consedisse Timaeus refert duce Tyrreno, qui fra⌊tri suo | cesserat⌋ f. 92ᵛ regni contentione. igitur in Etruria inter ceteros ⌊ritus supers⌋titionum suarum spectacula quoque religionis nomine ⌊instituunt. in⌋de Romani arcessitos artifices mutuantur, tem⌊pus, enuntiatio⌋nem, ut ludii a Lydis uocarentur. sed etsi Varro

1 argutari *Iun:* argumentari *AB* 5 ac *B* pompe *A* 7 *post* spiritus *et post* quia *lacunas signauit E. Klussmannus* 10 specula *A* 12 idololatriam *B sic semper* 13 incunabulis *B,* ab incunabulis *Iun* 14 quorundam *del. O. Iahnius* 16 tum *om. A* 17 id *non fuisse in A uidetur* neque ad idololatrian *om. A* 18 demq; *A post* pertinebit *lacuna in A: quam expleuit m. s. XVI titulo* VNDE LVDI Dicti 19 et] ex *E. Klussmannus* 20 artis *A,* non altius *Iun,* actis *Rig, E. Klussmannus* 23 ludos *A* 24 tymeus *A* Tyrrheno *B* suo cesserat *ex Isidoro Gel:* suo successerat *B,* . . . . . . cesserat *A* 26 specula *A* 27 accersitos *B* 28 ludii a Lydis *scripsi:* ludi a Lydis *B,* lulydis *A*

ludios a ludo id est a lusu interpretatur, sicut et Lupercos ludios appellabant, quod ludendo discurrant, tamen eum lusum iuuenum et diebus festis et templis et religionibus reputat. nihil iam de caussa uocabuli, cum rei caussa idololatria sit. nam et cum promiscue ludi Liberalia uocarentur, honorem Liberi patris manifeste sonabant. Libero enim a rusticis primo fiebant ob beneficium quod ei adscribunt demonstrati gratia uini. exinde ludi Consualia dicti, qui initio Neptunum honorabant. eundem enim et Consum uocant. dehinc Ecurria ab equis Marti Romulus dixit; quamquam et Consualia Romulo defendunt, quod ea Conso dicauerit deo, ut uolunt, consilii, eius scilicet, quo tunc Sabinarum uirginum rapinam militibus suis in matrimonia excogitauit. probum plane consilium et nunc quoque inter ipsos Romanos iustum et licitum, ne dixerim penes deum. facit enim et hoc ad originis maculam, ne bonum existimes quod initium a malo accepit, ab impudentia a uiolentia ab odio, a fratricida institutore, a filio Martis. et nunc ara Conso illi in circo demersa est ad primas metas sub terra cum in-
f. 93 scriptione eius|modi: CONSUS CONSILIO MARS DUELLO LARES † COILLO POTENTES. sacrificant apud eam nonis Iuliis sacerdotes publici, XII. Kalend. Septembres flamen Quirinalis et uirgines. dehinc idem Romulus Ioui Feretrio ludos instituit in Tarpeio, quos Tarpeios dictos et Capitolinos Piso tradit; post hunc Numa Pompilius Marti et Robigini fecit (nam et robiginis deam finxerunt); dehinc Tullus Hostilius, dehinc Ancus Martius et ceteri. qui quos quem per ordinem et quibus idolis ludos instituerint, positum est apud Suetonium Tranquillum

1 ludios *scripsi:* ludos *B* Lupercorum *E. Klussmannus* 2 ludios *Oehlerus:* ludos *AB* 4 cum *Pam:* quin *B,* dum *A Isidorus* 5 promiscuae *A* 7 demonstrati *Rig:* demonstrata *A,* pro demonstrata *B* 8 queis *Iun* 9 uocabant *B* Ecurria ab equis *Wissowa:* ecurria (c *ex* r) quis *A,* equiria *B* 14 inter *A* apud *B* 15 enim et hoc *A,* etenim *B* ex eis aestimes *B* 16 a uiolentia *Rig:* auiolentiae *A,* uiolentiae *B,* a uiolentia et *E. Klussmannus* ab odio *Urs:* alio deo *AB* 17 maritis *A* 18 demersa *Hildebrandius,* dem . . . . . *A,* adfossa *B,* defossa *Gel* 19 huiusmodi *B* COILLO *A,* CVM ILLO *B,* COMITIO *Gel,* COMPITO *Heinsius* 21 XV. *Iun* 23 tradidit *B* 24 et Robigini fecit nam *om. A* 25 fixerunt *A* 26 qui *add. Urs* quos quem *scripsi:* quoque *AB,* quotque *Urs* 27 instituerunt *B*

uel a quibus Tranquillu⌊s accepit. sed⌋ haec satis erunt ad originis de idololatria r⌊eatum⌋.

6. Accedit ad testimonium antiquitatis subsecuta ⌊posteritas⌋ formam originis de titulis huius quoque tem⌊poris praefe⌋rens, per quos signatum est, cui idolo et cui s⌊uperstitioni utri⌋usque generis ludi notarentur. Megalenses eni⌊m et Apolli⌋nares, item Cereales et Neptunales et Latiares et ⌊Florales⌋ in commune celebrantur; reliqui ludorum de natal⌊ibus et⌋ sollemnibus regum et publicis prosperitatibus et ⌊munici⌋palibus festis superstitionis causas habent. inte⌊r quos etiam⌋ priuatorum memoriis legatariae editiones paren⌊tant, id⌋ quoque secundum institutionis antiquitatem. nam et a ⌊primor⌋dio bifariam ludi censebantur, sacri et funebres id ⌊est deis | nationum⌋ et mortuis. sed de f. 93v idololatria nihil differt apud ⌊nos, sub qu⌋o nomine et titulo, dum ad eosdem spiritus perueniat, ⌊quibus renu⌋ntiamus. licebit mortuis, licebit deis suis faciant, ⌊perinde mor⌋tuis suis ut diis faciunt; una condicio partis utriusque est, ⌊una idololat⌋ria, una renuntiatio nostra aduersus idololatri⌊an.

7. Commun⌋is igitur origo ludorum utriusque generis, communes et titu⌊li, ut de c⌋ommunibus causis. perinde apparatus communes ha⌊beant necesse est d⌋e reatu generali idololatriae conditricis suae. sed ⌊circensium pa⌋ulo pompatior suggestus, quibus proprie hoc no⌊men: pompa p⌋raecedens, quorum sit in semetipsa probans de simu⌊lacrorum serie⌋, de imaginum agmine, de curribus, de tensis, de ⌊armamaxi⌋s, de sedibus, de coronis, de exuuiis. quanta prae⌊terea sacra⌋, quanta sacrificia praecedant, intercedant, suc⌊cedant, qu⌋ot collegia, quot sacerdotia, quot officia moue⌊antur⌋, sciunt homines illius urbis, in qua daemo-

2 reatum. DE TITVLIS *AB* 3 *primae litterae uerbi* accedit *manus antiqua* LVG|DVN|VM *intulit* 5 dolo *A* uniuscuiusque *Iun* 6 enim *om. B* 7 laciares *A* 8 solemnitatibus *B* 9 fastis *Bmg* superstitionibusque *Heraldus,* superstitiosis *Leopoldus* 10 causas originis *B* 15 licet *B* 16 licet *B* faciūnt *A* perinde *scripsi:* proinde *AB* suis ut diis *om. A* 17 faciant *B* 19 DE APPARATIBVS *AB* igitur *om. A* 20 proinde *B* 21 raeatu *A* genitali *C* 22 pompalior *Iun* 23 propriae *A* praecedit *Gel* 24 semelipsa *A* 25 curibus *A* armomaxis *B* 26 *post* exuuiis *lacunam signauit E. Klussmannus* 27 quod collegia *A* quod officia *A*

niorum conuen⌊tus con⌋sedit. ea si minore cura per prouincias pro minoribus ⌊uiribus⌋ administrantur, tamen omnes ubique circenses illuc de⌊putandi⌋, unde et petuntur, inde inquirantur, unde sumun⌊tur. n⌋am et riuulus tenuis ex suo fonte et surculus modicus ⌊ex sua⌋ fronde qualitatem originis continet. uiderit ambitio ⌊siue f⌋rugalitas eius ** sit. deum offendit qualis-
f. 94 cumque pompa circi: | etsi pauca simulacra circumferat, in uno idololatria ⌊est; etsi u⌋nam tensam trahat, Iouis tamen plaustrum est; quae⌊uis⌋ idololatria sordide instructa uel modice locuples et spl⌊endi⌋da est censu criminis sui.

8. Ut et de locis secundum propositum exequar, ⌊cir⌋cus Soli principaliter consecratur. cuius aedes in medio spa⌊ti⌋o et effigies de fastigio aedis emicat, quod non putauerunt sub ⌊tect⌋o consecrandum quem in aperto habent. qui spectaculum pri⌊mum⌋ a Circa [habent] Soli patri suo, ut uolunt, editum affirmant, ab ea et circi appellationem argumentantur. plane uenefica eis ⌊u⌋tique negotium gessit hoc nomine, quorum sacerdos erat, daemonii⌊s⌋ et angelis scilicet. quot igitur in habitu loci illius idolol⌊at⌋rias recognoscis? singula ornamenta circi singula ⌊tem⌋pla sunt. oua honori Castorum adscribunt qui illos ouo ⌊edi⌋tos credendo de cygno Ioue non erubescunt. delphines ⌊Ne⌋ptuno uomunt, columnae Sessias a sementationibus, Mes⌊sias a mes⌋sibus, Tutulinas a tutela fructuum sustinent; ante eas ⌊tres arae⌋ trinis deis parent, Magnis Potentibus Valentibus. eosdem Samoth⌊racas existi⌋mant. obelisci enormitas, ut Hermateles af⌊firmat⌋, Soli prostituta. scriptura eius unde eius et census: ⌊de Aegyp⌋to

3 inquirantur *Wissowa:* inquinantur *AB* 6 *lacunam signaui* eius] cuius *Hartelius* sit *A,* q, *B,* quo *Pam,* si *Oehlerus,* scilicet *E. Klussmannus* 9 uel sordide *E. Klussmannus* 10 et] sed *B* 11 DE LOCO *AB* 12 aedis *A* in *Isidorus: om. AB* 13 putauerint *B* 14 qui *A,* quod *B* 15 Circe *B* habent *del. Iun* ut uolunt *om. A* aeditum *A* 16 argutantur *Iun* uenefica eis *Gel:* beneficia eius *AB* 17 sacerdo*** (sos *erasum videtur*) *A* erat *om. A* 18 ipsius *B* 21 de cygno *B,* decus cyno *A* 22 columnas *B* Seias *Scheiffelius* 23 Tutelinas *Pam,* tutelis *B* ante eas *E. Klussmannus:* anteas *AB,* ante has *Gel* tinis *A* 24 ualentibus *om. A* 25 enormitas *B,* enormitates *ABmg* hermateles *ABmg,* Termateles *B,* Hermapion *La Cerda,* Demoteles *susp. E. Klussmannus* af........... soli *A* 26 prostituta *B,* prostitutas *ABmg* eius et] eius *B*

superstitio est. frigebat daemonum concilium si⌊ne sua Ma⌋tre Magna; ea itaque illic praesidet euripo. Consus, ut ⌊diximus, | apud metas⌋ sub terra delitescit Murcias. eas quoque idolum (f. 94v) fecit: Murciam ⌊enim⌋ deam amoris uolunt, cui in illa parte aedem uouerunt. animad⌊uert⌋e, Christiane, quot nomina inmunda possederint circum. alie⌊na⌋ est tibi religio, quam tot diaboli spiritus occupauerunt. de locis quidem lo⌊cu⌋s est retractandi ad praeueniendam quorundam interrogationem. quid enim, inquis, si alio in tempore circum adiero, periclitabo⌊r de⌋ inquinamento? nulla est praescriptio de locis. nam non sola ist⌊a con⌋ciliabula spectaculorum, sed etiam templa ipsa sine periculo disciplinae adire seruus dei potest urguente causa simpli⌊ci du⌋mtaxat, quae non pertineat ad proprium eius loci negotium uel officium. ceterum et plateae et forum et balneae et stabula et ipsae dom⌊us⌋ nostrae sine idolis omnino non sunt: totum saeculum satanas et angeli ei⌊us re⌋pleuerunt. non tamen quod in saeculo sumus, a deo excidimus, sed ⌊si q⌋uid de saeculi criminibus attigerimus. proinde si Capitolium, ⌊si S⌋erapeum sacrificator uel adorator intrauero, ⌊a deo ex⌋cidam, quemadmodum circum uel theatrum spectator. ⌊loca no⌋s non contaminant per se, sed quae in locis fiunt, a quibus ⌊et ipsa⌋ loca contaminari altercati sumus: de contaminatis contaminamur. propterea autem ⌊commemo⌋ramus, quibus eiusmodi loca dicentur, ut eorum demonstre⌊mus es⌋se quae in iis locis fiunt, quibus ipsa loca dicantur.

9. N⌊unc d⌋e artificio quo circenses exhibentur. res equestris | retro simplex: de dorso agebatur, et utique comm⌊unis usus⌋ (f. 95) reus non erat. sed cum ad ludos coactus est, transiit a ⌊dei mune⌋re ad daemoniorum officia. itaque Castori et Polluci ⌊de-

1 demonũ *A* 2 ea *B*, et *A* 3 delitescit. Murtia *Lat* eas *add. E. Klussmannus*, has *add. Rig* idolum] id olim *Lat* 4 amoris *Gel:* marmoris *B*, marmoris *ex* mormoris *A*, marcoris *Rig* 5 uouere *B* quot *Gel:* quod *AB* numina *Isidorus* 12 urgente *B* 13 proprium *om. A* 18 serapaeum *A* 19 uel] et *B* 20 et si loca *B* 21 quaeque *B* 22 de contaminatis contaminamur *om. A* 24 his *B* 26 DE ARTE CIRCI *AB* circensex *A corr.* 28 reatus *Isidorus* transiit *C*, trasiit A, transit *B* 29 demoniorum *A*

putatur, haec species, quibus equos a Mercurio distributos Stesichorus docet. sed et Neptunus equestris est, quem Graeci ἵππιον appellant. seiugas uero Ioui, quadrigas Soli, bigas Lunae sanxerunt. sed et

Primus Erichthonius currus et quattuor ausus
Iungere equos rapidusque rotis insistere uictor.

Erichthonius, Mineruae et Vulcani filius, et quidem de caduca in terram libidine, portentum est daemonicum, immo diabolus ipse, non coluber. si uero Trochilus Argiuus auctor est currus, primae Iunoni id opus suum dedicauit. si Romae Romulus quadrigam primus ostendit, puto et ipse inter idola conscriptus est, si idem est Quirinus. talibus auctoribus quadrigae productae merito et aurigas coloribus idololatriae uestierunt. namque initio duo soli fuerunt, albus et russeus. albus hiemi ob niues candidas, russeus aestati ob solis ruborem uoti erant. sed postea tam uoluptate quam superstitione prouecta russeum alii Marti, alii album Zephyris consecrauerunt, prasinum uero Terrae matri uel uerno, uenetum Caelo et Mari uel autumno. cum autem omnis species idololatriae damnata sit a deo, utique etiam illa damnatur, quae elementis mundialibus profanatur. |

f.95v 10. Transeamus ad scaenicas res, quarum et originem communem et titulos pares secundum ipsam ab initio ludorum appellationem [et administrationem] coniunctam cum re equestri iam ostendimus. apparatus etiam ex ea parte consortes, qua

5] Vergil. Georg. III, 113.

1 aequos *A* 3 hip .... gas lunae *A: omissa erant igitur pleraque* seiugas *ex Isidoro E. Klussmannus:* de iugo *B* Ioui *add. ex Isidoro E. Klussmannus* 5 ericthonius *A* equos ausus iungere *B* 6 aequos *A* rapidisque *Urs* 7 erictonius *A* uulgani *A* caduta *A* 9 Trochilus *Pam:* ut prophylus *ABmg,* ut Acrophilus *B* 10 patriae *Lat, Urs,* primi *Oehlerus* sum *A* 13 namque initio *Salm:* nam aequi initio *A,* nam initio equi *B,* et ab initio equi *Urs,* et ab initio *Gel* 14 *et* 15 russeus *ABmg,* roseus *B, Isidorus* 16 et *A* roseum *B, Isidorus* 17 mati *A* 18 uerno *B,* uero *A* uenetum . . . autumno *om. A* 22 DE THEATRO *AB* 24 et administrationem *om. A* 25 *sq.* quae ad scaenam spectant, a templis *B,* quae ad scaenam spectat. nam a templis *Gel,* qua ad scaenam. nam a templis *Rig*

ad scaenam a templis et aris et illa infelicitate turis et sanguinis inter tibias et tubas itur duobus inquinatissimis arbitris funerum et sacrorum, dissignatore et haruspice. ita cum de originibus ludorum ad circenses transiimus, inde nunc ad scaenicos ludos dirigemus. a loci uitio theatrum proprie sacrarium Veneris est. hoc denique modo id genus operis in saeculo euasit. nam saepe censores nascentia cum maxime theatra destruebant moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lasciuia prouidebant, ut iam hic ethnicis in testimonium cedat sententia ipsorum nobiscum faciens et nobis in exaggerationem disciplinae etiam humana praerogatiua. itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset, ueritus quandoque memoriae suae censoriam animaduersionem Veneris aedem superposuit et ad dedicationem edicto populum uocans non theatrum, sed Veneris templum nuncupauit, cui subiecimus, inquit, gradus spectaculorum. ita damnatum et damnandum opus templi titulo praetexit et disciplinam superstitione delusit. sed Veneri et Libero conuenit. duo ista daemonia conspirata et coniurata inter se sunt | ebrietatis et libidinis. itaque thea- f.96
trum Veneris Liberi quoque domus est. nam et alios ludos scaenicos Liberalia proprie uocabant, praeterquam Libero deuotos, quae sunt Dionysia penes Graecos, etiam a Libero institutos. et est plane in artibus quoque scaenicis Liberi et Veneris patrocinium. quae priuata et propria sunt scaenae, de gestu et corporis flexu mollitiae Veneri et Liberi immolant, illi per sexum, illi per luxum dissolutis. quae uero uoce et modis et organis et litteris transiguntur, Apollines et Musas

1 thuris *B* 3 dissignatore *ABC*, designatore *Rig* de originibus ludorum *om. A* 4 transiimus *Iun:* transimus *AB* 5 dirigimus *B* a loci initio *Lat* proprie *om. A* 7 renascentia *B* 8 corum *A* 9 ingens *om. A* hinc *B* 10 nobiss *A corr.* 11 humana *scripsi:* humanae *AB* 13 arcem *B*, sortem *ABmg*, cortem *M. Hauptius* exstru *A* 15 et *om. A* 17 inquid *A* 18 praetexuit *B* 23 quae *Scal:* quod *AB* etiam *B*, sed iam *A* 24 DE ARTIBVS SCAENICIS *AB* 25 priuata *AB*, *Isidorus*, priua *Iun* 26 flexu *B*, fluxu *AC* mollitiam Veneri et Libero *B*, *Isidorus* 27 illi per fluxum *om. A* luxum *Urs:* fluxum *B* dissoluti. sque *A*, dissoluti. quae *Isidorus* 28 lyris *Isidorus*, *Pam*

et Mi⌋neruas et Mercurios mancipes habent. oderi⌊s⌋, ⌜Christiane, quorum auctores non potes non odisse⌝? iam nunc uolumus suggerere de artibus et d⌊e his, quorum⌋ auctores in nominibus exsecramur. scimus ni⌊hil esse nomi⌋na mortuorum, sicut nec ipsa simulacra eorum; sed ⌊non ignora⌋mus, qui sub istis nominibus institutis simulacris oper⌊entur⌋ et gaudeant et diuinitatem mentiantur, nequam spiritus scilicet,⌜ daemones. uidemus igitur etiam artes eorum honoribus dica⌊tas⌋ esse, qui nomina incolunt auctorum earum, nec ab idololatria ⌊uacare⌋, quarum institutores etiam propterea dei habentur. ⌊immo⌋ quod ad artes pertinet, altius percepisse debemus, d⌊aemo⌋nas ab initio prospicientes f.96v sibi inter cetera idololatriae | ⌊etiam⌋ spectaculorum inquinamenta, quibus hominem a domino auo⌊carent⌋ et suo honori obligarent, eiusmodi quoque artium ingenia inspirasse. neque enim ab aliis procuratum fuisset quod ad illos peruenturum esset nec per alios tunc homines edidissent ⌊quam per⌋ ipsos, in quorum nominibus et imaginibus et historiis fal⌊laciam co⌋nsecrationis sibi negotium acturi constituerunt. ⌊ut or⌋do peragatur, ineamus etiam agonum retractatum.

11. ⌊Orig⌋o istis de ludorum propinquitate est. inde et ipsi sacri uel ⌊funeb⌋res instituti aut deis nationum aut mortuis fiunt. per⌊in⌋de tituli: Olympia Ioui, quae sunt Romae Capitolina, item Herculi Nemea, Neptuno Isthmia, ceteri mortuorum uarii agones. quid ⌊ergo mirum⌋, si uel apparatus agonum idololatria conspur-

1 oderis *Gel:* odoris *B*, odor . . *A* Christiane . . . odisse *B*, *Isidorus*, *om. ABmg* 3 DE ARTIBVS *AB* quarum *Iun*, quae eorum *E. Klussmannus* auctores *B*, auctorum *A* 4 nec *Gel:* ne *B*, et *A* 6 et institutis *B* 7 scilicet daemones *del. Meursius* 8 honeribus *A*, oneribus *Bmg* dica . . . se *A* 9 earum *om. A* nec *om. B* non uacare *B* institores *Iun* 10 dii *AB* ad *om. A* pertinent *A* 11 percepisse *scripsi:* perscripsisse *B*, praescripsisse *A* 12 caetera *A* 13 a deo auocarent *B*, adõmĩauocarent *A*, a domini misericordia auocarent *E. Klussmannus* 15 procuratum *ABmg*, praeoccupatum *B* 18 acturi *Rig:* acturae *AB*, facturae *E. Klussmannus* constituerant *C* 19 DE AGONIBVS *A* 22 perinde *scripsi:* proinde *ABC* tituli *AC*, *om. B* cui *La Cerda* capitolia *A* 23 nemaea *B* sthmia *A* mortuorum uarii *BmgC*, mortuarii uarii *B*, mortuarii *A* 24 si uel *E. Klussmannus:* si ut *A*, sicut *B*, si et *Oehlerus* idololatriae *B* conpurcat *A*

cat de c⌊oroni⌋s profanis, de sacerdotalibus praesidibus, de collegia⌊riis mi⌋nistris, de ipso postremo boum sanguine? ut de loco suppleam [at de loco] communi, pro collegio artium Musicarum et Mi⌊ner⌋ualium et Apollinarium **, etiam Martialium per duellum, per tubam ⌊in⌋ stadio circum aemulantur, quod utique templum est et ipsum ⌊eius i⌋doli, cuius sollemnitates agit. sed et gymnicas artes Cas⌊torum⌋ et Herculum et Mercuriorum disciplinae prodiderunt.

12. Superest illius insignissimi spectaculi ac receptissimi recog|nitio. munus dictum est ab officio, quoniam officiu⌊m etiam f.97 mu⌋neris nomen est. officium autem mortuis hoc spectaculo facere se⌋ ueteres arbitrabantur, posteaquam illud humanior⌊e atro⌋citate temperauerunt. nam olim, quoniam animas defun⌊ctorum huma⌋no sanguine propitiari creditum erat, captiuos uel ⌊mali sta⌋tus seruos mercati in exequiis immolabant. postea pl⌊acu⌋it impietatem uoluptate adumbrare. itaque quos para⌊uerant⌋, armis quibus tunc et qualiter poterant eruditos, tantum ⌊ut oc⌋cidi discerent, mox edicto die inferiarum apud tumu⌊los ero⌋gabant. ita mortem homicidiis consolabantur. haec ⌊mune⌋ri origo. sed paulatim prouecti ad tantam gratiam, ad quantam et crudelitatem, quia feriarum uoluptati satis non fiebat nisi et feris humana corpora dissiparentur. quod ergo mortuis litabatur, utique parentationi deputabatur; ⌊quae species⌋ proinde idololatria est, quoniam et idololatria parentationis est species: tam haec quam illa mortuis ministrat. in mo⌊rtu⌋orum autem idolis daemonia consistunt. ut et titulos con⌊side⌋rem, licet transierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores uiuentium,

3 at de loco *seclusit Scal* 4 *lacunam signavi:* theatrum *et alia praeterea intercidisse videntur* 5 per duellum *om. A* in stadio *Hildebrandius:* . . statio *A,* aut stadio *B,* ut stadio *Gel* 6 eius *AC, om. B* sollempnitates *A* 9 DE MVNERE *AB* insignissimis *A corr.,* indignissimi *Iun* ac receptissimi *Oehlerus:* acceptissimi *AB,* sed acceptissimi *Iun,* ac septissimi *Rig,* atque acceptissimi *Leopoldus* 12 arbitrabantur *B,* arbitrantur *A* 15 mali status *Rig:* . . . . tus *A* malo ingenio *B* male ingeniatos *fort.* 16 parauerant armis, quibus *vulgo: rectius distinxi,* parauerant armis, artibus quibus *E. Klussmannus* 19 muneris *B* 21 feriarum *E. Klussmannus:* ferarum *AB,* ferrum *C* uoluptatis *A corr.* faciebat *C* 26 consideremus *B*

quaesturas dico et magis⌊tratus⌋ et flaminia et sacerdotia, cum tamen nominis dignitas idololatriae crimine teneatur, necesse est quicquid dig⌊ni⌋tatis nomine administratur communicet etiam ma- [f. 97ᵛ] culas ⌊eius, | a⌋ qua habet causas. idem de apparatibus interpretabimur ⌊in ipso⌋rum honorum suggestu deputandis, quod purpurae, quod fas⌊ces, quo⌋d uittae, quod coronae, quod denique contiones et edic⌊ta et pu⌋ltes pridianae sine pompa diaboli, sine inuitatione daemonum non sunt. quid ego de horrendo loco perorem, ⌊quem⌋ nec periuria sustinent? pluribus enim et asperioribus no⌊minibus⌋ amphitheatrum consecratur quam Capitolium: omnium daemonum templum est. tot illic immundi spiritus considunt, quot homines capit. ut et de artibus concludam, Martem et Dianam ⌊utriu⌋sque ludi praesides nouimus.

13. Satis, opinor, impleuimus ordinem, quot et quibus modis spectacula idololatrian committant, de originibus, de titulis, de apparatibus, de locis, de artificiis, quo certi simus nulla ex parte competere nobis ea, qui bis idolis renuntiamus. non quod idolum sit aliquid, ut apostolus ait, sed quo⌊niam quae⌋ faciunt daemoniis faciunt consistentibus scilicet ⌊in co⌋nsecrationibus idolorum, siue mortuorum siue, ut putant, ⌊de⌋orum. propterea igitur, quoniam utraque species idolorum condicionis unius est, dum mortui et dei unum sunt, utraque idololatria abstinemus. nec minus templa quam monumenta despuimus, neutram aram nouimus, neutram effigiem adoramus, non sacrificamus, non parentamus. sed neque de sacrificio et parentato [f. 98] edimus, quia non possumus cenam dei edere | et cenam daemoniorum. si ergo gulam et uentrem ab ⌊inqui⌋namentis libe-

18] 1 Cor. 8, 4. 10, 19. 20. 27] 1 Cor. 10, 21.

4 interpraetabimur *A* 5 purae *A* 6 fasciae *Pam* 8 ergo *B* horrido *B* loco *om. A* 9 periuria *B*, iniuria *A*, *quod E. Klussmanno placuit, sed ita, ut ante lacunam signaret* 10 numinibus *Lipsius* 11 *in mg. min:* Itē V *reliqua iam non apparent* 14 satis opinor impleuimus *om. A* 16 artificiis *Iun:* sacrificiis *AB* quo *Gel:* quod *AB* sumus *B* 17 compere *A* qui bis *Urs:* quibus *B*, qui *A* 18 quoniam quae *Hildebrandius:* quo . . . . *A*, quod quae *B* 22 dei *ABmg*, alii *B* 23 dispuimus *A* 24 aram *om. A* 25 sacrificato *B* 26 caenam *A sic fere semper*

ramus, quanto magis augustiora nostra, et ⌊aures⌋ et oculos, ab idolothytis et necrothytis uoluptatib⌊us abs⌋tinemus, quae non intestinis transiguntur, sed in ipso spiritu et anima digeruntur, qu⌊orum mun⌋ditia magis ad deum pertinet quam intestinorum.

14. Nu⌊nc inter⌋posito nomine idololatriae, quod solum subiectum s⌊ufficere⌋ debet ad abdicationem spectaculorum, alia iam ratione tractemus ex abundanti, propter eos maxime qui sibi bla⌊ndiun⌋tur quod non nominatim abstinentia ista praescripta sit. quasi parum etiam de spectaculis pronuntietur, cum concupiscentiae saeculi damnantur. nam sicut pecuniae uel d⌊ignit⌋atis uel gulae uel libidinis uel gloriae, ita et uoluptа⌊tis concu⌋piscentia est; species autem uoluptatis etiam sp⌊ectacula⌋. opinor, generaliter nominatae concupiscenti⌊ae continent⌋ in se et uoluptates, aeque generaliter intellectae uoluptates specialiter et in spectacula disseruntur.

15. Ceterum rettulimus supra de locorum condicione, quod ⌊non⌋ per semetipsa nos inquinent, sed per ea quae illic geruntur, per quae, simul inquinamentum combiberunt, tunc etiam in alteros respuunt. uiderit ergo, ut diximus, principalis ⌊titu⌋lus, idololatria; reliquas ipsarum rerum qualitates contra ut dei omnes feramus. deus praecepit spiritum sanctum, utpote pro naturae suae bono tenerum et delicatum, tranquillitate et leni⌊tate⌋ et quiete et pace tractare, non furore, non bile, non ⌊ira, f. 98v
non⌋ dolore inquietare. huic quomodo cum spectaculis poterit

21] Ephes. 4, 30.

1 magis *B*, mis *A* et aures et oculos *E. Klussmannus:* . . . . et oculos *A*, oculos et aures *B* 2 negrothytis *A* 3 sed . . . digeruntur *om. A* 4 intestimurū *A* 5 interim seposito (posito) *fort.* nomine *Urs:* nosse ne *AB*, noscimine *susp. E. Klussmannus* subiectum *A*, subiici cum *B* 6 deberet *B* 9 spectaculis *ABC*, litteris *Bmg* 13 nomina concupiscentiae *C* 14 et *B:* ut *A* aeque . . . uoluptates *om. A* 15 differuntur *La Cerda,* discernuntur *fort.* 17 semetipsa nos *B*, sem& sanos *A* 18 combiberint *B* etiam *scripsi:* & tantum *A*, et *B*, iterum *E. Klussmannus,* et totum *Hartelius* in *om. A* in alteros respuunt *B*, alter ore spuunt *A* 19 ergo *om. A* 20 idololatriae *B* rerum ipsarum *B* contra ut dei omnes feramus *Klussmannus:* contra dī oṁs feramus *A*, contrarios omnes feramus dei *B*, contrariis omnes feramus *Gel,* contrariis conferamus *Lat,* contrarias omnes feramus dei *Oehlerus* 22 natarę *A* 24 huic quomodo cum *B,* huic modicum *ABmg,* huiusmodi cum *E. Klussmannus*

conuenire? omne enim spectaculum sine concussione spiritus non est. ⌊ubi enim u⌊oluptas, ibi et studium, per quod scilicet uoluptas sapit; ubi studium, ibi et aemulatio, per quam studium sapit. porro et ubi aemulatio, ibi et furor et bilis et ira et dolor et cetera ex his, quae cum his non conpetunt disciplinae. nam et si qui modeste et probe spectaculis fruitur pro dignitatis uel aetatis uel etiam naturae suae condicione, non tamen immobilis animi est et sine tacita spiritus passione. nemo ad uoluptatem uenit sine affec⌊tu⌋, nemo affectum sine casibus suis patitur. ipsi casus incitamenta sunt affectus. ⌈ceterum si cessat affectus,⌉ nulla est uoluptas, et est reus iam ille uanitatis eo conueniens, ubi nihil consequitur. sed pu⌊to⌋, [autem] etiam uanitas extranea est nobis. quid quod et ipse se iudicat inter eos positus, quorum se simul nolens utique detestatorem confitetur? nobis satis non est, si ipsi nihil tale facimus, nisi et talia factitantibus non conferamur. si furem, inquit, uidebas, concurrebas cum eo. utinam ne in saeculo quidem simul cum illis moraremur. sed tamen in saecularibus separamur, quia saeculum dei est, saecularia autem diaboli.

16. Cum ergo fu⌊ror⌋ interdicitur nobis, ab omni spectaculo auferimur, etiam a circo, ubi proprie furor praesidet. aspice populum ad id spectaculum iam cum furore uenientem, iam
f.99 tumultuosum, | iam caecum, iam de sponsionibus concitatum. tardus est illi pr⌊aetor, sem⌋per oculi in urna eius cum sortibus uolutantur. dehinc ad signum ⌊anxii⌋ pendent, unius dementiae

16] Ps. 49, 18.

1 enim *om. A* 2 et *om. A* 3 et *om. A* per quam . . . aemulatio *om. A* 5 quae cum his *om. A* 6 qui modeste et probe *B*, quo modo honeste probes *A* fruitur *B*, frui *A* 7 uel aetatis *om. A* 8 tamen immobilis animi *B*, tam enī mobili animi *A*, tamen immobili animo *C* est et *E. Klussmannus:* et *A*, est *BC*, est uel *fort.* tatita *A* 9 affectus *A* 10 ipse *A* 11 ceterum . . . affectus *om. A* 12 sed *om. B* 13 autem *AB*, item *Hildebrandius*, *om. E. Klussmannus* et *om. A* 14 simul *ABmg*, similem *B* 16 faciamus *B* factitantibus *C*, facitantibus *A*, facientibus *B* non *om. A* 18 secularib; *A* 19 saeparamur *A* 21 omnis *A* 23 id *om. A* 23 *sq.* iam tunc tumultuosum *A* 26 ad *om. A*

una uox est. cognosce dementiam de uanitate: misit, dicunt et nuntiant inuicem quod simul ab omnibus uisum est. teneo testimonium caecitatis: non uident missum quid sit, mappam putant; sed est diaboli ab alto praecipitati figura. ex eo itaque itur in furias et animos et discordias et quicquid non licet sacerdotibus pacis. inde maledicta, conuicia sine iustitia odii, etiam suffragia sine merito amoris. quid enim suum consecuturi sunt, qui illic agunt, qui sui non sunt? nisi forte hoc solum, per quod sui non sunt: de aliena infelicitate contristantur, de aliena felicitate laetantur. quicquid optant, quicquid abominantur, extraneum ab iis est; ita et amor apud illos otiosus et odium iniustum. an forsitan sine causa amare liceat quam sine causa odisse? deus certe etiam cum causa prohibet odisse, qui inimicos diligi iubet; deus etiam cum causa maledicere non sinit, qui maledicentes benedici praecipit. sed circo quid amarius, ubi ne principibus quidem aut ciuibus suis parcunt? si quid horum, quibus circus furit, alicubi conpetit sanctis, etiam in circo licebit, si uero nusquam, ideo nec in circo.

17. Similiter inpudicitiam omnem amoliri iubemur. hoc igitur modo etiam a theatro separamur, quod est | ⌊priuatum⌋ consi- f. 99ᵛ
storium inpudicitiae, ubi nihil probatur quam quod ali⌊bi n⌋on probatur. ita summa gratia eius de spurcitia plurimum con⌊ci⌋nnata est, quam Atellanus gesticulatur, quam mimus etiam per muliebres res repraesentat, sensum sexus et pudoris exterminans, ut facilius domi quam in scaena erubescant, quam

7] cf. Matth. 20, 14.

1 cognosco *A* 4 figura *B*, gula *A* 5 animo sed *A* 6 inde *B*, Iude *A* maledicti *A* 7 suum consecuturi sunt *A*, consecuturi sint suum *B*, consecuturi suum *Gel* 8 qui *prius om. A* 10 quicquid optant *om. A* quidquod *A* 11 ab illis *B* 15 sint *A corr.* 16 quid *om. A* 17 circūs *sic A* alicubi *ABC*, aliubi *Gel* 19 nec inpudicitiam omnem amare iubemur *ABmg*, nec impudicitiam omnem amandare iubemur? *Oehlerus*, pudicitiam omnem amare iubemur *E. Klussmannus* 20 a theatro *B*, li heatro *A* priuum *Scal* 21 impudentiae *Bmg* quam *om. A* 23 gesticulator *Lat* 24 muliebres res praesentat (repraesentat *ego*) *E. Klussmannus:* muliebres repraesentat *AB*, mulieres repraesentat *Gel* sensum *add. E. Klussmannus* sexum pudoris *B* 25 quam in scaena erubescant *om. A* in scena *Gel:* scaenae *B*

denique pantomimus a pueritia patitur ex corpore, ut artifex esse possit. ipsa etiam prostibula, publicae libidinis hostiae, in scaena proferuntur, plus miserae in praesentia feminarum, quibus solis latebant, perque omnis aetatis, omnis dignitatis ora transducuntur; locus, stipes, elogium, etiam quibus opus non est, ⌊prae⌋dicatur, etiam (taceo de reliquis) [etiam] quae in tene⌊bris⌋ et in speluncis suis delitescere decebat, ne diem contaminarent. ⌈erubescat senatus,⌉ erubescant ordines omnes; ipsae illae pudoris sui interemptrices de gestibus suis ad lucem et populum expauescentes semel anno erubescant. quodsi nobis omnis impudicitia exsecranda est, cur liceat audire quod loqui non licet, cum etiam scurrilitatem et omne uanum uerbum iudicatum a deo sciamus? cur aeque liceat uidere, quae facere flagitium est? cur quae ore prolata communicant hominem, ea per aures et oculos admissa non uideantur hominem communicare, cum spiritui appareant aures et oculi nec possit
f.100 mundus praestari cuius apparitores inquinantur? | habes igitur et theatri interdictionem de interdictione impud⌊i⌋citiae. si et doctrinam saecularis litteraturae ut stultitiae apud deum deputatam aspernamur, satis praescribitur nobis et de illis speciebus spectaculorum, quae saeculari litteratura lusoriam uel agonisticam scaenam dispungunt. quodsi sunt tragoediae et comoediae scelerum et libidinum actrices cruentae et lasciuae, impiae et prodigae, nullius rei aut atrocis aut uilis commemoratio melior est: quod in facto reicitur, etiam in dicto non est recipiendum.

18. Quodsi et stadium contendas in scripturis nominari, sane obtinebis. sed quae in stadio geruntur, indigna conspectu tuo

26] 1 Cor. 9, 24.

1 ex corpore *A*, in corpore *B* 2 prostribula *A* libininis *A corr.* 4 so solis *A* perque *Gel:* per quae *AB* 6 etiam *AB*, ea *Gel. om. E. Klussmannus* 7 et in *B*, et sn *A* 8 erubescat senatus *om. A* 10 annon *B* erubescunt *B* 11 quod *A*, quae *B* 13 iudicatum iri *Urs* 15 oculos et aures *B* 18 pud*i*citiae *A* sin *Gel* 19 secularis *A* 20 nobis *om. A* illis *om. A* 21 et de spectaculorum *A* lusorium uel agonisticum schema *Scal* 22 quodsi *Urs:* quod sint *AB* sunt *add. E. Klussmannus* comediae *A corr.* 23 aut libidinum *A* actrices *Urs:* auctrices *AB* 24 aut atrocis aut uilis *om. A* 25 est] ipsa re est *fort.* reigitur *A corr. m. al.* 26 non nominari (non *eras.*) *A* 27 conspectui *B*

non negabis, pugnos et calces et colaphos ⌊et omnem⌋ petulantiam manus et quamcumque humani oris, id est diuinae imaginis, depugnationem. non probabis usquam uanos cursus et iaculatus et saltus uaniores, nusquam tibi uires aut iniuriosae aut uanae placebunt, sed nec cura facticii corporis, ut plasticam dei supergressa, et propter Graeciae otium alti⌊les⌋ homines oderis. et palaestrica diaboli negotium est: primos homines diabolus elisit. ipse caestus colubrina uis est, tenax ad occupandum, tortuosa ad obligandum, liquida ad elabendum. nullus tibi coronarum usus est; quid de coronis uoluptates aucuparis?

19. Exspectabimus nunc ut et amphitheatri repudium de scripturis petamus? si saeui|⌊tiam⌋, si impietatem, si feritatem permissam nobis contendere possumus, eamus in amphitheatrum. si tales sumus quales dicimur, delectemur sanguine humano. bonum est cum puniuntur nocentes. quis hoc nisi tamen nocens negabit? et tamen innocentes de supplicio alterius laetari non oportet, cum magis competat innocenti dolere, quod homo, par eius, tam nocens factus est, ut tam crudeliter impendatur. quis autem mihi sponsor est, nocentes semper uel ad bestias uel ad quodcumque supplicium decerni, ut non innocentiae quoque inferatur aut ultione ⌊iu⌋dicantis aut infirmitate defensionis aut instantia quaestionis? quam melius ergo est nescire cum mali puniuntur, ne sciam et cum boni pereunt, si tamen bonum sapiunt. certe quidem gladiatores innocentes in ludum ueneunt, ut publicae uoluptatis hostiae fiant. etiam qui damnantur in ludum, quale est ut de leuiore delicto in homicidas emendatione proficiant? sed haec ethnicis respondi.

(f. 100v beside line 12: "scripturis petamus? … si feritatem")

2 quaecũq; *A* 4 et saltus *om. A* uires *B*, res *A* 6 supergressa et *A*, supergressae *B*, supergressa sed *Lat*, supergressa *Urs* 7 palestrica *A* 8 ipsi *A* caestus *E. Klussmannus:* gestus *AB* ocupandum *A* 9 delabendum *B* 11 ut et *B*, et *A* ampiteatri *A* 12 petamus *om. A* 13 ampitheatrum *A* 14 si tales sumus quales sumus. quales dicimur sanguinis humani. *A* 15 *sq.* nisi tantum *B*, nisi *Gel* 16 innocens *ABmg* supplicio *ex* suppicio *uel* subpicio *A* 17 oportet *B*, potest *ABmg* cõmpetat *A* 22 defensionis *ABmg*, defendentis *B* 23 mali *B*, alii *A* nesciam *B* quum *A* 24 sapio *fort.* 25 ueniunt *B* 26 de *om. A* 27 homicidiis *fort.* haec *om. A*

ceterum absit ut de istius spectaculi auersione diutius discat Christianus. quamquam nemo haec omnia plenius exprimere potest nisi qui adhuc spectat. malo non implere quam meminisse.

20. Quam uana igitur, immo desperata argumentatio eorum, qui sine dubio tergiuersatione amittendae uoluptatis optendunt f. 101 nullam eius abstinentiae | mentionem specialiter uel localiter in scripturis determinari, quae d⌊irecto⌋ prohibeat eiusmodi conuentibus inseri seruum dei. nouam proxime defensionem suauiludii cuiusdam audiui. sol, inquit, immo ipse etiam deus de caelo spectat nec contaminatur. sane, sol et in cloacam radios suos defert nec inquinatur. utinam autem deus nulla flagitia hominum spectaret, ut omnes iudicium euaderemus. sed spectat et latrocinia, spectat et falsa et adulteria et fraudes ⌊et⌋ idololatrias et spectacula ipsa. et idcirco ergo nos non sp⌊ec⌋tabimus, ne uideamur ab illo qui spectat omnia. comparas, homo, reum et iudicem, reum, qui, quia uidetur, reus est, iudicem, qui, quia uidet, iudex est. numquid ergo et extra limites circi furori studemus et extra cardines theatri impudicitiae intendimus et insolentiae extra stadium et immisericordiae extra amphitheatrum, quoniam deus etiam extra cameras et gradus et † apulias oculos habet? erramus: nusquam et numquam excusatur quod deus damnat, nusquam et nunquam licet quod semper et ubique non licet. haec est ueritatis integritas et, quae ei debetur, disciplinae plenitudo et aequalitas timoris et fides obsequii, non inmutare sententiam nec uariare iudicium. non potest aliud esse, quod uere quidem est bonum seu malum.

21. Omnia autem penes ueritatem dei fixa sunt. ethnici, quos penes nulla est ueritatis plenitudo, quia nec doctor ueri-

2 quanquam *A* 3 malum *B* 5 tergiuersationem *B* amittendae *Rig:* admittendae *AB* uoluptati obtendunt? *Iun* 6 uel localiter *om. A* 7 qua *Oehlerus* prohibeat *Urs:* prohibeant *B*, prohihent *sic A* 8 inseri *ABmg,* interesse *B* suadiludii *Lat* 9 audiui *om. A* inquid *A* etiam ipse *B* 10 sane *A*, plane *B* 12 uti *A* iudicium *B*, iudicia *A* 14 et *ante* idcirco *om. B* 15 omnia spectat *B* compares *Pam* 18 *sqq.* impudicitiae . . . amphitheatrum *om. A* 19 stadium *Gel:* studium *B* 20 qm̃ *A*, quod *B* etiam *om. A* 21 apulias *AB*, ἐπαυλίας *Urs*, Apulas *Scipio Maffeius*, aperturas *E. Klussmannus*, aulaea *fort.* 27 penes uos ueritate defixa sunt *C* 28 est *B*, sit *A* plenitudo . . . deus *om. A*

tatis deus, malum et bonum pro arbitrio et libidine interpretantur: alibi bonum quod alibi malum, et alibi malum quod alibi bonum. sic ergo euenit, ut qui in publico uix necessitate uesicae | tunicam leuet, idem in circo aliter non † exuet, f. 101v nisi totum pudorem in faciem omnium intendit, ut et qui filiae uirginis ab omni spurco uerbo aures tuetur, ipse eam in theatrum ad illas uoces gesticulationesque deducat, et qui in plateis litem manu agentem aut compescit aut detestatur, idem in stadio gra⌊uiori⌋bus pugnis suffragium ferat, et qui ad cadauer hominis ⌊comm⌋uni lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro de⌊ros⌋a et dissipata et in suo sanguine squalentia corpora pa⌊tien⌋tissimis oculis desuper incumbat, immo qui propter homi⌊cidae⌋ poenam probandam ad spectaculum ueniat, idem gladia⌊torem⌋ ad homicidium flagellis et uirgis compellat inuitum, et qui insigniori cuique homicidae leonem poscit, idem gladiatori atroci petat rudem et pilleum praemium conferat, illum uero confectum etiam oris spectaculo repetat, libentius recognoscens de proximo quem uoluit occidere de lonquinquo, tanto durior, si non ualuit.

22. Quid mirum? inaequata ista hominum miscentium et commutantium statum boni et mali per inconstantiam sensus et iudicii uarietatem. etenim ipsi auctores et administratores spectaculorum quadrigarios scaenicos xysticos arenarios illos amantissimos, quibus uiri animas, feminae autem illis etiam corpora sua substernunt, propter quos se in ea committunt quae

1 et *A*, ac *B* et *A*, ac *B* interpraetatur *A* 2 et alibi . . . bonum *om. A* 3 sic *A*, si *B* qui *Gel:* quis *AB* 4 exsultet *Gel* 5 intendit *ABmg*, intentet *B* ut *del. Gel* et *del. Urs* 10 ampitheatro *A* 12 incubat *A* 13 non uenit *E. Klussmannus* 14 compellit *A* 15 indigniori *E. Klussmannus* idem *B*, id est *A* 16 sperat *ABmg*, expetat *E. Klussmannus* comferat *A* *lacunam post* conferat *signauit E. Klussmannus* alium *fort.* 17 etiam oris *Lat:* etiam amoris *AB*, etiam ore *Scal* spectaculi *Scal* 18 noluit *Urs* 19 non ualuit *scripsi:* non uoluit *A*, noluit *B*, uoluit *Urs* 20 miscencium *A* 21 mali per inconstantiam *B*, malũ ꝑ innotans *A* 22 uarietate *Pam* ipso *A* actores *A* 24 amentissimos *Lipsius* uiri animas, feminae *Urs:* uiris animas feminis *AB*, uiles animas foeminis *Bmg*, uiles animas foeminae *Gel* autem illis *Lipsius:* aut illi *AB* 25 propter . . . committunt *om. A* se *addidi* quae *Gel:* quia *AB*

f. 102 reprehendunt, ex eadem arte, qua magnifaciunt, deponunt | et deminuunt, immo manifeste damnant ignominia et capitis minu⌊tio⌋ne, arcentes curia rostris senatu equite ceterisque ho⌊no⌋ribus omnibus simul et ornamentis quibusdam. quanta peru⌊er⌋sitas! amant quos multant, depretiant quos probant, artem magnificant, artificem notant. quale iudicium est, ut ob ea quis offuscetur, per quae promeretur? immo quanta confessio est malae rei! quarum actores, cum acceptissimi sint, sine nota non s⌊unt⌋.

23. Cum igitur humana recordatio etiam obstrepente gratia uoluptatis damnandos eos censeat ademtis bonis dignitatum in quendam scopulum famositatis, quanto magis diuina iustitia in eiusmodi artifices animaduertit? an deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum minister, tot *** status, ut sacerdos coronatus uel coloratus ut leno, quem curru rapiendum diabolus aduersus Elian exornauit? placebit et ille, qui uoltus suos nouacula mutat, infidelis erga faciem suam, quam ⌊non conten⌋tus Saturno et Isidi et Libero proximam facere insuper contumeliis alaparum sic obicit, tamquam de praecepto domini ludat? docet scilicet et diabolus uerberandam maxillam patienter offerre. sic et tragoedos cothurnis extulit, quia nemo potest adicere cubitum unum ad staturam suam: mendacem facere uult Christum. iam uero ipsum opus personarum quaero an deo placeat, qui omnem similitudinem uetat fieri,
f. 102v quanto | ⌊ma⌋gis imaginis suae? non amat falsum auctor ueritatis; adul⌊te⌋rium est apud illum omne quod fingitur. proinde uocem sexus ⌊aet⌋ates mentientem, amores iras gemitus lacrimas asseuerantem non probabit: omnem enim hypocrisin damnat.

21] Matth. 6, 27. Luc. 12, 25.

1 arte *Urs:* parte *AB* quam *B* et deminuunt *om. A* 5 depraetiant *A* artem magnificant *om. A* 8 malae rei *B,* mala . . . . *A,* malarum rerum *Oehlerus,* malarum artium *E. Klussmannus* quarum *AB,* cuius *Urs,* qua tum *Scal,* quoniam *fort.* actores *Urs:* auctores *AB* acceptissimis *B* 14 *lacunam signauit E. Klussmannus* statuum *B* 15 ut . . . coloratus *om. A* uelut sacerdos *Urs* curru rapiendum *Gel:* corrumpendum *AB* 16 eliani *A,* Heliam *B* et ille *om. A* 19 tãquam *A,* quasi *B* 20 et *om. A* 21 pacienter *A corr. m. al. ant.* coturnis *A* 28 probauit *A corr.* omnem enim ypocrisin *A,* qui omnem hypocrisin *B*

ceterum cum in lege praescribit maledictum esse qui muliebribus uestie⌞tur⌟, quid de pantomimo iudicabit, qui etiam muliebribus cu⌞ruat⌟ur? sane et ille artifex pugnorum impunitus ibit. tales enim cicatrices caestuum et callos pugnorum et aurium fungos a deo cum plasmaretur accepit; ideo illi oculos deus commodauit, ut uapulando deficiant. taceo de illo, qui hominem leoni prae se opponit, ne parum sit homicida quam qui eundem postmodum iugulat.

24. Quot adhuc modis probauimus, nihil ex his quae spectaculis deputantur placitum deo esse! at congruens seruo dei quod deo placitum non sit? si omnia propter diabolum instituta et ex diaboli rebus instructa monstrauimus (nihil enim non diaboli est quicquid dei non est uel deo displicet), hoc erit pompa diaboli, aduersus quem in signaculo fidei eieramus. quod autem eieramus, neque facto neque dicto neque uisu neque conspectu participare debemus. ceterum sic nos eieramus et rescindimus signaculum rescindendo testationem eius. numquid ergo superest, ut ab ipsis ethnicis responsum flagitemus? illi nobis iam renuntient, an liceat Christianis spectaculo uti. atquin hinc uel maxime intelligunt | factum Christianum, de repudio f. 103 spectaculorum. itaque negat ma⌞ni⌟feste qui per quod agnoscitur tollit. quid autem spei superest ⌞in⌟ eiusmodi homine? nemo in castra hostium transit nisi proiectis armis suis, nisi destitutis signis et sacramentis principis sui, nisi pactus simul perire.

1] Deuter. 22, 5.

2 uestiatur *Leopoldus* iudicauit *A* 3 curuatur *scripsi:* curatur *B*, cu . . . ur *A*, utatur *Urs*, calceatur *E. Klussmannus*, scurratur *de Lagarde* 4 cicastrices tuum *A* 5 aurium] rudium *Lat* a deo *B*, ad ea *A* plasmaretur *ABmg*, suo plasmate *B* illi oculos deus commodauit *scripsi:* illi oculos deus plasmauit *B*, illos oculos commendauit *A*, illi oculos deus commendauit *Bmg* 7 parum] perinde *E. Klussmannus* quam *del. Rig* 9 quot *Gel:* quod *AB* probauimus *scripsi:* perorabimus *B*, sperabimus *ABmg* expectaculis *A* 10 at *scripsi:* aut *AB* dei seruis *B* 11 domino *B* praeter *A* 13 diabolo *A* uel quidquid *Rig* dei non est uel *om. A* 14 quam *B* eramus *A* 15 quod autem eieramus *om. A* 16 prospectu *B* sic nos *scripsi:* si nos *A*, nonne *B* 17 *lacunam post* eius *signauit E. Klussmannus* 19 iam nobis *B* 22 huiusmodi *B* 23 nisi proiectis armis suis *om. A*

25. An ille recogitabit eo tempore de deo positus illic ubi nihil est de deo? pacem, opinor, habebit in animo contendens pro auriga, pudicitiam ediscet attonitus in mimos. immo in ⌊om⌋ni spectaculo nullum magis scandalum occurret quam il⌊le⌋ ipse mulierum et uirorum accuratior cultus. ipsa consensio, ipsa in fauoribus aut conspiratio aut dissensio inter se de commercio scintillas libidinum conflabellant. ne⌊mo⌋ denique in spectaculo ineundo prius cogitat nisi uideri et uidere. sed tragoedo uociferante exclamationes ille ⌊ali⌋cuius prophetae retractabit et inter effeminati tib⌊icinis⌋ modos psalmum secum comminiscetur, et cum athletae a⌊gent⌋, ille dicturus est repercutiendum non esse. poterit ergo et de misericordia moneri defixus in morsus ursorum et spongias retiariorum. auertat deus a suis tantam uoluptatis exitiosae cupiditatem! quale est enim de ecclesia dei in diaboli ecclesiam tendere, de caelo, quod aiunt, in caenum? illas manus quas ad deum extuleris postmodum laudando histrionem fatigare? ex ore, quo Amen in Sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος alii omnino dicere nisi deo et Christo? |

f. 103v 26. ⌊Cur e⌋rgo non eiusmodi etiam daemoniis penetrabiles fiant? nam ⌊et e⌋xemplum accidit domino teste eius mulieris, quae theatrum adiit ⌊et in⌋de cum daemonio rediit. itaque in exorcismo cum oneraretur ⌊im⌋mundus spiritus, quod ausus esset fidelem aggredi, constanter: ⌊et⌋ iustissime quidem, inquit, feci: in meo eam inueni. constat et alii linteum in ⌊so⌋mnis ostensum eius diei nocte, qua tragoedum audierat, cum ⌊e⌋xprobratione

11] cf. Luc. 6, 29.

1 recogitabit *B*, rogitabit (rogitabit *A*) *ABmg* ubi *om. A* 3 attonit*us *A* immimos *A*, in animos *B* 4 quam *B*, quem et *A* ipse ille *B* 6 ipsa . . . dissensio *om. A* 7 scintillas (a *ex* ic) *A* conflabellant *B*, flagellant *A*, flabellant *E. Klussmannus* 9 ille *Gel:* illae *AB* 10 et *om. B* effeminati tibicinis *E. Klussmannus:* effoeminationis *B*, effeminati liberi *Bmg*, effeminati lib . . . *A*, effeminati histrionis *Rig*, effeminati ludii *Hartelius* 12 ergo *om. B* moneri defixus *Scipio Maffeius:* moueri defixus *B*, moueria (a *eras.*) aut *A* 16 dominum *B* 18 εἰς αἰῶνας ἀπ' αἰῶνος *Rig:* his apaeonos *A*, εἰς αἰῶνας *B* 19 et *om. B* 20 penetrabilis *A corr.* 22 adiit *B*, agat *A* demonio *A* redit *A* 23 exorchismo *A* 24 inquid *A* 25 constat et *om. A* 26 exprobrationē *A*

nominato tragoedo nec ultra quintum diem eam mulierem in saeculo fuisse. quo utique et alia documen⌊t⌋a cesserunt de his qui cum diabolo apud spectacula communicando a domino exciderunt. nemo enim potest duobus dominis seruire. ⌊quid luci⌋ cum tenebris? quid uitae et morti?

27. Odisse debemus istos conuentus et coetus ethnicorum, uel quod illic nomen dei blasphematur, illic in nos quotidiani leones expostulantur, inde persecutiones decernuntur, inde temptationes emittuntur. quid facies in illo suffragiorum impiorum aestuario reprehensus? non quasi aliquid illic pati possis ab hominibus (nemo te cognoscit Christianum), sed recogita, quid de te fiat in caelo. dubitas illo enim momento, quo diabolus in ecclesiam furit, omnes angelos prospicere de caelo et singulos denotare, quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo aduersus deum ministrauerit? non ergo fugies sedilia hostium Christi, illam cathedram pestilentiarum ipsumque aerem qui desuper incubat scelestis || uoci- f.104
bus conspurcatum? sint dulcia licebit et grata et simplicia, etiam honesta quaedam. nemo uenenum temperat felle et elleboro, sed conditis pulmentis et bene saporatis, et plurimum dulcibus id mali inicit. ita et diabolus letale quod conficit rebus dei gratissimis et acceptissimis imbuit. omnia illic seu fortia seu honesta seu sonora seu canora seu subtilia perinde habe ac stillicidia mellis de lucunculo uenenato nec tanti gulam facias uoluptatis quanti periculum per suauitatem.

4] Matth. 6, 24. 5] 2 Cor. 6, 14.

1 nominato *B*, nominatim *A* tragoedi *Rig* nuncupato nominatim tragoedo *E. Klussmannus* 2 quod *(d eras.) A*, quot *Urs* accesserunt *Iun* 3 cōmunicanda exciderunt *A* 6 coitus *A* 7 uel quod *B*, quoniam *A* dei *om. A* cotidiani in nos *B* 8 decernuntur inde temptationes *om. A* 9 emituntur *A* 10 aestu. carior *A* deprehensus *B* 11 *sed *A* 12 dubitas & *(& eras.) A* illo eum *Bmg*, enim illo *Gel* quo diabolus in ecclesia *(ecclesiam Urs)* furit *ABmg*, quod in diaboli ecclesiam fueris *B*, quo in diaboli ecclesia fueris *Gel* 13 angelis *A corr.* 15 administrauerit *B* non *A*, num *B* 17 uocibus . . . coeperint *(27, 7) om. A* 18 conspurcatum *scripsi:* constupratum *B* licet *C* 23 perinde *scripsi:* proinde *B* 24 stillicidia *Iun:* si stillicidia *B* de lucunculo uenenato *Iun:* deliuacunculo uenenatu *B*, de libacunculo uenenato *Gel*, de ranunculo uenenato *Urs* ne *Iun* tangi *B*

28. Saginentur eiusmodi dulcibus conuiuae sui: et loca et tempora et inuitator ipsorum est. nostrae coenae, nostrae nuptiae nondum sunt. non possumus cum illis discumbere, quia nec illi nobiscum: uicibus disposita res est. nunc illi laetantur, nos conflictamur. saeculum, inquit, gaudebit, uos tristes eritis. lugeamus ergo, dum ethnici gaudent, ut, quum lugere coeperint, gaudeamus, ne pariter nunc gaudentes tunc quoque ⌊pariter⌋ lugeamus. delicatus es, Christiane, si et in saeculo uoluptatem concupiscis, immo nimium stultus, si hoc existimas uoluptatem. philosophi quidam hoc nomen quieti et tranquillitati dederunt, in ea gaudent, in ea auoca⌊ntur⌋, in ea etiam gloriantur. tu mihi metas et scaenam et pu⌊lue⌋rem et harenam suspiras. dicas uelim: non possumus u⌊iuere⌋ sine uoluptate, qui mori cum uoluptate debemus. ⌊nam quod⌋ est aliud uotum nostrum quam quod et apostoli, exire de saeculo et recipi apud dominum? hic uoluptas, ubi et uotum.

29. Iam nunc putas delectamentis ⌊exige⌋re spatium hoc? cur tam ingratus es, ut tot et tales uoluptates a deo contributas tibi satis non habeas neque recognoscas? quid ⌊enim iu⌋cundius quam dei patris et domini reconciliatio, quam ueritatis reuelatio, quam errorum recognitio, quam tantorum retro criminum uenia? quae maior uoluptas quam fastidium ipsius uoluptatis, quam saeculi totius contemptus, quam uera libertas, quam conscientia integra, quam uita sufficiens, quam mortis timor nullus? quod calcas deos nationum, quod daemonia expellis, quod medicinas facis, quod reuelationes petis, quod deo uiuis? haec uoluptates, haec spectacula Christianorum sancta perpetua gratuita; in his tibi circenses ludos interpretare, cur-

5] Ioann. 16, 20. 15] cf. Philipp. 1, 23; cf. Luc. 12, 34.

2 inuitator *Gel:* imitator *B* 3 sunt *Gel:* sum *B* possumus *Urs:* possum *B* 8 dilicatus *A* 10 quidam *Iun:* quidem *AB* 11 et tranquillitati dederunt *om. A* in ea gaudent *B*, nea gaudent *A* auocantur] uocantur *Usenerus (Epic. p. 284, 16)* 12 moetas *A* scaenas *B* 13 arenam *A*, harenas *B* *ue*lim *A* 14 debebimus *B* nam] num *fort.* est *B*, et *A* 15 exire de saeculo et *om. A* 16 hic *Urs:* haec *AB* uotum *ABmg*, uitium *B* 17 si putas *B*, puta *Rig* erigere *B* 18 ut tot et *B*, ut putes *A* uoluptates *om. A* 20 iocundius *A* ueritatis reuelatio quam *om. A* 25 quot calcas *A* 27 hae uoluptates *B* 28 ludos circenses *B* interpraetare *A*

sus saeculi intuere, tempora labentia, spatia peracta dinumera, metas consummationis exspecta, societates ecclesiarum defende, ad signum dei suscitare, | ⌊ad tuba⌋m angeli erigere, ad marty- f. 104v rum palmas gloriare. si scaenicae doctrinae delectant, satis nobis litterarum est, satis uersuum est, satis sententiarum, satis etiam canticorum, satis uocum, nec fabulae, sed ueritates, nec strophae, sed simplicitates. uis et pugilatus et luctatus? praesto sunt, non par⌊ua⌋ et multa. aspice impudicitiam deiectam a castitate, perfi⌊diam c⌋aesam a fide, saeuitiam a misericordia contusam, petulantiam ⌊a mode⌋stia adumbratam, et tales sunt apud nos agones, in quibus ipsi co⌊ro⌋namur. uis autem et sanguinis aliquid? habes Christi.

30. Quale autem spectaculum in proximo est aduentus domini iam indubitati, iam superbi, iam triumphantis! quae illa exultatio angelorum, quae gloria ⌊resurgen⌋tium sanctorum! quale regnum exinde iustorum! qualis ciui⌊tas noua⌋ Hierusalem! at enim supersunt alia spectacula, ille ulti⌊mus et⌋ perpetuus iudicii dies, ille nationibus insperatus, ille derisus, ⌊cum ta⌋nta saeculi uetustas et tot eius natiuitates uno igni haurien⌊tur⌋. quae tunc spectaculi latitudo! quid admirer? quid rideam? ⌊ubi⌋ gaudeam, ubi exultem, tot spectans reges, qui in caelum ⌊recepti⌋ nuntiabantur, cum Ioue ipso et ipsis suis testibus in imis tenebris ⌊con⌋gemescentes? item praesides persecutores dominici nominis saeuioribus quam ipsi flammis saeuierunt insultantes

1 *lacunam post* labentia *signauit E. Klussmannus* peracta *addidi* 2 metas *B,* et has *A* consumationes *A* specta *A* defend. *A* 3 martyrii *B* 5 est *B,* et *A* uersuum est satis *om. A* 7 pugilatusque (que *del. m. rec. saec. ut uidetur XVII)* praesto *A* 8 parua et multa *Oehlerus:* par . . sunt multa *A,* parua sed multa *B,* pauca sed multa *Urs,* pauca simul *Rig,* parum sunt multa *E. Klussmannus* impudiciam *A* 9 caesas *A* a *post* saeuitiam *om. A* 10 obumbratam *Pam* 11 sunt *om. A* 15 quae *om. A* 21 spectans tot ac tantos *B* 22 nunciabantur *A* ipso Ioue *B* ipsis suis testibus *B,* sistestibus *A* 23 congemiscentes *B* 24*sq.* saeuioribus quam ipsi flammis saeuierunt insultantes contra Christianos *scripsi:* saeuioribus quam ipsi flammas saeuierunt insultantibus contra Christianos (Christianis *C) B,* scli flammis saeuferunt *(sic)* insultantibus contra Christianos *A,* saeuioribus quam ipsi contra Christianos saeuierunt flammis *Rig,* saeuioribus quam ipsi flammis saeuierunt insultantibus contra Christianos *E. Klussmannus*

contra Christianos li⌊quesc⌋entes? quos praeterea? sapientes illos philosophos coram discipulis suis una conflagrantibus erubescentes, quibus nihil ad deum pertinere suadebant, quibus f. 105 animas aut nullas aut non | in pristina corpora redituras adfirmabant? etiam poetas n⌊on ad⌋ Rhadamanthi nec ad Minonis, sed ad inopinati Christi tribu⌊nal⌋ palpitantes? tunc magis tragoedi audiendi, magis scilicet uocales in sua propria calamitate; tunc histriones cognoscendi, solutiores multo per ignem; tunc spectandus auriga in flammea rota totus ruber; tunc xystici contemplandi, non in gymnasiis, sed in igne *** iaculati, nisi quod ne tunc quidem illos uelim uisos, ut qui malim ad eos potius conspectum insatiabilem conferre, qui in dominum desaeuierunt. hic est ille, dicam, fabri aut quaestuariae filius, sabbati destructor, Samarites et daemonium habens; hic est quem a Iuda redemistis, hic est ille harundine et colaphis diuerberatus, sputamentis dedecoratus, felle et ⌊aceto pota⌋tus; hic est, quem clam discentes subripuerunt, ut surrexisse dicatur, hortulanus detraxit, ne lactucae suae frequentia commeantium adlaederentur. ut talia spectes, ut talibus exultes, quis tibi praetor aut consul aut quaestor aut sacerdos de sua liberalitate praestabit? et tamen haec iam quodammodo habemus per fidem spiritu imaginante repraesentata. ceterum qualia illa sunt, quae nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascenderunt? credo, circo et utraque cauea et omni stadio gratiora.

23] 1 Cor. 2, 9.

1 quos *del. Urs* *post* praeterea *signum* ? *posuit E. Klussmannus* 4 redituras *A* 5 rhadamanthy *A* minonis *A*, Minois *B* 6 tũ *A* 7 tragoedi audiendi magis *om. A* 9 expectandus *A* rubens *B* exy̆stici *A* 10 in *ante* igne *om. A* *lacunam significaui: amphitheatri mentio deest* iaculati] mulcati *uel* luctati *fort.* 11 nec *B* u*elim* u*isos* *A* 12 insaciabilem *A corr.* dn̄o *A corr.* 13 *sqq.* hic — redemistis *om. A* 17 resurrexisse *B* 18 ortolanus *A* 19 adlederentur *A*, laederentur *B* 22 caeterum *A* 24 ascendit *A* cauea] caula *B* 25 EXPLICIT| DE. SPECTA:CVLIS || f. 105ᵛ

II.

DE IDOLOLATRIA.

1. Principale crimen generis humani, summus saeculi reatus, f. 105v tota causa iudicii idololatria. nam etsi suam speciem tenet unumquodque delictum, etsi suo quodque nomine iudicio destinatur, in idololatriae tamen crimine expungitur. omitte titulos, opera recognosce. idololatres idem homicida est. quaeris quem occiderit? si quid ad elogii ambitionem facit, non extraneum nec inimicum, sed ipsum se. quibus insidiis? erroris sui. quo telo? offensa dei. quot plagis? quotquot idolo⌊latriis⌋. qui negat idololatren perisse, is negabit idolola⌊tren⌋ homicidium fecisse. perinde adulterium et stu⌊prum⌋ in eodem recognoscas; nam qui falsis deis seruit, si⌊ne dub⌋io adulter est ueritatis, quia omne falsum adulterium est. sic et stupro mergitur. quis enim ⌊immun⌋dis spiritibus cooperator non conspurcatus et cons⌊tupr⌋atus incedit? atque adeo scripturae sanctae stupri uoca⌊bulo⌋ utuntur in idololatriae exprobratione. fraudis condi⌋cio ea est, opinor, si quis alienum rapiat aut alii debitum ⌊deneget⌋, et utique erga hominem admissa fraus maxi⌊mi crim⌋inis nomen est. at enim idololatria fraudem deo ⌊facit⌋ honores illi suos denegans et conferens aliis, ut frau⌊di etiam⌋ contumeliam coniungat. quodsi tam fraus quam | stuprum atque adul- f. 106 terium mortem afferunt, iam in his ⌊aeque⌋ idololatria de homicidii reatu non liberatur. post talia crimina, tam exitiosa,

5 quodque *Iun, Scal:* quoque *AB* 7 opera *Lat:* operas *AB* item *Oehlerus* 8 occident *B* 9 se ipsum *B* quod telo *A* 11 negauit *A* 12 perinde *Gel:* proinde *AB* 13 *sq.* ueritatis — est *om. A* 14 in stupro *B* 15 cooperator *ABmg,* operatus *B* conspurgatus *A* 18 est *om. A* 19 arga *A* 20 at enim ad *A* deo *om. A* 23 aeque] *tres litterae fuerunt A* 24 homicidi *A*

tam deuoratoria salutis cetera quoque aliquem ad modum et seorsum perinde disposita in idololatria condicionem suam repraesentant. in illa et concupiscenti⌊a⌊e⌋ saeculi. quae enim idololatriae sollemnitas sine ambitione cultus et ornatus? in illa lasciuiae et ebrietates, cum plurimum uictus et uentris et libidinis causa frequententur. in illa iniustitia. quid enim iniustius ea quae iustitiae patrem nescit? in illa etiam uanitas, cum tota eius ratio uana sit. i⌊n⌋ illa mendacium, cum tota substantia eius mendax ⌊sit. ita⌋ fit, ut omnia in idololatria et in omnibus idolola⌊tria de⌋prehendatur. sed et alias, cum uniuersa delicta ⌊aduer⌋sus deum sapiant, nihil autem, quod aduersus deum sapiat, ⌊non⌋ daemoniis et immundis spiritibus deputetur quibus ⌊idola⌋ mancipantur, sine dubio idololatrian admittit qui⌊cun⌋que delinquit. id enim facit quod ad idolorum man⌊cipes per⌋tinet.

2. Sed uniuersa nomina criminum discedant ⌊in ope⌋rum suorum proprietates, remaneat idololat⌊ria in⌋ eo quod ipsa est. sufficit sibi tam inimicum deo nom⌊en, tam⌋ locuples substantia criminis, quae tot ramos porrigit, tot uenas diffundit, ut de hoc
f. 106v cum maxime materia | suscepta sit, quot modis nobis praecauenda sit idololatriae latitudo, quoniam multifariam seruos dei nec tantum ignorata, sed etiam dissimulata subuertit. plerique idololatrian simpliciter existimant his solis modis interpretandam, si quis aut incendat aut immolet aut polluceat aut sacris aliquibus aut sacerdotiis obligetur, quemadmodum si quis existimet adulterium in osculis et in amplexibus et in ipsa carnis congressione censendum aut homicidium in sola sanguinis profusione et in animae ereptione reputandum. at enim, dominus quam ⌊e⌋xtensius ista disponat, certi sumus, cum adulterium etiam in con⌊cupisc⌋entia designat, si oculum quis impegerit

1 ad aliquem ad *A*, ad aliquem *B* 2 perinde *scripsi:* proinde *AB* conditionem *A sic fere semper* repraesentat *AB* 4 sollempnitas *A* 8 mendatium *A* 10 depraehendatur *A* 11 dominum *B* 13 idololatriam *B sic fere semper* 17 remaneant. Idololatria *A* 19 diffundit *Urs, Rig:* defundit *AB* 23 existimant his *B*, existimantes *A* interpretandam *A* 24 quid *A* polluceat *Pam:* proluceat *AB* 25 sacerdotiis *Bmg,* sacerdotibus *AB*

libidinose et ⌊anima⌋m commouerit impudice, cum homicidium etiam in ⌊uerbo⌋ maledicti uel conuicii iudicat et in omni impetu irae ⌊et in ne⌋glegentia caritatis in fratrem. sicut Iohannes do⌊cet ho⌋micidam esse qui oderit fratrem. alioquin in ⌊modi⌋co consisteret et diaboli ingenium de malitia et dei do⌊mini⌋um de disciplina, qua nos aduersus diaboli latitudines munit, ⌊si in his⌋ tantum delictis iudicaremur, quae etiam nationes d⌊ecre⌋uerunt uindicanda. quomodo abundabit iustitia ⌊nostra su⌋per scribas et pharisaeos, ut dominus praescripsit, nisi abundantiam aduersariae eius id est iniustitiae perspexerimus? quod si caput iniustitiae idololatria est, | prius est, uti aduersus abundantiam f. 107
idololatriae praemuniamur, dum illam non solum in manifestis recognoscim⌊us⌋.

3. Idolum aliquamdiu retro non erat. priusquam huius mo⌊ns⌋tri artifices ebullissent, sola templa et uacuae aedes era⌊nt⌋, sicut in hodiernum quibusdam locis uetustatis uestigia permanent. tamen idololatria agebatur, non in isto nomine, sed in isto opere. nam et hodie extra templum et sine idolo agi potest. at ubi artifices statuarum et imaginum et omnis generis simulacrorum diabolus saeculo intulit, rude illud negotium humanae calamitatis et nomen de idolis consecutum est et profectum. exinde iam caput facta est idololatriae ars omnis ⌊quae⌋ idolum quoquomodo edit. neque enim interest, an p⌊lastes⌋ effingat, an caelator exculpat, an phrygio detexat, quia nec de materia refert, an gypso, an coloribus, an lap⌊ide, an⌋ aere, an argento, an filo formetur idolum. quando ⌊enim⌋ et sine idolo idololatria fiat, utique, cum adest idolum, ⌊nihil⌋ interest, quale sit, qua de materia, qua de effigie, n⌊e qui pu⌋tet id solum idolum habendum, quod humana effig⌊ie sit con⌋secratum. ad hoc necessaria est uocabuli interpretatio. ⌊εἶδος⌋ Graece formam

3] cf. 1 Ioann. 3, 15.

2 conuicii iudicii iudicat *B*, al. deest iudicii *Bmg* 5 dominium *Iun:* domini *AB* 6 latitudines *Urs, Rig:* altitudines *AB* innuit *B* in *A non habere videtur* 10 capud *A* 12 in *om. B* 14 aliquandiu *A* 15 ebulissent *A* 17 non isto (in *om.*) *A* 22 et inde *A* 24 celator *A* exsculpat *B* phrygrio testexat *A* 26 filo *Bmg*, figulo *AB* 28 quam *A* quam *A* 29 at *A* 30 hoc *om. A* edos *A (?)* grece *A*

sonat; ab eo per diminutionem εἴδωλον de⌊ductum⌋; aeque apud nos forma formulam fecit. igitur omnis forma uel formula f. 107v idolum se dici exposcit. inde idololatria omnis circa | omne idolum famulatus et seruitus. inde et omnis idoli artifex eiusdem et unius est criminis, nisi parum idololatrian populus admisit, quia simulacrum uituli et non hominis sibi consecrauit.

4. Idolum tam fieri quam coli deus prohibet. quanto praecedit, ut fiat quod coli possit, tanto prius est, ne fiat, si coli non licet. propter hanc causam, ad eradicandam scilicet materiam idololatriae, lex diuina proclamat, ne feceris idolum, et coniungens, neque similitudinem eorum quae in caelo sunt et quae in terra et quae in mari, toto mundo eiusmodi artibus interdixit seruis dei. antecesserat Enoch praedicens omnia elementa, omnem mundi censum, ⌊q⌋uae caelo, quae mari, quae terra continentur, in idololatrian ⌊uersu⌋ros daemonas et spiritus desertorum angelorum, ut pro deo ⌊aduer⌋sus deum consecrarentur. omnia igitur colit humanus er⌊ror⌋ praeter ipsum omnium conditorem. eorum imagines ido⌊la⌋, imaginum consecratio idololatria. quicquid idolola⌊tria⌋ committit, in artificem quemcumque et cuiuscumque idoli deputetur necesse est. denique idem Enoch simul et cultores ⌊ido⌋li et fabricatores in comminatione praedamnat. et rursus: iuro uobis peccatores, quod in diem sanguinis perditionis tristitia parata est. qui seruitis lapidibus et qui imagines facitis aureas et argenteas et ligneas et lapideas et fictiles et seruitis phantasmatibus et daemoniis et spiritibus f. 108 infernis et omnibus | erroribus non secundum scientiam, nullum ab iis inuenietis auxilium. Esaias uero,

10] Ex. 20, 3. Deut. 5, 8. 22] cf. Das Buch Henoch (üb. v. A. Dillmann, p. 72) 99, 6 sqq.

1 deminutionem *Iun* idolum *A* *post* deductum *distinxi* deductum, quae *(sc.* diminutio*)* aeque *Hartelius* aput *A* 2 forma *addidi* 6 qui *B* hominis *A*, omnis *B* 7 tamen *A* 10 feceris *A*, feceritis *B* 13 Enoch *Rig:* enim hoc *AB* praedicens Enoch *Pam* 14 sensum *B* 15 continetur *A* 17 dominum *B* 19 quicquid idololatra *B* 22 praedamnat prorsus: Iuro *Iun* 23 et perditionis *Iun, Rig* tristitia *A*, paenitentia *B* 26 demoniis *A* 27 infernis *Harrisius:* infamis *AB*, infamibus *Pam, Lat,* insanis *Urs,* in fanis *Oehlerus* 28 hab *A* eseias *A*

testes, ait, uos estis, si est deus absque me. et non erant tunc qui fingunt et exculpunt, omnes uani, qui faciunt libita sibi, quae illis non proderunt. et deinceps tota illa pronuntiatio quam artifices, quam cultores detestatur. cuius clausula est: cognoscite, quod cinis sit cor illorum et terra, et nemo animam suam liberare possit. † ubi aeque Dauid et factores. tales fiant, inquit, qui faciunt ea. et quid ego, modicae memoriae homo, ultra quid suggeram? quid recolam de scripturis? quasi aut non sufficiat uox spiritus sancti aut ultra deliberandum sit, an maledixerit atque damnauerit dominus ipsos prius artifices eorum, quorum cultores maledicit et damnat?

5. Plane impensius respondebo ad excusationes huiusmodi artificum, quos numquam in domum ⌊dei⌋ admitti oportet si quis eam disciplinam norit. iam illa ob⌊ici soli⌋ta uox, non habeo aliud quo uiuam, districtius repercu⌊ti po⌋test: uiuere ergo habes? quid tibi cum deo est, si tuis legibus ui⌊uis⌋? tum quod et de scripturis audent argumentari, dixisse apostolum: ut quisque fuerit inuentus, ita perseueret, possumus igitur omnes in peccatis perseuerare ex ista interpretatione. n⌊ec enim⌋ quisquam nostrum non peccator inuentus est, cum Christus non alia ex causa descenderit quam peccatorum liberandorum. item eundem praecepisse dicunt secundum suum exemplum, uti manibus | suis unusquisque operetur ad uictum. si hoc f. 108v
praeceptum ab omnibus manibus defenditur, credo et fures balneares manibus suis uiuere et ipsos latrones manibus agere quo uiuant, item falsarios utique non pedibus, sed manibus operari malas litteras, histriones uero non manibus solis, sed totis membris uictum elaborare. pateat igitur ecclesia omnibus, qui

1] Es. 44, 8—9. 5] Es. 44, 20. 7] Ps. 115, 8. 18] 1 Cor. 7, 20. 23] 1 Thess. 4, 11.

4 pronunciatio *A* *bis* qua in *B* 6 terra] errant *Pam* 6 uti *Iun* 9 suffiat *A* 13 respondebimus *B* 15 eam] eius *Iun* 17 si tuis *A*, sit uis *B* ui⌊uis⌋ *A*, *om. B vulgo* 19 *distinctionem correxi* 20 interpraetatione *A* enim *A* *non habere videtur, om. B* 23 ut *B* manibus *del. Scal* 24 suis *om. B* unusque *A* 26 balneares *Oehlerus,* balneatores *AB,* balnearios *Gel,* et aleatores *Rig*

manibus et suo opere tolerant, si nulla exceptio est artium quas dei disciplina non recipit. sed ait quidam aduersus similitudinis interdictae propositionem: cur ergo Moses in eremo simulacrum serpentis ex aere fecit? seorsum figurae, quae dispositioni alicui arcanae praestruebantur, non ad erogationem legis, sed ad exemplarium causae suae. alioquin si haec ut aduersarii legis interpretemur, numquid et nos, quod et Marcionitae, inconstantiam adscribimus omnipotenti, ⌊quem⌋ illi hoc modo destruunt ut mutabilem, dum alibi uetat, ali⌊bi ma⌋ndat? si quis autem dissimulat illam effigiem aerei serpen⌊tis s⌋uspensi in modum figuram designasse dominicae crucis ⌊a se⌋rpentibus id est ab angelis diaboli liberaturae nos, dum per semet⌊i⌋psam diabolum id est serpentem interfectum suspendit, siue quae alia figurae istius expositio dignioribus reuelata est, dummodo ⌊ap⌋ostolus affirmet omnia tunc figurate populo accidisse. bene, quod idem deus et lege uetuit similitudinem fieri et extraordinario praecepto serpentis similitudinem indixit. si eundem |
f. 109 deum obseruas, habes legem eius, ne feceris similitudinem. si et praeceptum factae postea similitudinis respicis, et tu imitare Moysen, ne facias aduersus legem simulacrum aliquod, nisi et tibi deus iusserit.

6. Si nulla lex dei prohibuisset idola fieri a nobis, nulla uox spiritus sancti fabricatoribus idolorum non minus quam cultoribus comminaretur, de ipso sacramento nostro interpretaremur nobis aduersas esse fidei eiusmodi artes. quomodo enim renuntiauimus diabolo et angelis eius, si eos facimus? quod repudium diximus iis, non dico cum quibus, sed de quibus uiuimus? quam discordiam suscepimus in eos, quibus exhibitionis nostrae gratia obligati sumus? potes lingua negasse quod manu confiteris? uerbo destruere quod facto struis? unum deum praedicare qui tantos efficis? uerum deum praedicare qui falsos

18] Ex. 20, 1.

1 tolerant *scripsi:* tolerantur *AB* 4 exeare *AB* 5 praestruebatur *B* derogationem *Iun, Scal, Rig* 6 aduersaria *Wissowa* 8 quem] quod *B* 14 dummodo ut *Iun* 15 *pro uirgula punctum ante* bene *posui* 16 *prius* et *AB,* ut *Oehlerus,* qui *Pam* *post.* et *add. Iun* 17 indixit *Rig:* interz dixit *AB,* interduxit *Iun* 22 nobis, si nulla uox *Lat* 27 his *B*

facis? facio, ait quidam, sed non colo: quasi ob aliquam causam colere non audeat, nisi ob quam et facere no⌊n de⌋beat, scilicet ob dei offensam utrubique. immo tu colis, qui fa⌊cis⌋, ut coli possint. colis autem non spiritu uilissimi nidoris alicuius, sed ⌊tuo⌋ proprio nec anima pecudis impensa, sed anima tua. illis ing⌊eni⌋um tuum immolas, illis sudorem tuum libas, illis prudentiam tuam accendis. plus es illis quam sacerdos, cum per te habeant sacerdotem; diligentia tua nu⌊men⌋ illorum est. negas te quod facis colere? sed illi non negant, quibus hanc saginatiorem et auratiorem et maiorem hostiam caedis, salutem tuam tota die.

7. Ad hanc partem zelus fidei perora|bit ingemens: Christia- f. 109v num ab idolis in ecclesiam uenire, de aduersaria officina in domum dei uenire, attollere ad deum patrem manus matres idolorum, his manibus adorare, quae foris aduersus deum adorantur, eas manus admouere corpori domini, quae daemoniis corpora conferunt? nec hoc sufficit. parum sit, si ab aliis manibus accipiant quod contaminent, sed etiam ipsae tradunt aliis quod contaminauerunt. adleguntur in ordinem ecclesiasticum artifices idolorum. pro scelus! semel Iudaei Christo manus intulerunt, isti quotidie corpus eius lacessunt. o manus praecidendae! uiderint iam, an per similitudinem dictum sit: s i t e m a n u s t u a s c a n d a l i z a t, a m p u t a e a m. quae magis amputandae, quam in quibus domini corpus scandalizatur?

8. Sunt et aliae conplurium artium species, quae, etsi non contingunt idolorum fabricationem, tamen ea, sine quibus idola ⌊nil⌋ possunt, eodem crimine expediunt. nec enim differt, an ⌊ex⌋truas uel exornes, si templum, si aram, si aediculam eius in-

23] Matth. 18, 8.

1 aitq: uidam *A* sed *B*, et *A* ob aliquam *Iun:* obliquam *Bmg,* aliquam *AB*, ob aliam *Gel* 2 debeat *A*, debebat *B* 4 possit *A* odoris *Bmg* 6 illis . . . libas *om. A* 8 numen *B*, nomen *A* 11 *uerba* tota die *uulgo in principio cap. 7 leguntur: correxi* 12 Christum *Bmg* 13 aduersarii *Rig* 15 adornantur *Iun,* operantur *Wissowa* 16 daeminiis *A* 17 *signum interrogationis posui* 18 contaminent *B*, contaminant *A* ipsi *Urs* etradunt *A corr.* 22 uiderint *Gel:* uiderit *AB* sit *om. A* 23 amputė eam *A* 26 nil *om. B*

s⌊tr⌋uxeris, si bratteam expresseris aut insignia aut etiam do⌊mum⌋ fabricaueris. maior est eiusmodi opera, quae non effigiem confert, sed auctoritatem. si ita necessitas exhibitionis extenditur, habent et alias species, quae sine exorbitatione discipli⌊n⌋ae id est sine idoli confictura opem uictus praestent. scit albarius tector et tecta sarcire et tectoria inducere et cisternam f.110 liare et cymatia distendere et multa alia ornamenta | praeter simulacra parietibus incrispare. scit et pictor et marmorarius et aerarius et quicumque caelator latitudines suas et utique multo faciliores. nam qui signum describit, quanto facilius abacum linit? qui de tilia Martem exculpit, quanto citius armarium compingit? nulla ars non alterius artis aut mater aut propinqua est. nihil alterius uacat. tot sunt artium uenae, quot hominum concupiscentiae. sed de mercedibus et manus pretiis interest. perinde interest et de labore. minor merces frequentiore actu repensatur. quot parietes signa desiderant? quot templa et aedes idolis aedificantur? domus uero et praetoria et balnea et insulae quantae? soccus et baxa quotidie deauratur, Mercurius et Serapis non quotidie. sufficiat ad quaestum artificiorum. frequentior est omni superstitione luxuria et ambitio. lances et scyphos facilius ambitio quam supersti⌊tio⌋ desiderabit. coronas quoque magis luxuria quam sollemni⌊tas⌋ erogat. cum igitur ad haec artificiorum genera cohortem⌊ur⌋, quae idolum quidem et quae idolo competunt non adtingant, sint autem et hominibus communia saepe quae et idolis, hoc quoque cauere debemus, ne quid scientibus nobis ab aliquibus de manibus nostris in rem idolorum postuletur. quod si concesserimus et non remediis iam usitatis egerimus, non puto nos a contagio idololatriae uacare, quorum manus non igno-

1 bracteam *B* 3 obtenditur *Urs*, attenditur *Iun* 5 confectura *Pam* praestet *AB* 7 ligare *Pam* cymathia *AB* 8 incrustare *Pam*, ingypsare *fort.* 9 alitudines *Hartelius* et utique *A*, utique *B* 10 discribit *Iun* 14 manuspraetis *A*, manu spretis *B*, manupretiis *Iun* 15 perinde *scripsi:* proinde *AB* 19 deauratur *AB*, deaurantur *Pam* sufficiant *Gel* 20 questum *A* frequentiores (*om.* est) *Gel* 21 scyfos *A* 22 sollempnitas *A* 24 quae *prius*] equae *A* 25 sint *Gel:* sunt *AB* 27 dolorum *A* 28 iam *Lat:* tam *AB* usi paenitentias *fort.*, usi satis *Hartelius*

rantium in officio | uel in honore et usu daemoniorum depre- f. 110v henduntur.

9. Animaduertimus inter artes etiam professiones quasdam obnoxias idololatriae. de astrologis ne loquendum quidem est. sed quoniam quidam istis diebus prouocauit defendens sibi perseuerantiam professionis istius, paucis utar. non allego, quod idola honoret, quorum nomina caelo inscripsit, quibus omnem dei potestatem addixit, quod propterea homines non putant deum requirendum praesumentes stellarum nos immutabili arbitrio agi: unum propono, angelos esse illos desertores dei, amatores feminarum, proditores etiam huius curiositatis, propterea quoque damnatos a deo. o diuina sententia usque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes testimonium reddunt! expelluntur mathematici, sicut angeli eorum. urbs et Italia interdicitur mathematicis, sicut caelum angelis eorum. eadem poena est exilii discipulis et magistris. sed magi [et astrologi] ab oriente uenerunt. scimus magiae et astrologiae inter se societatem. primi igitur stellarum interpretes natum Christum annuntiauerunt, primi munerauerunt. hoc nomine Christum, opinor, sibi obligauerunt. quid tum? ideo nunc et mathematicis patrocinabitur illorum magorum religio? de Christo scilicet est mathesis hodie, stellas Christi, non Saturni et Martis et cuiusque ex eodem ordine mortuorum obseruat et praedicat. at enim scientia ista | usque ad euangelium fuit concessa, ut Christo f. 111 edito nemo exinde natiuitatem alicuius de caelo interpretetur. nam et tus illud et myrram et aurum ideo infanti tunc domino obtulerunt quasi clausulam sacrificationis et gloriae saecularis, quam Christus erat adempturus. quod igitur isdem magis somnium sine dubio ex dei uoluntate suggessit, ut irent in sua, sed alia, non qua uenerant, uia, id est, ne pristina secta sua incederent, non, ne illos Herodes persequeretur, qui nec persecutus est, etiam ignorans alia uia digressos, quoniam et qua uenerant ignorabat, adeo uiam sectam et disciplinam in-

4 idolatriae *A* 5 quidem *A* 8 putent *Iun* 13 pertinax] pertinens *Wissowa* 15 corum *A* 16 exilii *Gel:* exitii *AB* et astrologi *seclusi* 18 primum *B* 22 stellas *Gel:* stellarum *AB* 28 igitur *om. Gel* 31 non, ne *Rig:* nonne *AB* 33 sectam *Iun:* rectam *AB*

tellegere debemus. itaque magis praeceptum, ut exinde aliter incederent. sic et alia illa species magiae, quae miraculis operatur, etiam aduersus Moysen aemulata patientia dei traxit ad euangelium usque. nam exinde et Simon Magus iamiam fidelis, quoniam aliquid adhuc de circulatoria secta cogitaret, ut scilicet inter miracula professionis suae etiam spiritum sanctum per manuum inpositionem enundinaret, maledictus ab apostolis de fide eiectus est: alter magus, qui cum Sergio Paulo, quoniam isdem aduersabatur apostolis, luminum amissione multatus est. hoc et astrologi retulissent, credo, si qui in apostolos incidisset. attamen cum magia punitur, cuius est species astrologia, utique et species in genere damnatur. post euangelium f. 111v nusquam inuenias | aut sophistas aut Chaldaeos aut incantatores aut coniectores aut magos, nisi plane punitos. ubi sapiens, ubi litterator, ubi conquisitor huius aeui? nonne infatuauit deus sapientiam huius saeculi? nihil scis, mathematice, si nesciebas te futurum Christianum. si sciebas, hoc quoque scire debueras, nihil tibi futurum cum ista professione. ipsa te de periculo suo instrueret, quae aliorum climacterica praecanit. non est tibi pars neque sors in ista ratione. non potest regna caelorum sperare cuius digitus aut radius abutitur caelo.

10. Quaerendum autem est etiam de ludimagistris, sed et ceteris professoribus litterarum. immo non dubitandum affines illos esse multimodae idololatriae. primum quibus necesse est deos nationum praedicare, nomina, genealogias, fabulas, ornamenta honorifica quaeque eorum enuntiare, tum sollemnia festaque eorundem obseruare, ut quibus uectigalia sua supputent. quis ludimagister sine tabula VII idolorum Quinquatria tamen frequentabit? ipsam primam noui discipuli stipem Mineruae et honori et nomini consecrat, ut, etsi non profanatus alicui idolo

14] 1 Cor. 1, 20. 19] Act. 8, 21.

2 magi aeque *B* 3 patientiam *B* 4 iam *Gel* 8 deiectus *Iun* et alter *Gel* 10 si quid *B* 11 incidissent *Rig* 13 caldeos *A* 16 matematice *A corr.* 17 nesciebas *AB*, sciebas *Rig* 19 praecauit *B* 22 sed *del. Lat* et de ceteris *Lat* 24 essem ultimo deidololatrię *A* 27 supputent *Mercerius:* suppetent *AB,* suppetant *Gel* 28 sine] si non *Gel* tabula .VII. *AB,* tabularia *Gel* non quinquatria *Iun* tamen non *Lat*

uerbotenus de idolothyto esse dicatur, pro idololatra uitetur. quid? minus est inquinamenti? | eoque praestat quaestus et f. 112 nominibus et honoribus idolo nuncupat⌊us⌋? quam Minerualia Mineruae, quam Saturnalia Saturni, quae etiam seruiculis sub tempore Saturnalium celebrari necesse est. etiam strenuae captandae et septimontium, et Brumae et carae cognationis honoraria exigenda omnia, Florae scholae coronandae; flaminicae et aediles sacrificant creati; schola honoratur feriis. idem fit idoli natali; omnis diaboli pompa frequentatur. quis haec competere Christiano existimabit, nisi qui putabit conuenire etiam non magistro? scimus dici posse: si docere litteras dei seruis non licet, etiam nec discere licebit, et, quomodo quis institueretur ad prudentiam interim humanam uel ad quemcumque sensum uel actum, cum instrumentum sit ad omnem uitam litteratura? quomodo repudiamus saecularia studia, sine quibus diuina non possunt? uideamus igitur necessitatem litteratoriae eruditionis, respiciamus ex parte eam admitti [non] posse, ex parte uitari. fideles magis discere quam docere litteras capit; diuersa est enim ratio discendi et docendi. si fidelis litteras doceat, insertas idolorum praedicationes sine dubio, dum docet, commendat, dum tradit, affirmat, dum commemorat, testimonium dicit. deos ipsos hoc nomine obsignat, cum lex prohibeat, ut diximus, deos pronuntiari et nomen hoc in uano conlocari. hinc prima diabolo fides aedificatur ab initiis eruditionis. quaere, an idololatrian committat qui de idolis catechizat. at cum fidelis haec discit, si iam sapit, quid sit, neque recipit neque admittit, | ⌊m⌋ulto magis, si dudum sapit. aut ubi coeperit sapere, f. 112v

1 idololatra *Gel:* idololatria *AB* uitetur *Gel:* uitatur *AB* 2 eoque *scripsi:* eo quem *AB*, quod *Gel,* eo quod *Pam,* eo quam *Oehlerus* questus *A* 3 nuncupatis *B* quam] tam *Gel* 4 quae *Gel:* quem *AB* seruiculis *Gel:* seruiculi *AB* 5 strennae *B* 7 Florae scholae *Rig:* flores colę *A,* florescolae *B,* flore scholae *Gel* coronandae Flaminicae; et aedile sacrificante *Iun* 8 ediles *A* creati; schola *scripsi:* creatis cola *A,* cereatiscola *B,* creatis: schola *Rig,* Cereri schola *Gel* 9 idolis *Iun* 12 instituetur *Scal* 16 litteraturiae *AB* 17 non *seclusi* 19 fideles *B* 20 insertas *Gel:* incertas *AB,* inserta *Urs,* infertas *Iun* praedicatione *Gel,* praedicationis *Scal* 25 idolatriam *A corr.* 26 quid *Oehlerus:* qui *AB* 27 dudum *Rig:* nondum *AB* sapere *Gel:* capere *AB*

prius sapiat oportet quod prius didicit, id est de deo et fide. proinde illa respuet nec recipiet et erit tam tutus, quam qui sciens uenenum ab ignaro accipit nec bibit. huic necessitas ad excusationem deputatur, quia aliter discere non potest. tanto autem facilius est litteras non docere quam non discere, quanto et reliqua scholarum de publicis ac propriis sollemnitatibus inquinamenta facilius discipulus fidelis non adibit quam magister non frequentabit.

11. † De generationibus si cetera delictorum recogitemus, inprimis cupiditatem radicem omnium malorum, qua quidam inretiti circa fidem naufragium sunt passi, cum bis et idololatria ab eodem apostolo dicta sit cupiditas, tum mendacium cupiditatis ministrum — taceo de periurio, quando ne iurare quidem liceat — negotiatio seruo dei apta est? ceterum si cupiditas abscedat, quae est causa adquirendi? cessante causa adquirendi non erit necessitas negotiandi. sit nunc aliqua iustitia quaestus secura de cupiditatis et mendacii obseruatione, in crimen offendere idololatriae eam opinor, quae ad ipsam idolorum animam et spiritum pertinet, quae omne daemonium saginat. sane non illa principalis idololatria? uiderint, si eaedem merces, tura dico et cetera peregrinitatis ad sacrificium idolorum etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque insuper ad solacia sepulturae usui sunt. certe cum pompae, cum sacerdotia, cum sacrificia idolorum de periculis, de damnis, de incommodis, de cogitationibus, de discursibus negotiationibusue instruuntur, quid aliud | f. 113 quam procurator idolorum demonstraris? nemo contendat posse hoc modo omnibus negotiationibus controuersiam fieri. grauiora delicta quaeque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obseruationis, ut non ab his tantum abscedamus, sed et ab iis per quae fiunt. licet enim ab aliis fiat, non interest, si per

1 sapiat oportet] sapit *Scal* 6 scolarum *A* ac *add. Urs,* et *Iun* 9 De grauioribus *Lat,* De negotiationibus *Heraldus,* De negotiatione uero *Urs,* De generalibus rationibus *fort.* si *del. Scal* 11 quum bis *Heraldus:* quamuis *AB* idolatria *A* 14 negociatio *A* 16 non erit *B,* nouerit *A* 19 sane] an *Gel* 20 idolalatria *A* eaedem *Gel:* eadem *AB* 21 ad *add. Iun* 22 sepulture *A* 25 negationib|tuę *A* 27 negociationibus *A* 30 nisi *Iun*

me. in nullo necessarius esse debeo alii, cum facit quod mihi non licet. ex hoc, quod uetor facere, intellegere debeo curandum mihi esse, ne fiat per me. denique in alia causa non leuioris reatus praeiudicium istud obseruo. nam quod mihi de stupro interdictum sit, aliis ad eam rem nihil aut operae aut conscientiae exhibeo. nam quod ipsam carnem meam a lupanaribus segregaui, agnosco me neque lenocinium neque id genus lucrum alterius causa exercere posse. sic et homicidii interdictio ostendit mihi lanistam quoque ab ecclesia arceri: nec per se non faciet quod faciendum alio subministrat. ecce magis proximum praeiudicium. si publicarum uictimarum redemptor ad fidem accedat, permittes ei in eo negotio permanere? aut si iam fidelis id agere susceperit, retinendum in ecclesia putabis? non opinor, nisi si quis et de turario dissimulabit. scilicet ad alios peruenit procuratio sanguinis, ad alios odorum. si, antequam idola in saeculo essent, his mercibus adhuc informis idololatria transigebatur, si et nunc fere sine idolo opus idololatriae incendiis odorum perpetratur, ecquid maioris operae et erga daemonia turarius? nam facilius sine idolo idololatria, quam sine turarii merce. ipsius fidei conscientiam perrogemus. | quo ore Christianus turarius, si per templa transibit, quo ore f. 113v
fumantes aras despuet et exsufflabit, quibus ipse prospexit? qua constantia exorcizabit alumnos suos, quibus domum suam cellarium praestat? ille quidem si excluserit daemonium, non sibi placeat de fide. neque enim inimicum exclusit. facile debuit de eo impetrare, quem cotidie pascit. nulla igitur ars, nulla professio, nulla negotiatio, quae quid aut instruendis aut formandis idolis administrat, carere poterit titulo idololatriae; nisi si aliud omnino interpretemur idololatrian, quam famulatum idolorum colendorum.

12. Male nobis de necessitatibus humanae exhibitionis supplaudimus, si post fidem obsignatam dicimus: non habeo quo

5 strupo *A corr.* 6 cardinem *A corr.* 8 lucrum *Gel:* locorum *AB* 9 eclea *A* marceri *A corr.* 10 per se *Gel:* posse *AB* alios *B,* aliis *Gel* 13 eclesia *A* 14 si *sup. uers. A* 19 *interrogationis signum posui* idolo *add. La Cerda* 21 si *del. Lat* quo ore *del. Rig* 23 cellariam *Gel* 26 quotidie *ex* cotidie *A* 27 negociatio *AB*

uiuam. iam hic enim plenius illi abruptae propositioni respondebo. sero dicitur. ante enim fuit deliberandum ex similitudine prouidentissimi aedificis illius, qui prius sumptus operis cum uiribus suis supputat, ne, ubi coeperit, defectus postea erubescat. sed et nunc habes dicta domini et exempla adimentia tibi omnem causationem. quid enim dicis? egebo. sed felices egenos dominus appellat. uictum non habebo: sed nolite, inquit, cogitare de uictu. et uestitus habemus exemplum lilia. substantia mihi opus erat: atquin omnia uendenda sunt et egentibus diuidenda. sed filiis et posteritati prouidendum: nemo aratro manum imponens et retro spectans aptus est operi. sed condicionalis eram: nemo duobus dominis seruire potest. si uis domini discipulus esse, crucem tuam tollas et dominum sequaris necesse est id est angustias et cruciatus tuos uel corpus solum, quod in modum crucis est. parentes, coniuges, liberi
f.114 propter deum relinquendi | erunt. de artibus et negotiationibus et de professionibus etiam liberorum et parentum causa dubitas? iam tunc demonstratum est nobis et pignera et artificia et negotia propter dominum derelinquenda, cum Iacob et Iohannes uocati a domino et patrem nauemque derelinquunt, cum Matthaeus de teloneo suscitatur, cum etiam sepelire patrem tardum fuit fidei. nemo eorum, quos dominus allegit, non habeo, dixit, quo uiuam. fides famem non timet. scit etiam famem non minus sibi contemnendam propter deum quam omne mortis genus. didicit non respicere uitam, quanto magis uictum? quotusquisque haec adimpleuit? sed quae penes homines difficilia, penes deum facilia. sic tamen nobis de mansuetudine et clementia dei blandiamur, ut non usque ad idololatriae affinitates necessitatibus largiamur, sed omnem afflatum

7] cf. Matth. 5, 3. 8] ib. 6, 25. 28. 9] cf. Luc. 18, 22. 10] Luc. 9, 62. 12] Matth. 6, 24. 13] cf. Matth. 16, 24.

4 sui *A* defectus *Iun:* defunctus *AB* 5 *post.* et *add. Urs* 11 operi. Sed *Rig:* operis et *AB*, opera et *Gel* 13 crucem *om. A* 15 modum] domum *Gel*, dominio *Iun* crucis *Rig:* χp̃s *AB*, Christi *Gel, Iun* 16 negociationibus *A* 17 dubitas *del. Scal* 19 dño *A* Iacobus *B* Ioannes *B* 21 mattheus *A* theloneo *A* 24 contempnendam *A* 26 quotuquisque *A corr.* hec *A*

eius uice pestis etiam de longinquo deuitemus, non in his tantum quae praemisimus, sed in uniuersa serie humanae superstitionis, siue deis suis siue defunctis siue regibus mancipatae, ut ad eosdem spiritus immundos pertinentis, modo per sacrificia et sacerdotia, modo per spectacula et hoc genus, modo per festos dies.

13. Sed de sacrificiis et sacerdotiis quid loquar? de spectaculis autem et uoluptatibus eiusmodi suum iam uolumen impleuimus. hoc loco retractari oportet de festis diebus et aliis extraordinariis sollemnitatibus, quas interdum lasciuiae, interdum timiditati nostrae subscribimus aduersus fidem disciplinamque communicantes nationibus in idolicis rebus. de hoc quidem primo consistam, an cum ipsis quoque nationibus communicare in huiusmodi seruus dei debeat | siue habitu siue uictu uel quo f. 114v
alio genere laetitiae earum. *gaudere cum gaudentibus et lugere cum lugentibus* de fratribus dictum est ab apostolo ad unanimitatem cohortante. ceterum ad haec nihil communionis est lumini et tenebris, uitae et morti, aut scindimus quod est scriptum: *saeculum gaudebit, uos uero lugebitis.* si cum saeculo gaudemus, uerendum est, ne cum saeculo et lugeamus. saeculo autem gaudente lugeamus et saeculo postea lugente gaudebimus. sic et Eleazar apud inferos in sinu Abrahae refrigerium consecutus, contra diues in tormento ignis constitutus alternas malorum et bonorum uices aemula retributione compensant. sunt quidam dies munerum, quae apud alios honoris titulum, apud alios mercedis debitum expungunt. nunc ergo, inquis, recipiam meum uel rependam alienum. si hunc morem sibi homines de superstitione consecrauerunt, tu extraneus ab omni eorum uanitate quid participas idolothyta sol-

15] Rom. 12, 15. 18] cf. 2 Cor. 6, 14. 19] Ioann. 16, 20.

1 uitemus *A* 2 premisimus *A* 3 deis *ex* dehis *A* 7 de sacerdotiis *B* 10 lasciuiae interdum *om. A* 11 fidem disciplinamque *ABmg,* fidei disciplinam *B* 12 communem *ABmg* nationibus in idolicis rebus. *om. ABmg* 13 prima *A* 14 modi] mundi *A* abitu *A* 15 letitiae *A* 18 est *sup. uers. A* 20 gaudebimus *ex* gaudebis *A* 21 saeculo autem gaudente lugeamus *om. A* sed *A* 22 gaudebimus *ex* gaudemus *A* Lazarus *Pam* sinus *A* 24 et bonorum *om. A* 26 debitum *B,* titulum *A* nunc *AB,* non *Bmg*

lemnia, quasi tibi quoque praescriptum sit de die, quominus id, quod homini debes uel tibi ab homine debetur, citra diei obseruationem luas uel recipias. da formam, in qua uelis agi tecum. cur enim et lateas, cum ignorantia alterius tuam conscientiam contamines? si non ignoraris quod sis Christianus, temptaris et contra conscientiam alterius agis tamquam non Christianus: sin uero et dissimulaueris, temptatus addictus es. certe siue hac siue illac, reus es confusionis in deo. qui autem confusus super me fuerit penes homines, et ego confundar super illo, inquit, penes patrem meum, qui est in caelis.

14. Sed enim plerique iam induxerunt animo ignoscendum
f. 115 esse, si quando, quae | ethnici, faciunt, ne nomen blasphemetur. porro blasphemia, quae nobis omni modo deuitanda est, haec opinor est, si qui nostrum ad iustam blasphemiam ethnicum deducat aut fraude aut iniuria aut contumelia aliaue materia dignae querelae, in qua nomen merito percutitur, ut merito irascatur et dominus. ceterum si de omni blasphemia dictum est, uestra causa nomen meum blasphematur, perimus uniuersi, cum totus circus scelestis suffragiis nullo merito nomen lacessit. desinamus, et non blasphemabitur. immo blasphemetur, dum sumus in obseruatione, non in exorbitatione disciplinae, dum probamur, non dum reprobamur. o blasphemiam martyrii adfinem, quae tunc me testatur Christianum, cum propterea me detestatur! benedictio est

8] Matth. 10, 32. Luc. 9, 26. 19] Rom. 2, 24. Es. 52, 5.

1 quo*minus *A* 3 respicias *A* in qua *scripsi:* in quam *B*, qualem *A*, qua *Rig* 5 non, si *Hauercampius uerba* si non ignoraris quod sis Christianus *Scal post* tamquam non Christianus *collocat* 7 sin uero et dissimulaueris *Lat:* enimuero et dissimulaberis *AB* 8 in *del. Iun* dño *A* 12 ignoscendum *Gel:* agnoscendam *A*, ad cognoscendam *B*, id ignoscendum *Urs* 13 si quando quae *Rig:* si quandoq; *A*, si quandoque et *B*, quandoque his quae *Gel* 14 omnimodo *A*, omnino *B* 15 si qui *A*, si quis *B* 17 digna quae cui non inmerito irascatur *A* 18 et] ei *Leopoldus* 19 uestri *ABmg*, uae cuius *B* 20 caelestis *Bmg* 22 blasphemetur, dum sumus *Rig:* dum sumus blasphemetur *AB* 23 discipline *A* non dum reprobamur *om. A* 24 o *Urs:* ob *AB* 25 cristianum *A* propterea me *Iun:* propter eam *AB*

nominis maledictio custoditae disciplinae. si hominibus, inquit, uellem placere, seruus Christi non essem. sed idem alibi iubet, omnibus placere curemus. quemadmodum ego, inquit, omnibus per omnia placeo. nimirum Saturnalia et Kalendas Ianuarias celebrans hominibus placebat? an modestia et patientia? an grauitate, an humanitate, an integritate? proinde cum dicit, omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifaciam: numquid idololatris idololatres? numquid ethnicis ethnicus? numquid saecularibus saecularis? sed etsi non prohibet nos conuersari cum idololatris et adulteris et ceteris criminosis dicens, ceterum de mundo exiretis, non utique eas habenas conuersationis inmittit, ut, quoniam necesse est et conuiuere nos et commisceri cum peccatoribus, idem et compeccare possimus. ubi est commercium uitae, quod apostolus concedit, ibi ** peccare, quod nemo permittit. licet conuiuere cum ethnicis, | commori non licet. conuiuamus cum f. 115v
omnibus; conlaetemur ex communione naturae, non superstitionis. pares anima sumus, non disciplina, compossessores mundi, non erroris. quod si nobis nullum ius est communionis in huiusmodi cum extraneis, quanto scelestius est haec inter fratres frequentare. quis hoc sustinere aut defendere potest? Iudaeis dies suos festos exprobrat spiritus sanctus. sabbata, inquit, uestra et numenias et ceremonias odit anima mea. nobis, quibus sabbata extranea sunt et numeniae et feriae a deo aliquando dilectae, Saturnalia et Ianuariae et Brumae et Matronales frequentantur, munera commeant et

1] Gal. 1, 10. 3] 1 Cor. 10, 33. 7] 1 Cor. 9, 22. 11] 1 Cor. 5, 10. 22] Es. 1, 14.

2 uelim *A* 4 siturnalia *A* 5 placeat *ex* placebat *A* 6 et patientia *om. A* 8 omnes *B,* omnibus *A* idololatres *om. A* 9 &thnicis *A corr.* ethnicus] & *A* 11 caeterum *A* exissetis *Pam* 12 immittit ut *Ciacconius:* immutat (inm. *A*) *AB* 13 est *A,* sit *B* et (*ante* commisceri) *om. A* 14 cum peccare *B* ibi *Gel* commertium *A* 15 sibi *B* *lacunam signaui* 16 commoueri *A* cum omnibus *Gel:* communibus *AB* 17 laetemur *A* 18 paris animae *A* discipline *A* 19 est *Pam:* esset *AB, om. Gel* 20 in eius modicum *B* 21 frequentari *Iun* 23 numenia *A,* neomenias *B* et ceremonias *om. A* 24 numenię *A,* neomeniae *B* 26 et *post. add. Scal*

strenae, consonant lusus, conuiuia constrepunt. o melior fides nationum in suam sectam, quae nullam sollemnitatem Christianorum sibi uindicat! non dominicum diem, non pentecosten, etiamsi nossent, nobiscum communicassent; timerent enim, ne Christiani uiderentur. nos ne ethnici pronuntiemur, non ueremur. si quid et carni indulgendum est, habes, non dicam tuos dies tantum, sed et plures. nam ethnicis semel annuus dieś quisque festus est, tibi octauo quoque die. excerpe singulas sollemnitates nationum et in ordinem exsere: pentecosten implere non poterunt.

15. Sed luceant, inquit, opera uestra. at nunc lucent tabernae et ianuae nostrae. plures iam inuenias ethnicorum fores sine lucernis et laureis, quam Christianorum. de ista quoque specie quid uidetur? si idoli honor est, sine dubio idoli honor idololatria est. si hominis causa est, recogitemus omnem idololatrian in hominis causam esse. recogitemus omnem idololatrian in homines esse culturam, cum ipsos deos nationum homines retro fuisse etiam apud suos constet. itaque nihil |
f.116 interest, superioris an huius saeculi uiris superstitio ista praestetur. idololatria non propter personas, quae opponuntur, sed propter officia ista damnata est, quae ad daemonas pertinent. reddenda sunt Caesari quae sunt Caesaris. bene quod apposuit: et quae sunt dei deo. quae ergo sunt Caesaris? scilicet de quibus tunc consultatio mouebatur, praestandusne esset census Caesari an non. ideo et monetam ostendi sibi dominus postulauit et de imagine, cuius esset, requisiuit, et cum audisset Caesaris, reddite, ait, quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt dei deo, id est imaginem Caesaris Caesari, quae in nummo est, et imaginem dei deo, quae in homine est, ut Caesari quidem pecuniam reddas, deo temetipsum.

11] Matth. 5, 16. 22] Matth. 22, 21.

1 conuiua *A corr.* fides *om. A* 6 dicam *om. A* tuos *B,* tamen *A,* suos *Ciacconius,* duos *Lat,* tantos *Wissowa* 8 festus . . . die *om. A* octauus quisque dies *Urs* 9 exsere *A,* exere *Bmg,* texe *B* pentecostem *B* 11 operae *A* uestra *om. A* lucent *Lat:* luceant *AB* 12 inuenies *B* 17 cum et ipsos *A* 20 apponuntur *Lat* 21 daemones *B* 25 et *om. A* 29 numo *A*

alioquin quid erit dei, si omnia Caesaris? ergo, inquis, honor dei est lucernae pro foribus et laurus in postibus? non utique quod dei honor est, sed quod eius, qui pro deo eiusmodi officiis honoratur, quantum in manifesto est, salua operatione, quae est in occulto, ad daemonia perueniens. certi enim esse debemus, si quos latet per ignorantiam litteraturae saecularis, etiam ostiorum deos apud Romanos, Cardeam a cardinibus appellatam et Forculum a foribus et Limentinum a limine et ipsum Ianum a ianua: et utique scimus, licet nomina inania atque conficta sint, cum tamen in superstitionem deducuntur, rapere ad se daemonia et omnem spiritum inmundum per consecrationis obligamentum. alioquin daemonia nullum habent nomen singillatim, sed ibi nomen inueniunt, ubi et pignus. etiam apud Graecos Apollinem Thyraeum et Antelios daemonas ostiorum praesides legimus. haec igitur ab initio praeuidens spiritus sanctus etiam ostia in superstitionem uentura praececinit per antiquissimum propheten Enoch. | nam et alia ostia in balneis f. 116v
adorari uidemus. si autem sunt qui in ostiis adorentur, ad eos et lucernae et laureae pertinebunt. idolo feceris, quicquid ostio feceris. hoc in loco ex auctoritate quoque dei contestor, quia nec tutum est subtrahere, quodcumque uni fuerit ostensum utique omnium causa. scio fratrem per uisionem eadem nocte castigatum grauiter, quod ianuam eius subito adnuntiatis gaudiis publicis serui coronassent. et tamen non ipse coronauerat aut praeceperat; nam ante processerat et regressus reprehenderat factum. adeo apud deum in huiusmodi etiam disciplina familiae nostrae aestimamur. igitur quod attineat ad honores regum uel imperatorum, satis praescriptum habemus, in omni obsequio esse nos oportere secundum apostoli praeceptum sub-

16] cf. supra p. 33, l. 22 sqq. 29] cf. Rom. 13, 7.

1 cesaris *A* 4 in manifesta est operatione *A* 5 hocculto *A corr.* enim *om. A* 6 quo *A* ^{h}ostiorum *A* 7 pellatam *A* 10 rapere* *A* 12 singulatim *B* 14 Thyraeum *Rig:* tyreum *A,* θυραῖον *Gangneius* 16 hostia *A* uenturam *B* 17 prophen *A* alias *Rig* 18 eorum sunt *Gel* qui *Scal:* quae *AB* hostiis *A* adornentur *Iun* 24 coronarint *A* 25 deprehenderat *Lat* 26 de disciplina *Oehlerus,* in disciplina *Wissowa* 27 aestimatur *Gel* attinet *Iun*

ditos magistratibus et principibus et potestatibus, sed intra limites disciplinae, quousque ab idololatria separamur. propterea enim et illud exemplum trium fratrum praecucurrit, qui alias obsequentes erga regem Nabuchodonosor honorem imaginis eius constantissime respuerunt probantes idololatrian esse, quicquid ultra humani honoris modum ad instar diuinae sublimitatis extollitur. sic et Daniel cetera Dario subnixus tamdiu fuit in officio, quamdiu a periculo disciplinae uacaret. nam ne id subiret, non magis leones regios timuit, quam illi regios ignes. accendant igitur quotidie lucernas, quibus lux nulla est, affigant postibus lauros postmodum arsuras, quibus ignes imminent; illis competunt et testimonia tenebrarum et auspicia
f. 117 poenarum. | Tu lumen es mundi et arbor uirens semper. si templis renuntiasti, ne feceris templum ianuam tuam. minus dixi: si lupanaribus renuntiasti, ne indueris domui tuae faciem noui lupanaris.

16. Circa officia uero priuatarum et communium sollemnitatum, ut togae purae, ut sponsalium, ut nuptialium, ut nominalium, nullum putem periculum obseruari de flatu idololatriae, quae interuenit. causae enim sunt considerandae, quibus praestatur officium. eas mundas esse opinor per semetipsas, quia neque uestitus uirilis neque anulus aut coniunctio maritalis de alicuius idoli honore descendit. nullum denique cultum a deo maledictum inuenio, nisi muliebrem in uiro. maledictus enim, inquit, omnis qui muliebribus induitur. toga uero etiam appellatione uirilis est. nuptias quoque celebrari non magis deus prohibet quam nomen imponi. sed his accommodantur sacrificia. sim uocatus nec adsacrificii sit titulus officii,

13] cf. Matth. 5, 14. Ps. 1, 3. 24] Deut. 22, 5.

3 fratruum *A* 4 nabucodonosor *A* 6 ultra *om. A* 7 extollit *A* caetera *A* 9 illi *ABmg,* ille *B* 10 accedant *A* cotidie *B sic semper* adfigant *B* 12 et *om. A* tenebrarum *om. A* et] aut *A* 15 domi *B* 17 communi**um *A* 18 nuptiarum *Bmg* 19 idolatriae *A* 20 quae *om. A* 26 appellatione *Gel:* appellationis *AB* 28 sim uocatus *A,* si inuocatus *B,* si in uocatu *Gel,* si sim uocatus *Urs,* si nec in uocatu *Lat* adsacrificii *Rig:* ad sacrificiis *A,* in sacrificiis *B*

et operae meae expunctio quantum sibi libet. utinam quidem nec uidere possimus quae facere nobis nefas est. sed quoniam ita malus circumdedit saeculum idololatria, licebit adesse in quibusdam, quae nos homini, non idolo, officiosos habent. plane ad sacerdotium et sacrificium uocatus non ibo (proprium enim idoli officium est), sed neque consilio neque sumptu aliaue opera in eiusmodi fungar. si propter sacrificium uocatus adsistam, ero particeps idololatriae: si me alia causa coniungit sacrificanti, ero tantum spectator sacrificii.

17. Ceterum quid facient serui uel liberti fideles, item officiales sacrificantibus dominis uel patronis uel praesidibus suis adhaerentes? sed si merum quis sacrificanti tradiderit, immo si uerbo | quoque aliquo sacrificio necessario adiuuerit, minister f. 117v
habebitur idololatriae. huius regulae memores etiam magistratibus et potestatibus officium possumus reddere secundum patriarchas et ceteros maiores, qui regibus idololatris usque ad finem idololatriae apparuerunt. hinc proxime disputatio oborta est, an seruus dei alicuius dignitatis aut potestatis administrationem capiat, si ab omni specie idololatriae intactum se aut gratia aliqua aut astutia etiam praestare possit, secundum quod et Ioseph et Daniel mundi ab idololatria et dignitatem et potestatem administrauerunt in ornamento et purpura praefecturae totius Aegypti siue Babyloniae. cedamus itaque succedere alicui posse, ut in quoquo honore in solo honoris nomine incedat neque sacrificet neque sacrificiis auctoritatem suam accommodet, non hostias locet, non curas templorum deleget, non uectigalia eorum procuret, non spectacula edat de

1 opere *A* quae tum *B* utinam quantum sibi quidem *A* 2 possemus *A* 3 malis *Gel* 6 est officium *A* alia uera opera *A* 10 caeterum *A* *sic saepius* liberti *Iun:* liberi *AB* 11 presidibus *A* suis *om. A* 12 mirum quid sacrificantis *A* 13 uero *A* aliquos *ex* alios quos *A* 15 et potestatibus *om. A* 18 suborta *Gel* 19 specię *A* 22 administrauerint *B* in ornamento et purpura praefecturae *Oehlerus:* in ornamento exturae *A*, in ornamento et purpura extitere *B*, et in ornamento et purpura extitere *Iun*, in ornamento praefecturae *Rig* 23 credamus *B* 24 honore ut in *B* 26 accomodet *A* [h]ostias *A* temporum *A* 27 spectaculę dat *A*

suo aut de publico aut edendis praesit, nihil sollemne pronuntiet uel edicat, ne iuret quidem; iam uero quae sunt potestatis, neque iudicèt de capite alicuius uel pudore — feras enim de pecunia — neque damnet neque praedamnet, neminem uinciat, neminem recludat aut torqueat, si haec credibile est fieri posse.

18. Iam uero de solo suggestu et apparatu honoris retractandum. proprius habitus uniuscuiusque est tam ad usum quotidianum quam ad honorem et dignitatem. igitur purpura illa et aurum ceruicis ornamentum eodem more apud Aegyptios et Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc praetextae uel trabeae uel palmatae et coronae aureae sacerdotum prouin-
f. 118 cialium, sed non eadem condicione. tantum enim | honoris nomine conferebantur iis, qui familiaritatem regum merebantur. unde et purpurati regum uocabantur a purpura, sicut apud nos a toga candida candidati, sed non ut suggestus ille sacerdotiis quoque aut aliquibus idolorum officiis adstringeretur. nam si ita esset, utique tantae sanctitatis et constantiae uiri statim habitus inquinatos recusassent, statimque apparuisset Danielem idolis non deseruisse nec Belem nec draconem colere, quod multo postea apparuit. simplex igitur purpura illa nec iam dignitatis erat, sed ingenuitatis apud barbaros insigne. quemadmodum enim et Ioseph, qui seruus fuerat, et Daniel, qui per captivitatem statum uerterat, ciuitatem Babyloniam et Aegyptiam sunt consecuti per habitum barbaricae ingenuitatis, sic penes nos quoque fideles, si necesse fuerit, poterit et pueris praetexta concedi et puellis stola, nativitatis insignia, non potestatis, generis, non honoris, ordinis, non superstitionis. ceterum purpura uel cetera insignia dignitatum et potestatum insertae dignitati et potestatibus idololatriae ab initio dicata habent profanationis suae maculam, cum praeterea ipsis etiam

3 neque iudicia d. c. a. u. p. ferat, etiam de pecunia *Iun* 7 appratu *A* 9 ad *add. in mg. A* 13 conditione *A* 14 conferebantur *Rig:* conferebatur *AB* is *A*, his *B* memorabantur *A* 16 candida *om. A* 21 poste *A* 22 dignitati *A* erat sed ingenuitatis *om. A* 23 quemadmodum *Pam:* quodammodo *AB* 24 statim *B* 25 aegyptiam *Rig:* aegyptum *AB* 26 fideli *A* 27 puerilis *A* puellis *Gel:* puerilis *AB*

idolis induantur praetextae et trabeae et laticlaui, fasces quoque et virgae praeferantur, et merito. nam daemonia magistratus sunt saeculi huius; unius collegii insignia fasces et purpuras gestant. quid ergo proficies, si suggestu quidem utaris, opera eius uero non administres? nemo in inmundis mundus uideri potest. tunicam si induas inquinatam per se, poterit forsitan illa non inquinari per te, sed tu per illam mundus esse non poteris. iam nunc qui de Ioseph et Daniel argumentaris, scito, non semper comparanda esse uetera et nova, rudia et polita, coepta et explicita, seruilia | et liberalia. nam illi f. 118v etiam condicione serui erant: tu uero nullius seruus, in quantum solius Christi, qui te etiam captiuitate saeculi liberauit, ex forma dominica agere debebis. ille dominus in humilitate et ignobilitate incessit domicilio incertus: nam filius, inquit, hominis non habet ubi caput collocet; uestitu incultus, neque enim dixisset, ecce qui teneris uestiuntur, in domibus regum sunt; uultu denique et aspectu inglorius, sicut et Esaias pronuntiauerat. si potestatis ius quoque nullum ne in suos quidem exercuit, quibus sordido ministerio functus est, si regem denique fieri conscius sui regni refugit, plenissime dedit formam suis derigendo omni fastigio et suggestu quam dignitatis quam potestatis. quis enim magis iis usus fuisset, quam dei filius? quales et quanti eum fasces producerent, qualis purpura de umeris eius floreret, quale aurum de capite radiaret, nisi gloriam saeculi alienam et sibi et suis iudicasset? igitur quam noluit, reiecit, quam reiecit, damnauit, quam damnauit, in pompa diaboli deputauit. non enim damnasset, nisi non sua: alterius autem esse non possunt, nisi diaboli, quae

14] Luc. 9, 58. 16] Matth. 11, 8.

1 induantur *Lat:* inquantum *B, om. A* 3 seculi. huius collegii *Rig* unius] summi *Wissowa* 5 in *add. Rig* 8 nunc qui de *B,* numquid *A* 11 conditione *A* seruus in quantum *B,* inquilinatum *A* 12 solus *B* 13 ex *A,* et *B* 14 et ignobilitate *om. A* domicilii *Ciacconius* 15 caput suum collocet *Pam* 18 et *om. A* potestatem quoque nullam *B* 20 regem se *B* 21 derigendo *Iun:* dirigendo *AB,* deiciendo *uel* derogando *fort.* fastidio *A corr.* quam] tam *B* 22 his *B* 26 quae *ter B* reiecit quam reiecit quam damnauit; damnauit *A* 28 possunt *Wissowa:* possent *AB*

dei non sunt. tu si diaboli pompam eierasti, quicquid ex ea attigeris, id scias esse idololatrian. uel hoc te commonefaciat omnes huius saeculi potestates et dignitates non solum alienas, verum et inimicas dei esse, quod per illas aduersus dei seruos supplicia consulta sunt, per illas et poenae ad impios paratae ignorantur. sed et natiuitas et substantia tua molestae tibi sunt aduersus idololatrian. ad euitandum remedia deesse non possunt, cum et, si defuerint, supersit unicum illud, quo felicior factus non in terris magistratus, sed in caelis.

19. Possit in isto capitulo etiam de militia definitum uideri, quae inter dignitatem et potestatem est. at nunc de isto quaeritur, an fidelis ad militiam conuerti possit et an militia ad fidem admitti, etiam caligata uel inferior quaeque, cui non sit necessitas immolationum uel capitalium iudiciorum. non conuenit sacramento diuino et humano, signo Christi et signo diaboli, castris lucis et castris tenebrarum; non potest una anima duobus deberi, deo et Caesari. et virgam portavit Moyses, fibulam et Aaron, cingitur loro et Iohannes, agmen agit et Iesus Naue, bellauit et populus, si placet ludere. quomodo autem bellabit, immo quomodo etiam in pace militabit sine gladio, quem dominus abstulit? nam etsi adierant milites ad Iohannem et formam obseruationis acceperant, si etiam centurio crediderat, omnem postea militem dominus in Petro exarmando discinxit. nullus habitus licitus est apud nos illicito actui adscriptus.

20. Sed enim cum conuersatio diuinae disciplinae non factis tantum, uerum etiam uerbis periclitetur (nam sicut scriptum est, e c c e h o m o e t f a c t a e i u s, ita, e x o r e t u o i u s t i f i c a-

28] Ioh. 19, 5 (?). Matth. 12, 37.

4 inimica *A* 5 conuulta *A* 6 irrogantur *Lat* et *prius om. A* tua *ex* sua *A* molesta & ibi *A* 7 euitandum] *reliqua in A desunt: post vocem enim* euitandum *pergitur* de minutiloquio aristotilis *e. q. s.* = *de anima 6* 9 quod *Rig* 11 intra *Scal* 13 quoque *Urs* 17 portauit *Gel:* portabit *B* 18 cingitur *Gel:* cingetur *B* agit *Gel:* aget *B* 20 bellabit *Iun:* bellauit *B* immo *B*, iam *Iun* 21 quem *Gel:* quae *B* 23 exarmando *Gel:* examinando *B* 27 sicut et *B*, et *om. Gel*

beris), meminisse debemus etiam in uerbis quoque idololatriae incursum praecauendum aut de consuetudinis uitio aut timiditatis. deos nationum nominari lex prohibet non utique: nomina eorum pronuntiemus, quae nobis ut dicamus conuersatio extorquet. nam id plerumque dicendum est: in templo Aesculapii illum habes, et, in uico Isidis habito, et sacerdos Iouis factus est, et multa alia in hunc modum, quando et hominibus hoc genus nomina inducuntur. neque enim Saturnum honoro, si ita uocauero eum suo nomine; tam non honoro, quam Marcum, si uocauero Marcum. sed ait: nomen aliorum deorum ne commemoremini neque audiatur de tuo ore. hoc praecepit, ne deos uocemus illos. nam et in prima parte legis, non sumes, inquit, nomen domini dei tui in uano id est idolo. cecidit igitur in idololatriam qui idolum nomine dei honorauerit. quodsi deos dicendum erit, adiciendum est aliquid quo appareat, quia non ego illos deos dico. nam et scriptura deos nominat, sed adicit suos uel nationum; sicut Dauid, cum deos nominasset, ubi ait, dei autem nationum daemonia. sed hoc mihi ad sequentia magis praestructum est. ceterum consuetudinis uitium est Mehercule dicere, Medius Fidius, accedente ignorantia quorundam, qui ignorant iusiurandum esse per Herculem. porro quid erit deieratio per eos quos eierasti quam praeuaricatio fidei cum idololatria? quis enim, per quos deierat, non honorat?

21. Timiditatis est autem, cum te alius per deos suos obligat iuratione uel aliqua testificatione et tu, ne intellegaris, quiescis. nam aeque quiescendo confirmas maiestatem eorum, cuius causa uideberis obligatus. quid refert, deos nationum dicendo deos an audiendo confirmes? iures per idola, an ab alio adiuratus acquiescas? cur non agnoscamus uersutias satanae, qui, quod ore nostro perficere non potest, id agit, ut suorum ore perficiat per aures inferens nobis idololatriam? certe quisquis ille

10] Ex. 23, 13. 13] Ex. 20, 7. 18] Ps. 115, 4.

1 etiam *B*, esse *Urs* 3 ne nomina *Gel* 6 in *add. Rig* 9 si quem ita *Urs* eum *del. Urs* 11 commemorabitur *Urs*, comminiscamini *fort.* ore tuo *Gel* 18 dii *B* 22 erit *Lat:* erat *B* 28 uideris *Iun* 32 inferens *Gel:* inferes *B*

est, aut amica aut inimica congressione adstringit. si inimica, iam ad pugnam uocaris et scis tibi dimicandum esse: si amica, quanto securius in dominum transferes sponsionem tuam, ut dissoluas obligationem eius, per quem te malus honori idolorum id est idololatriae quaerebat annectere. omnis patientia eiusmodi idololatria. honoras eos, quibus impositis obsequium praestitisti. scio quendam, cui dominus ignoscat, cum illi in publico per litem dictum esset: Iupiter tibi sit iratus, respondisse: immo tibi. quid aliter fecisset ethnicus, qui Iouem deum credidit? etiamsi non per eundem retorsisset maledictum nec per ullum Iouis similem, confirmauerat Iouem deum, per quem se maledictum indigne tulisse demonstrauerat remaledicens. ad quid enim indigneris per eum, quem scis nihil esse? nam si insanis, iam esse confirmas, et erit idololatria professio timoris tui: quanto magis, cum per ipsum remaledicis, eodem Iouis honorem facis, quo et ille, qui te prouocauit? fidelis autem in eiusmodi ridere debet, non insanire, immo, secundum praeceptum, ne per deum quidem remaledicere, sed plane benedicere per deum, ut et idola destruas et deum praedices et adimpleas disciplinam.

22. Aeque benedici per deos nationum Christo initiatus non sustinebit, ut non semper reiciat immundam benedictionem et eam sibi in deum conuertens emundet. benedici per deos nationum maledici est per deum. si cui dedero eleemosynam uel aliquid praestitero beneficii, et ille mihi deos suos uel coloniae genium propitios imprecetur, iam oblatio mea uel operatio idolorum honor erit, per quae benedictionis gratiam compensat. cur autem non sciat me dei causa fecisse, ut et deus potius glorificetur et daemonia non honorentur in eo quod propter deum feci? si deus uidet, quoniam propter ipsum feci,

1 te adstringit *Lat* 3 responsionem *Gel* 9 aliud *Lat* 11 ullum *Gel:* illum *B* 13 per eum maledictus *Urs* 14 insanis *Gel:* insanus *B* idololatria *Lat:* idololatriae *B* 16 Ioui *Urs, Scal* 18 remaledicere *Gel:* et maledicere *B* 21 per *add. Gel* Christo initiatus *Gel:* Christum Sationistus *B* 22 non *del. Pam* 24 cui *add. Urs* 26 propicios *B* 27 per quae *B,* quem per *fort.* 28 compensat *Urs:* compensant *B* 29 honorentur *Gel:* honorantur *B* 30 feci? Si deus *Oehlerus,* fecisse deus *B,* feci. Deus *Gel,* feci? Sed deus *Urs*

pariter uidet, quoniam propter ipsum fecisse me nolui ostendere, et praeceptum eius idolothytum quodammodo feci. multi dicunt, nemo se debet promulgare; puto autem nec negare. negat enim, quicumque dissimulat in quacumque causa pro ethnico habitus, et utique omnis negatio idololatria est, sicut omnis idololatria negatio siue in factis siue in uerbis.

23. Sed est quaedam eiusmodi species in facto et in uerbo bis acuta et infesta utrimque, licet tibi blandiatur, quasi uacet in utroque, dum factum non uidetur, quia dictum non tenetur. pecuniam de ethnicis mutuantes sub pignoribus fiduciati iurati cauent et se negant; se scire uolunt scilicet tempus persecutionis et locus tribunalis et persona praesidis. praescribit Christus non esse iurandum. scripsi, inquit, sed nihil dixi: lingua, non littera occidit. hic ego naturam et conscientiam aduoco: naturam, quia nihil potest manus scribere, etiamsi lingua in dictando cessat immobilis et quieta, quod non anima dictauerit; quamquam et ipsi linguae anima dictauerit aut a se conceptum aut ab alio traditum. iam, ne dicatur, alius dictauit; hic conscientiam appello, an quod alius dictauit anima suscipiat et siue comitante siue residente lingua ad manum transmittat. et bene, quod in animo et conscientia delinqui dominus dixit. si, inquit, concupiscentia uel malitia in cor hominis ascenderit, pro facto teneris. cauisti igitur, quod in cor tuum plane ascendit, quod neque ignorasse te contendere potes neque noluisse. nam cum caueres, scisti, cum scires, utique uoluisti; et est tam facto quam cogitatu. nec potes leuiore crimine maius excludere, ut dicas falsum

13] cf. Matth. 5, 34. 22] cf. Matth. 5, 28.

2 et] et contra *Reifferscheidius* 7 uerbo bis *B*, uerbis *Iun* 8 cauta *alii* utrimque *Gel:* utrique *B* 10 fiduciatis *Rig* 11 se] sic *Gel* negant *Gel:* necant *B* se *om. Gel,* sed *Hartelius;* se sciri nolunt, scitur *fort.* 12 locum *Gel* personam *Gel* 13 dixi *Gel:* dixit *B* 14 ergo *Gel* 16 dictitando *Gel* anima *Gel:* animae *B* 18 alius dictauit *Gel:* aliquis dictarit *B* 22 delinqui *Gel:* delinquit *B* 23 teneris *Gel:* teneri *B* 25 potes *Urs:* potest *B* 26 et es *Gel,* et haeres *Lat,* egisti *Oehlerus* in facto *Gel, Lat* 27 maius *Lat:* manus *B*

plane effici cauendo quod non facis. tamen non negaui, quia non iuraui. quin immo, etsi nihil tale fecisses, sic tamen dicereris deierare, fecisse si consenseris. non ualet tacita uox in stilo et mutus in litteris sonus. at enim Zacharias temporali uocis orbatione multatus cum animo conlocutus linguam inritam transit, cum manibus suis a corde dictat et nomen filii sine ore pronuntiat: loquitur in stilo, auditur in cera manus omni sono clarior, littera omni ore uocalior. quaere, an dixerit qui dixisse compertus est. dominum oremus, ne qua nos eiusmodi contractus necessitas circumsistat et, si ita euenerit, det fratribus operandi copiam uel nobis abrumpendae omnis necessitatis constantiam, ne illae litterae negatrices uicariae oris nostri in die iudicii aduersus nos proferantur signatae signis non iam aduocatorum, sed angelorum.

24. Inter hos scopulos et sinus, inter haec uada et freta idololatriae uelificata spiritu dei fides nauigat, tuta si cauta, secura si attonita. ceterum inenatabile excussis profundum est, inextricabile inpactis naufragium est, inrespirabile deuoratis hypobrychium in idololatria. quicumque fluctus eius offocant, omnis uertex eius ad inferos desorbet. nemo dicat: quis tam tuto praecauebit? exeundum de saeculo erit. quasi non tanti sit exire, quam idololatren in saeculo stare. nihil esse facilius potest, quam cautio idololatriae, si timor eius in capite sit. quaecumque necessitas minor est periculo tanto comparata. propterea spiritus sanctus consultantibus tunc apostolis uinculum et iugum nobis relaxauit, ut idololatriae deuitandae uacaremus. haec erit lex nostra, quo expedita hoc plenius administranda, propria Christianorum, per quam ab ethnicis

4] cf. Luc. 1, 20. 62 sq.

1 facis. Tamen *Gel:* facit tamen *B* 2 quin immo *scripsi:* quoniam *B,* immo *Gel,* quinam? *Hartelius* sic *Oehlerus:* si *B, del. Gel* 3 diceris *Iun* fecisse *del. Gel* 6 cum *Oehlerus:* eam *B, del. Gel,* iam *fort.* 7 manus *Gel:* manu *B* 8 clarior *Gel:* conclarior *B* 10 det *Gel:* de *B* 11 operandi copiam *Gel:* operandis copia *B* 12 constantiam *Gel:* constantia *B* 18 inpactis *Gel:* in pactis *B* inresperabile *B, corr. Gel* 19 hypobricium *B, corr. Gel* 20 *sq.* iam tutus *Iun* 23 sit *Gel:* sunt *B* 24 comparato *B, corr. Gel* 28 Christianum *B, corr. Gel*

agnoscimur et examinamur, haec accedentibus ad fidem proponenda et ingredientibus in fidem inculcanda est, ut accedentes deliberent, obseruantes perseuerent, non obseruantes renuntient sibi. uiderimus enim si secundum arcae typum et coruus et miluus et lupus et canis et serpens in ecclesia erit. certe idololatres in arcae typo non habetur. nullum animal in idololatren figuratum est. quod in arca non fuit, in ecclesia non sit.

4 uidebimus *fort.* arcae typum *Lat:* archetypum *B* 6 arcae typo *Lat:* archetypo *B* habetur *Gel:* habet *B*

III.

AD NATIONES LIBRI DUO.

LIBER PRIMUS.

f. 1 1. Testimonium igno|rantiae uestrae, quae | iniquitatem dum defen|dit, reuincit, in promptu est, | quod omnes qui uobiscum retro ignorabant et uobiscum oderant, | simul eis contigit scire, desinunt odisse quia desinunt ignorare, immo | fiunt et ipsi quod oderant et incipiunt odisse quod fuerant. adeo quo|tidie adolescentem numerum Christianorum ingemitis, obsessam uoci|feramini ciuitatem, in agris, in castellis, in insulis Christianos; omnem | sexum, omnem aetatem, omnem denique dignitatem transgredi a uobis quasi | detrimento doletis. nec tamen hoc ipso ad aestimationem alicuius latentis boni | animos promouetis. non licet rectius suspicari, non libet propius experiri; | hic tantum curiositas humana torpescit. amatis ignorare quod alii | gaudeant inuenisse; mauultis nescire, quia iam odistis, | quasi certe non odituros uos sciatis. atquin si nullum erit meritum odii, repe|rietur optimum utique ab iniustitia priore discedere: sin uero cau|sa constiterit, nihil odio detrahetur, quod adeo amplius iustitiae | conscientia cumulabitur. nisi si emendari pudet, aut excusari piget. | scio plane qua responsione soletis redundantiae nostrae testimonium | conuenire: non utique eo bonum praeiudicari, quia plerosque conuer|tat et sibi rapiat, inquitis. noui demutationem mentis in malas partes. | quot desertores bonae uitae? quot transfugae

3 Testimonium — promtu est *minio et uncialibus litteris A* 4 promtu *A* 6 quia *M. Klussmannus:* qui *A* 8 cristianorum *(a ex* n *semiperfecto) A* 11 de detrimento *fort.,* detrimentum *Hartelius* 12 estimationem *A* 16 certe] certe scientes *fort.,* recte *Hartelius* 17 meritum *addidi:* debitum *post* odii *add. Oehlerus* repperietur *A* 19 iniustitiae scientia *Goth* 24 *prius* quot] quod *A corr.* transfuge *A*

in peruersum? multi bona fide, || immo iam plures pro extremitatibus f.1v temporum. uerum deficit adae|quatio comparationis istius. nam de malo ita constat apud omnes, | ut ne ipsi quidem rei, qui ad malum transeunt et a bonis in peruersa diuer|tunt, defendere malum pro bono audeant. turpia timori, pudori impia | habent. denique gestiunt latere, deuitant apparere, trepidant depre|hensi, negant accusati; ne torti quidem facile aut semper confitentur, | certe damnati maerent. exprobrant etenim quod erant in semetipsos, | malae mentis ab innocentia transitum uel astris uel fato imputant. adeo nolunt suum | esse, quia malum negare non possunt. Christiani uero quid tale con|sequuntur? neminem pudet, neminem paenitet, nisi tantum pristinorum. | si denotatur, gloriatur, si trahitur, non subsistit, si accusatur, non de|fendit, interrogatus confitetur, damnatus gloriatur. quod hoc malum | est in quo mali natura cessat?

2. In quo ipsi etiam contra formam iudicandorum | malorum iudicatis. nam nocentes quidem perductos, si admissum negent, | tormentis urgetis ad confessionem, Christianos uero sponte confessos | tormentis comprimitis ad negationem. quae tanta peruersitas, ut confes|sioni repugnetis, tormentorum officia mutetis, grati reum euadere, | inuitum compellentes negare? praesides extorquendae ueritatis de | solis nobis mendacium exquiritis, ut dicamus nos non esse quod sumus. | opinor, non uultis nos malos esse ideoque gestitis de isto nomine exclu|dere. sane ceteros ad hoc tenditis et carnificatis, ut negent quod esse dicun|tur. atquin illis negantibus non creditis: nobis, si negauerimus, statim creditis. || si certi estis nos nocentissimos esse, f.2 cur etiam in hoc aliter quam ⌊nocentes⌋ | a uobis agimur? non dico quod neque accusationi neque recusationi spa|tium commodetis (soletis inaccusatos et indefensos non temere dam-

4 bonis *Caspar Barthius:* uobis *A* 7 deprehensi *A* 8 merent *A* exprobant *A* 9 male *A* 10 uel astris *om. A, ex Apol. c. 1 add. E. Klussmannus* 12 tale consequuntur] tale? consequuntur quod cupiunt *fort.*, tale conqueruntur? *Hartelius* penitet *A* 22 grati *scripsi:* gratis *A*, urgeatis *Caspar Barthius* 26 ut ne negent *Caspar Barthius* esse quod esse *Goth* 31 soletis et *Goth*, soletis alias *fort.* non] nos *Wissowa*

na|re): sed, uerbi gratia, si de homicida consultatur, non statim confesso | eo nomen homicidae dispuncta causa est aut satiata cognitio. | quamquam confessis difficile credi|tis, uerum insuper consequen|tia exigitis, quotiens caedem egerit, quibus telis, quibus in locis, | quibus spoliis sociis receptoribus, ne quid omnino mali hominis deli|tescat aut desit aliquid instruendae ad sententiam ueritati. porro | de nobis, quos atrocioribus ac pluribus criminibus deputatis, breui|ora ac leuiora elogia conficitis. credo, non uultis oneratos, quos | omni opere perditos uultis, aut non putatis requirenda quae nos|tis. hoc ergo peruersius, si cogitis negare de quibus certissime scitis. | immo, quo magis odio uestro competebat seposita forma iudicandi | proprio studio non ad negationem certare, ne quos odistis libera|retis, sed ad confessionem singulorum scelerum, quo magis inimicitiae | satiarentur exaggeratione poenarum, dum recognoscitur quot | quisque iam conuiuia illa celebrasset, quotiens in tenebris incursas|set incesta? quid? quod eradicandi generis diffundenda erat requisi|tio, porrigenda quaestio in socios consciosque. perducerentur | infantariae et coci, ipsi canes pronubi, emendata res esset. etiam | spectaculis gratia f. 2v adgregaretur. quanto enim studio in caueam || conueniretur depugnaturo aliquo qui centum infantes deuoras|set? si enim tam horrenda tamque monstruosa de nobis defe|runtur, utique erui debuerunt, ne incredibilia uiderentur et odi|um in nos publicum refrigesceret. nam et plerique fidem talium | temperant, honorantes naturam, quae quam quaerere pabulum ferinum | quam concubitum ab humano genere praeclusit.

3. Vos igitur, alias | diligentissimi ac pertinacissimi discussores scelerum longe minorum, | cum talibus tam horrendis et omnem impietatem supergressis eam | diligentiam deseratis

1 consultatur *Rig:* confutatur *A* 3 quamquam (*prius* m *ex* n) *A* creditis *Rig:* credatis *A* 12 quod *Rig,* aio *Caspar Barthius,* quanto *fort.* 18 questio *A* 19 consciosque *Goth:* consocios. quae *A* infantarii et coqui et ipsi *Rig* 22 si *Oehlerus:* sed *A* 24 incredibilia *Goth:* incredibia *A* 26 honorantes *A:* horrentes *Rig* quae quam *add. M. Klussmannus* querere *A* 27 quam] quod *Oehlerus* concubitum *M. Klussmannus:* concubitu *A,* concubitus *Rig,* concupitu *Goth* 29 in talibus *fort.*

neque confessionem recipiendo, iudicantibus semper | laborandam, neque exquisitionem digerendo, damnatoribus semper | consulendam, iam apparet omne in nos crimen non alicuius scele|ris, sed nominis dirigi. adeo, si de criminum ueritate constaret, ipsa | criminum nomina damnatis accommodarentur, ut ita pronun|tiaretur in nos: illum homicidam uel incestum uel quodcunque iac|tamur duci suffigi ad bestias dari placet. porro sententiae uestrae | nihil nisi Christianum confessum notant. nullum criminis nomen exstat, | nisi nominis crimen est. haec etenim est reuera ratio totius odii aduer|sus nos. nomen in causa est, quod quaedam occulta uis per uestram igno|rantiam oppugnat, ut nolitis scire pro certo quod uos pro certo nes|cire certi estis, et ideo nec creditis quae non probantur, et ne reprobentur | facile, non uultis inquirere, ut nomen inimicum sub praesumptione | criminum puniatur. adeo ut de nomine inimico recedatur, || ideo negare compellimur, f.3 dehinc negantes liberamur, tota impuni|tate praeteritorum, iam non cruenti neque incesti, quia nomen illud amisimus. | sed dum haec ratio suo loco ostenditur, uos quam insequi|mini ad expugnationem nominis, edite: quod nominis crimen, quae | offensa, quae culpa? praescribitur enim uobis non posse crimina obicere | quae neque institutum dirigit neque probatio adsignat neque sententia e|numerat. quod praesidi offeratur, quod de reo inquiratur, quod | respondetur uel negatur, quod de consilio recitatur, id reum agnosco. | itaque de nominis merito si qui reatus est nominum, si qua accusatio uoca|bulorum, ego arbitror nullam esse uocabulo aut nomini querellam, | nisi cum quid aut barbarum sonat aut infaustum sapit uel inpudicum | uel aliter quam enuntiantem deceat aut audientem delectet.

1 elaborandam *fort.* 5 damnatis accommodarent *(immo* accommodarentur*)* *Rig:* damnaretis. An commodarent *A*, damnaretis ac commodarent *Goth,* damnarent, si accommodarent *Oehlerus* 7 suffigi *Goth:* suffici *A* 8 cristianum *A* 10 etenim *ex* enim *A* 14 reprobentur *Goth:* probentur *A* falsae *Hauercampius* 20 *alt.* nominis *(prius* i *ex* e *et* is *in ras.) A* crimen *in ras. A* 22 inquisitio *fort.*, indicium *Wissowa;* institutum *(i. e.* lex) digerit *Hartelius* probatio *Leopoldus:* prolatio *A* 23 sententia enumerat *Goth:* sententiae numerat *A* 27 nomini *Rig:* nomine *A*

haec uoca|bulorum aut nominum crimina, sicuti uerborum atque sermonum barba|rismus est uitium et soloecismus et insulsior figura. Christianum | uero nomen, quantum significatio est, de unctione interpretatur. | etiam cum corrupte a uobis Chrestiani pronuntiamur (nam ne no|minis quidem ipsius liquido certi estis), sic quoque de suauitate uel boni|tate modulatum est. detinetis igitur in hominibus innoxiis etiam | nomen innoxium nostrum, non incommodum linguae, non auribus | asperum, non homini malum, non patriae infestum, sed et Graecum | cum aliis, et sonorum et interpretatione iucundum. et utique non gla|dio aut cruce aut bestiis punienda sunt nomina. ||

f.3v 4. Sed dicitis sectam nomine puniri sui auctoris. primo quidem sectam | de auctoris appellatione notari utique probum usitatumque ius est, | dum philosophi quoque de auctoribus cognominentur Pythagorici | et Platonici, ut medici Erasistratei et grammatici Aristarchii. | itaque si ob auctorem malum mala secta, tradux mali nominis plec|titur. atquin temeritate praesumeretur. prius erat cognoscere | auctorem, ut cognosceretur secta, quam de secta inspectionem | auctoris retinere. at nunc necessario ignorando sectam, quia ig|noratis auctorem, aut non recensendo auctorem, quia nec sectam | recensetis, in solum nomen inpingitis, quasi in illo detinentes sectam | et auctorem, quos omnino non nostis. et tamen philosophis patet liber|tas transgrediendi a uobis in sectam et ad auctorem et suum nomen, | nec quisquam illis odium mouet, cum in mores ritus cultus uictus|que uestros palam ac publice omnem eloquii amaritudinem elatrent, | cum legum contemptu, sine respectu personarum, ut quidam etiam | in principes ipsos libertatem suam inpune iaculentur. sed ueritatem | saeculo operosissimam philo-

4 interpretatur *A* 5 *pronuntiamur *A* 9 omini *fort.*, omnino *Hartelius* patriae *Goth:* patri *A*, partim *Hartelius* grecum *A* 10 cum *add. Oehlerus* alias *Caspar Barthius* interpraetationē *A* 13 notari *Rig:* mutari *A*, nominari *Caspar Barthius* 15 et Pythagorici *Goth*, ut Pythagorici *Caspar Barthius* ut] et *Caspar Barthius* Erasistratei *Goth:* aerasistrati *A* 16 ob *Goth:* ab *A* 17 secta *Goth:* sexta *A* 20 qui *alii* 22 s&tã *A* 23 omnino non *Goth:* omni non *A* 24 ad auctorem *scripsi:* auctorem *A*, auctorum *Oehlerus*

sophi quidem affectant, possident autem | Christiani, ideoque qui possident magis displicent, quia qui affectat, | inludit, qui possidet, defendit. denique Socrates ex ea parte dam|natus est, qua propius temptauerat ueritatem, deos uestros destruendo. | quamquam nondum tunc in terris nomen Christianum, tamen ueritas | semper damnabatur. itaque et sapientem non negabitis, cui etiam || Pythius uester testimonium dixerat. uirorum, f. 4 inquit, omnium So|crates sapientissimus. uicit Apollinem ueritas, ut ipse aduersus se pronun|tiaret; confessus est enim se deum non esse, sed eum quoque sapientissimum | affirmans qui deos abnuebat. porro apud uos eo minus sapiens, qui|a deos abnuens, cum ideo sapiens, quia deos abnuens. quo more | etiam nobis soletis: bonus uir Lucius Titius, tantum quod Christia|nus. item alius: ego miror Gaium Seium grauem uirum factum | Christianum. pro stultitiae caecitate laudant, quae sciunt, uituperant, | quae nesciunt, et id quod sciunt eo quod nesciunt uitiant. nemini | subuenit, ne ideo bonus quis et prudens, quia Christianus, aut ideo | Christianus, quia prudens et bonus, cum sit humanius occulta ma|nifestis adiudicare quam manifesta de occulto praeiudicare. | alii quos retro ante hoc nomen uagos uiles improbos norant, | emendatos repente mirantur, et tamen mirari quam assequi norunt: | alii tanta obstinatione certant, ut cum suis utilitatibus depugnent, | quas de commercio istius nominis capere possunt. scio maritum | unum atque alium, anxium retro de uxoris suae moribus, qui ne mu|res quidem in cubiculum inrepentes sine gemitu suspicionis sustinebat, | comperta causa nouae sedulitatis et inusitatae captiuitatis | omnem uxori patientiam obtulisse, negasse zelotypum, maluisse | lupae quam Christianae maritum; ipsi suam licuit in peruersum de|mutare naturam, mulieri non permisit in melius reformari. || pater filium, de quo queri desierat, ex- f. 4^{v} heredauit. dominus seruum, quem | praeterea necessarium sen-

4 quia *alii* 5 quanquam *A* 6 itaue *fort.* 10 sed *del. Wissowa* 12 ideo deo *Hartelius* 13 Lucius Titius *Goth:* luciiustitius *A* 15 cecitate *A* 20 alii quos *Priorius:* aliquos *A* 26 gemitu *Goth:* gemitus *A* 27 sedulitatis *Goth:* sedutilitatis *A* 28 se negasse *Oehlerus* 29 maluisse se *fort.* christiane *A* 31 queri *A*

serat, in ergastulum dedit. simul quis in|tellexerit Christianum, mauult nocentem. nam et ipsa per se tradu|citur disciplina nec aliunde prodimur quam de bono nostro. sic et ma|li de suo malo radiant? aut nos soli contra instituta naturae pessimi de | bono denotamur? quid enim insigne praeferimus, nisi primam sapi|entiam, qua friuola humanae manus opera non adoramus, absti|nentiam, qua ab alieno temperamus, pudicitiam, quam nec oculis | contaminamus, misericordiam, qua super indigentes flectimur, | ipsam ueritatem, qua offendimus, ipsam libertatem, pro qua mori | nouimus? qui uult intellegere, qui sint Christiani, istis indicibus | utatur necesse est.

5. Quod ergo dicitis: pessimi et probrosissimi auaritia | luxuria improbitate, non negabimus quosdam. sufficit et hoc ad | testimonium nominis nostri, si non omnes, si non plures. necesse est in corpore, et | quantum uelis integro aut puro, uti naeuus aliqui effruticet aut | uerrucula exsurgat aut lentigo sordescat. caelum ipsum nulla | serenitas tam colata purgat, ut non alicuius nubiculae flocculo | resignetur. modica macula in fronte, in parte quadam exemplari | uisa, a quo uniuersitas munda est. maior boni portio modico malo | ad testimonium sui utitur. cum tamen aliquos de nostris malos probatis, | iam hoc ipso Christianos non probatis. quaerite sectam cui malitiae | deputatur. ipsi in conloquio, si quando aduersus f.5 nos, cur ille, inquitis, ‖ fraudator, si abstinentes Christiani? cur immitis, si misericordes? | adeo testimonium redditis non esse tales Christianos, dum cur tales | sint qui dicuntur Christiani retorquetis. multum distantiae inter crimen | et nomen, inter opinionem et ueritatem. nam et nomina | sic sunt instituta, ut fines suos habeant inter dici et esse. quot denique | philosophi dicuntur nec tamen legem philosophiae adimplent? | omnes nomen de professionibus gestant, sed ducunt

3 sic *scripsi:* si *A* 4 radiant *Rig:* rabiant *A* *interrogationis signum posui* aut] cur *Rig* 6 priuam *fort.* 8 nec *Goth:* ne *A* 11 sin *A* 16 uti naeuus *Oehlerus:* autineuus *A,* ut naeuus *Goth* 18 nubeculae *alii* signetur *fort.,* designetur *Hartelius* 19 uisa, quo (a quo *Oehlerus) Rig:* uis. aquo *A* 22 secta *Rig* 23 malitiae nihil *M. Klussmannus* 29 quot *Goth:* quod *A* 31 sed ducunt *Oehlerus:* seducant *A*

nomen sine professionis | praestantia qui superficie uocabuli infamant ueritatem, non statim | sunt, quia dicuntur, sed quia non sunt, frustra dicuntur et fallunt | eos qui rem nomini addicunt, cum de re status nominis competat. | et tamen eiusmodi neque congregantur neque participant nobiscum | facti per delicta denuo uestri, quando ne illis quidem misceamur, | quos uestra uis atque saeuitia ad negandum subegit. utique enim facilius | inter nos inuiti desertores disciplinae quam uoluntarii contine|rentur. ceterum sine causa uocatis Christianos, quos ipsi negant | Christiani, qui se negare non norunt.

6. His propositionibus respon|sionibusque nostris, quas ueritas de suo suggerit, quotiens comprimitur | et coartatur conscientia uestra, tacita ignorantiae suae testis, confugi|tis aestuantes ad arulam quandam, id est legum auctoritatem, | quod utique non plecterent sectam istam, nisi de meritis apud condito|res legum constitisset. quid ergo prohibuit apud exsecutores quo|que legum perinde constare, cum de ceteris criminibus, quae similiter || legibus arcentur ac puniuntur, nisi prius requiratur, f. 5^{v} poena cessat? | uerbi gratia homicidam, adulterum lege: discutitur tamen de ordine | admissi, et tamen cognitum est omnibus genus facti. Christianum pu|niunt leges. si quod est factum Christiani, erui debet. nulla lex | prohibet inquirere, atquin pro legibus facit inquisitio. quomodo | enim legem obseruabis cauendo quod lege prohibetur, adempta | diligentia cauendi per defectionem agnoscendi quid obserues? | nulla sibi lex debet conscientiam iustitiae suae, sed eis, a quibus captat | obsequium. ceterum suspecta lex est, si probare se non uult. | merito igitur tamdiu iustae in Christianos et reuerendae et ob|seruandae censentur, quamdiu ignoratur quod persequuntur, | merito post agnitionem iniquissimae repertae cum suis machaeris | et patibulis et leonibus despuuntur. legis iniustae honor nullus | est. ut opinor autem, dubitatur de iniquitate

1 prestantia *A* 1 *sq.* praestantia, qui superficie . . . ueritatem. non statim *uulgo* 2 *prius* quia] qui *Goth* 5 congregantur *scripsi:* congregant *A* 13 tacita *Oehlerus:* tacitaei *A,* tacitae *Goth* 17 perinde *scripsi:* proinde *A* 19 lege] sacrilegum *fort.,* lege punitis *uel* arcetis *Wissowa* 25 defectum *Goth* 27 probari *Goth* 29 persequuntur *ex* persequentur *A* 30 macheris *A*

legum quarundam, | cum quotidie nouis consultis constitutisque duritias nequitiasque | earum temperetis.

7. Unde ergo, inquitis, tantum de uobis famae | licuit, cuius testimonium suffecerit forsitan conditoribus legum? | quis, oro, sponsor aut illis tunc aut exinde uobis de fide? fama est. | nonne haec est fama malum, quo non aliud uelocius ullum? | cur malum, si uera semper sit? non mendacio? plurimumque ne tum qui|dem, cum uera defert, a libidine mendacii cessat, ut non falsa ueris | intexat adiciens detrahens f. 6 uarietate confundens. quid? quod ea || condicio illi, ut nonnisi quoad mentitur perseueret. tamdiu enim uiuit | quamdiu non probat quicquam, siquidem approbata cadit et qua|si officio nuntiandi functa decedit; exinde res tenetur, res nomina|tur, nec quisquam dicit uerbi gratia: hoc Romae aiunt factum, aut:| fama est illum prouinciam sortitum, sed: ille prouinciam sortitus est, | et: hoc factum est Romae. nemo famam nominat nisi incertus, quia nemo | sit fama sed conscientia certus; nemo famae credit nisi stultus, | quia sapiens non credit incerto. fama quantacumque ambitione | diffusa est, ab uno aliquando ore exorta sit necesse est, exinde | in traduces quodammodo linguarum et aurium serpit et modicum | originum uitium maius rumoris obscurat, ut nemo recogitet, ne primum | illud os mendacia seminauerit, quod saepe fit aut aemulationis | ingenio aut suspicionis arbitrio aut etiam noua mentiendi uolup|tate. sed bene quod omnia tempus reuelat, testibus sententiis | et prouerbiis uestris ipsaque natura, quae ita ordinata est, ut nihil lateat, | etiam quod fama non prodidit. uidete, qualem prodigiam aduer|sus nos subornastis, quia quod semel de-

6] Verg. Aen. IV 174.

3 fame *A* 7 mendacia *Goth,* mendacior *Rig* *post* mendacio *pro uirgula interrogationis signum posui* 7 *sq.* non mendacio plurimo, quae — confundens? *Hartelius coll. Apol. c. 7* plurimum quae *Goth, Rig* 11 quoad *Wissowa:* quod *A,* cum *Rig* 13 nunciandi *A corr.* 17 quia nemo *Goth:* quia ne *A* 20 sit] fit *M. Klussmannus* 22 maius *(cetera M. Klussmannus)* rumoris *coll. Apol. c. 7 Hartelius:* rumoris *A,* rumores *Rig,* rumoribus *fort.* 24 mentiendo *A corr.* 26 prouerbis *A* 27 *sq.* quale prodigium *Oehlerus,* quale prodigium iam *Hartelius,* qualem prodiciam *alii* 28 subhornastis *A*

tulit tantoque tempore | ad fidem corroborauit usque adhuc probare non potuit. prin⌊cipe⌋ | Augusto nomen hoc ortum est, Tiberio disciplina eius inluxit, ⌊sub⌋ | Nerone damnatio inualuit, ut iam hinc de persona persecuto|ris ponderetis: si pius ille princeps, impii Christiani, si iustus, | si castus, iniusti et incesti Christiani, si non hostis publicus, || nos publici hostes; f. 6v quales simus, damnator ipse demonstrauit, | utique aemula sibi puniens. et tamen permansit erasis omnibus | hoc solum institutum Neronianum, iustum denique ut dissimile | sui auctoris. igitur aetati nostrae nondum anni CCL. tot iniqui inter|ea, tot cruces diuinitatem consecutae, tot infantiae trucidatae, tot | panes cruentati, tot strages lucernarum, tot errores nuptiarum, | et adhuc Christianis sola fama decernit. habet quidem grande | fundamentum de uitio ingenii humani: felicius in acerbis atroci|busque mentitur. quanto enim proni ad malitiam, tanto ad mali | fidem opportuni estis; facilius denique falso malo quam uero bono | creditur. si quem tamen apud uos prudentiae locum iniquitas | reliquisset, ad explorandam famae fidem utique iustitia poscebat | dispicere, a quibus potuisset fama in uulgus et ita in totum orbem | dari. ab ipsis enim Christianis non opinor, cum uel ex forma ac lege | omnium mysteriorum silentii fides debeatur. quanto magis talium | quae prodita non uitarent interim humana animaduersione praesentan|eum ⌊supp⌋licium? si ergo non ipsi proditores sui, sequitur ut extranei. | ⌊oro uos⌋, extraneis unde notitia, cum etiam iusta et licita mysteria | ⌊omn⌋em arbitrum extraneum caueant, nisi inlicita minus spernunt? | ⌊a⌋tquin extraneis tam ignorare quam confingere magis competit. | ⌊at do⌋mesticorum curiositas furata est per rimulas et cauernas. | quid? cum domestici eros

6 publici *Rig:* publice *A,* hostes publice *Goth* 10 aetatis *fort.* 16 oportuni *A* 19 dispicere *Goth:* disciplicere *A* 21 ac *Rig:* a *A* 23 uitarent *I. Fr. Gronouius:* iuuarent *A,* euitarent *Rig* interim *Rig:* inter *A* humana *del. I. Fr. Gronouius* animaduersione *Rig:* aduersione *A* praesentaneum *Rig:* praesentan *A,* praesentanea *I. Fr. Gronouius* 24 ipse *A corr.* proditores *Rig:* proditoris *A* 25 etiam *Rig:* enim *A* 26 arbitrum *Goth:* arbitrii *A* inclita *alii* 27 adquin *A* ignorare *I. Fr. Gronouius:* honorare *A* 28 at] aut *uel* sed *alii* 29 eros (*uel* reos) *Goth:* eos *A,* eas *Oehlerus*

f. 7 uobis proderent? omnes a nullis magis ‖ prodimur, quanto magis, si atrocitas tanta sit, quae iustitia indignatio|nis omnem familiaritatis fidem rumpat? non potuerit continere, | quod horruit mens, quod expauit oculus. hoc quoque mirum, si | et ille, qui tanto impatientiae iure prosiluit deferre, non et proba|re gestiit, et ille, qui audiit, non et uidere curauit; siquidem par | fructus est et delatoris, si quod detulit probet, et auditoris, si quod | audit etiam sibi credat. tunc, inquitis, primo delatum et exhibitum est, | auditum et inspectum est atque exinde famae commendatum. hoc qui|dem superscendit omnem admirationem, si semel deprehensum est, | quod semper admittitur; nisi desiuimus iam talia factitare. atquin | et idem uocamur, et in isdem deputamur et de die redundamus; | quod plures, hoc pluribus odiosi. magis increscit odium increscente | materia: proficiente multitudine reorum, quid ita non proficit | multitudo nuntiatorum? quod sciam, et conuersatio notior facta | est, scitis et dies conuentuum nostrorum, itaque et obsidemur et opp⌊ri⌋|mimur et in ipsis arcanis congregationibus detinemur. quis u⌊m⌋quam tamen semeso cadaueri superuenit? quis in cruentato pa⌊ne⌋ | uestigia dentium deprehendit? quis tenebris repentino ⌊lumine⌋ | inruptis inmunda aliqua, ne dixerim incesta, indicia recogno⌊uit⌋? | si praemio impetramus, ne tales in publicum extrahamur, qu⌊are⌋ | et opprimimur? possumus et omnino non extrahi. quis enim pro⌊di⌋|tionem criminis alicuius sine crimine
f. 7v ipso aut uendit aut redim⌊it⌋? ‖ sed quid extraneis speculatoribus et indicibus detractem, qui talia obi|ciatis quae non ab ipsis nobis cum maxima uociferatione publicen|tur aut statim audita, si prius demonstrantur, aut postea reper|ta, si interim celantur? sine dubio enim initiari uolentibus mos est | prius

1 proderent *I. Fr. Gronouius:* prodentes *A,* prodant *Rig,* prodent res *Oehlerus,* quidni domestici (*uel* condomestici) — prodentes? *Hartelius* et omnes *I. Fr. Gronouius,* scilicet omnes *fort.* 3 rumpat *I. Fr. Gronouius:* rumpit *A* 5 et non *alii* gestiit *I. Fr. Gronouius:* gestit *A* 6 non et *I. Fr. Gronouius:* et non *A* 10 super scendit *A* 13 quo *Goth* 19 cadaueri *Oehlerus:* paueris *A,* pueri *Goth,* pueri cadaueri *fort.* 20 pane *Rig:* pa . . . *Goth*,* panis *Goth* deprẹhendit *A* 24 criminosi *Goth* 25 extraneis *Goth:* extranei *A* 29 celentur *Goth* initiari *Oehlerus:* initiarum *A,* initiatum *Goth*

ad magistrum sacrorum uel patrem adire. tum ille dicet: | infans tibi, qui adhuc uagit, necessarius, qui immoletur, et panis | aliquantum, qui in sanguine intingatur; praeterea candela|bra, quae canes annexi deturbent, et offulae, quae eosdem canes: | sed et mater aut soror tibi necessaria est. quid, si nullae erunt? opi|nor, legitimus Christianus esse non poteris. haec, oro uos, denuntia|ta ab aliis sustinent prodi? uerum opus non est scire illos. prius | fallaciae negotium perpetratur: ignaris et dapes et nuptiae subi|ciuntur; nihil enim umquam retro de Christianis mysteriis audierant. | tamen postea cognoscant necesse est uel aliis quos inducunt prae|ministranda. ceterum quam uanum est profanos scire quod nes|⌊ci⌋at sacerdos? tacent igitur et accepto ferunt, et nihil tragoediae | ⌊Thyes⌋tae uel Oedipodis erumpunt, et non protrahunt ad populum. | f⌊idei de mi⌋nistris et magistris et de ipsis potiores morsus iam doctis | ⌊. . . . . . .⌋ rapiunt. si nihil tale probetur, grande nescio quid aesti|⌊mari o⌋portet, cuius compensatio tantarum atrocitatum tole|⌊rant⌋ia constat. miserae atque miserandae nationes, ecce proponi|⌊mu⌋s uobis disciplinae nostrae sponsionem. uitam aeternam ‖ sectatoribus et conseruatoribus suis spondet, f.8 e contrario profa|nis et aemulis supplicium aeternum aeterno igni comminatur; | ad utramque causam mortuorum resurrectio praedicatur. uide|rimus de fide istorum, dum suo loco digeruntur; interim credite, | quemadmodum nos. uolo enim scire, si per talia scelera adire | parati estis, quemadmodum nos? ueni, si quis es, demerge ferrum | in infantem; uel si alterius offi-

2 adhuc uagit *Leopoldus:* adhuc uagetur *A,* adhuc uagietur *(h. e.* uagit) *Goth,* ad hoc uadetur *Oehlerus,* adhuc baiuletur *M. Klussmannus* 3 intinguatur *Oehlerus:* infringatur *A (fort. recte* = fractus in sanguinem intinguatur *Hartelius)* 4 eosdem canes adliciant *fort.,* euocent canes *Hartelius* 7 non prodi *fort.* uerum *scripsi:* diuersum *A* 8 fallacia *Wissowa* 9 ignaris *Rig:* guaris *A* 10 audierunt *Goth* 11 uel] ut *fort.* quos *Goth:* quo *A* 13 tragoediae *Goth:* tragoedia *A* 14 Thyestae *Goth:* thieste *Goth** o**edipodis *A* 15 fidei de *Oehlerus:* fide in *Goth*,* fidem de *Hartelius* ministris *Oehlerus:* ministros *A* 16 . . . .] . . . . . . *Goth*,* dentibus *Goth,* nihil *Oehlerus,* frustra *Hartelius* 24 quemadmodum *Rig:* quae admodum *A* 26 si quis es *Goth:* si quisses *A*

cium est, tu modo specta morientem | animam antequam uixit, certe excipe rudem sanguinem in quo | panem tuum saties, uescere libenter; interea discumbe, dinume|ra loca, ubi mater aut soror torum presserit; nota diligenter, | ut, cum tenebrae inruerint, temptantes scilicet diligentiam singu|lorum, non erres extraneam incursans: piaculum feceris, nisi | incestum. haec cum expunxeris, uiues in aeuum. cupio responde|as, si tanti facis aeternitatem? immo idcirco nec credis, etiam si | credideris, nego te uelle, etiam si uelles, nego te posse. cur autem | alii possint, si uos non potestis? cur non possitis, si alii possunt? | inpunitatem, aeternitatem quanto constare uultis? a⌊. . . .⌋ | nobis omni modo redimendae uidentur? an alii ordin⌊es den⌋|tium Christianorum, et alii specus faucium, et alii ad ⌊incesti⌋ | libidinem nerui? non opinor. satis enim est nobis sola uer⌊itate⌋ | a uestra positione discerni.

8. Plane, tertium genus dicim⌊ur. an⌋ | Cynopennae aliqui f. 8v uel Sciapodes uel aliqui de subterra||neo Antipodes? si qua istic apud uos saltem ratio est, edatis uelim primum | et secundum genus, ut ita de tertio constet. Psammetichus quidem | putauit ibi se de ingenio explorauisse prima generis. dicitur enim | infantes recenti e partu seorsum a commercio hominum alendos | tradidisse nutrici quam et ipsam propterea elinguauerat, ut in to|tum exules uocis humanae non auditu formarent loquellam, | sed de suo promentes eam primam nationem designarent cuius sonum | natura dictasset. prima uox beccos renuntiata est; interpreta|tio eius panis apud Phrygas nomen est; Phryges primum genus ex|inde habentur. sed unum hoc

1 tum *Goth* 4 preserit *A corr.* 5 erres *Goth:* errens *A* 8 facias *Goth* 12 a . . . .] an hae *Goth* 13 specus* *A* 15 ueritate *Goth:* ụer . . . . . *Goth** 16 *duae tresue litterae ante* cyn. *interiisse uidentur, quorum prior* a *fuerit* 17 subterraneo *Oehlerus:* subterrane *A*, subterranea *Goth* 18 saltem ratio *Rig:* salteratio *A*, alteratio (*aut* alternatio) *Goth* 19 psammeticus *A* 20 ibi se de *scripsi:* tibi se *A*, sibi de *Goth* explorauisse prima generis *scripsi:* exploratus. si de prima generis *A*, explorandum de fide primi generis *Goth*, exploratum esse de primogenitis *Oehlerus* 24 de suo *Oehlerus:* suo *A*, suo ingenio *fort.* 25 BEKKOS *Rig:* pactos *A* 26 interpretatio *A* 27 primum *scripsi:* primi *A* hoc unum *Goth*

erit de uanitatibus uestrarum fabula|rum non otiose nobis retractandum, quo fidem uestram uanitatibus | quam ueritatibus deditam demonstrare gestimus. an omnino cre|dibile sit, tali membro desecto, uastato ipsius animae organo | ⌊e⌋t utique radicitus caeso, castratis faucibus quae etiam extrinsecus | ⌊p⌋ericulose uulnerantur, exinde tabo in praecordia refluente, | ⌊po⌋stremo aliquandiu cessantibus alimentis uitam nutrici illi per|⌊duraui⌋sse? age nunc, perseuerauerit Philomelae medicamentis | ⌊. . . . .⌋, quam et ipsam prudentiores non linguae caede, | ⌊. . . . .⌋doris rubore mutam interpretantur. si ergo uixit, | po⌊tuit ef⌋futire aliquid obtusum. et exarticulatum sonum | ⌊tin⌋nitumque sine modulatu labellorum, expanso ore, lingua | ⌊stup⌋ente de solis faucibus cogi licet. id fors tunc infantes, quia ‖ unicum, facilius commentati paulo modulatius, utpote f.9 linguatul⌊i⌋, | in inuentum alicuius interpretationis impegerint. sint nunc primi | Phryges, non tamen tertii Christiani. quantae enim aliae gentium series | post Phrygas? uerum recogitate, ne quos tertium genus dicitis prin|cipem locum optineant, siquidem non ulla gens non Christiana. ita|que quaecumque gens prima, nihilominus Christiana. ridicula de|mentia nouissimos dicitis et tertios nominatis. sed de superstitio|ne tertium genus deputamur, non de natione, ut sint Romani, Iudaei, | dehinc Christiani. ubi autem Graeci? uel si in Romanorum superstitionibus | censentur, quoniam quidem etiam deos Graeciae Roma sollicitauit, ubi sal|tem Aegyptii, et ipsi, quod sciam, priuatae curiosaeque religionis? porro | si tam monstruosi, qui tertii loci, quales habendi, qui primo et secundo | antecedunt?

4 et *om. Goth* 6 praecurdia *A corr.* refluentae *A corr.* 7 illi *om. Goth* 8 perdurauisse *scripsi:* perdurasse *Goth,* perseuerasse *Hildebrandius* filomelae *A,* ut Philomelae *fort.* 9 . . . .] suam uitam *Oehlerus,* uita *Goth,* stupratoris *uel* stupratae *fort.,* uita, quamquam *Hartelius* 10 . . . . udoris *Goth*,* sed pudoris *Goth,* sed ex pudoris *Oehlerus* interpr̨etantur *A* 11 effutire *Goth:* et future *A* 12 expanso *Goth:* expranso *A* 15 in inuentum *Oehlerus:* in uentum *A,* inuentum *Goth* interpraetationis *A* impegerint *Goth:* impegerit *A* 17 alie *A* 19 *ulla *A* quecumque *A* 22 ratione *quidam* 23 greci *A* 24 quandoquidem *Goth* greciae *A* 26 priuatae *Goth:* priuati *A* monstrosi *Goth*

9. Sed quid ego mirer uana uestra, cum ex forma naturali | concorporata et concreta intercessit malitia et stultitia sub eo⌊dem⌋ | mancipe erroris? sane, quia non miror, enumerem necesse est, ut ⌊uos⌋ | recognoscendo miremini, in quantam stultitiam incidatis, qui om⌊nis⌋ | cladis publicae uel iniuriae nos causas esse uultis. si Tiberis red⌊unda⌋|uerit, si Nilus non redundauit, si caelum stetit, si terra mo⌊uit, si . . . .⌋tiua uastauit, si famis afflixit, statim omnium uox: Christi⌊. . . . . .⌋tum! quasi modicum habeant aut aliud metuere qui deum ⌊. . . . .⌋. | opinor, ut contemptores deorum uestrorum haec iacula eorum ⌊prouo⌋|camus. ut supra edidimus, aetatis nostrae nondum anni f. 9v trecenti: || quantae clades ante id spatium supra uniuersum orbem ad singulas | urbes et prouincias ceciderunt? quanta bella externa et intestina? | quot pestes, fames, ignes, hiatus motusque terrarum saeculum diges|sit? ubi tunc Christiani, cum res Romana tot historias laborum suorum | subministrauit? ubi tunc Christiani, cum Hiera, Anaphe et Delos | et Rhodos et Cea insulae multis cum milibus hominum pessum ierunt, | uel quam Plato memorat maiorem Asia aut Africa in Atlantico | mari mersam? cum Vulsinios de caelo, Pompeios de suo monte perfu|dit ignis? cum terrae motu mare Corinthium ereptum est? cum totum | orbem cataclysmus aboleuit? ubi tunc, non dicam contemptores | deorum Christiani, sed ipsi dei uestri, quos clade illa posteriores loca, | oppida approbant in quibus nati morati sepulti sunt, etiam quae | ⌊c⌋ondiderunt? non alias enim superfuissent ad hodiernum, nisi po|⌊stu⌋ma cladis illius. si relegere et reuoluere non curatis testimonia | ⌊tem⌋porum, aliter uobis renuntiata, inprimis ne deos uestros

4 ut *Oehlerus:* et *A* 7 mouit . . . . tiua *Goth*,* mouit si Libitina *I. Fr. Gronouius,* mouit, si uotiua *Goth,* mouit, si uis nociua *Oehlerus,* mouit, si lues ⟨aes⟩tiua *Hartelius* 8 Christianorum fatum *Goth,* Christianorum meritum *I. Fr. Gronouius* 9 qui deum metuunt *Oehlerus (sed prima litterarum quae interierunt non* m *fuit),* quid igitur *Goth* 11 prouocamus *Rig,* reuincamus *Goth* 12 quante *A* 17 Hiera, Anaphe *Oehlerus:* hierennapę *A* Delos *Goth:* delphos *A* 18 cea *Goth:* creta *A* ierunt *Goth:* hier̃ *A* 19 Asia *Goth:* asiam *A* et *Goth* Africa *Goth:* africam *A* 20 Pompeios *Oehlerus:* tarpeios *A* 21 terre *A* 26 superfuissent *Goth:* super fluissent *A* postuma *Goth:* postumae *A* 27 si] sed *Rig*

iniustis|⌊simo⌋s pronuntietis, qui propter contemptores etiam cultores suos | ⌊laedun⌋t, tunc nec uosmetipsos errare probatis, si deos traditis qui uos | ⌊a meriti⌋s profanorum non discernunt? quodsi, ut unus atque alius | ⌊uanissi⌋mus ait, idcirco uobis quoque irascuntur, quoniam de nostra eradica|⌊tione ne⌋glegitis, absolutum est de infirmitate et mediocritate eorum: | ⌊nam n⌋on irascerentur uobis in animaduersione cessantibus, si ipsi ex se | ⌊quid po⌋ssent. quanquam et alias confitemini istud, si quando illos supplicio || nostro uidemini ulcisci. si ab alio aliud, a f.10
maiore defenditur. pudeat igitur | deos ab homine defendi.

10. Effundite iam omnia uenena, omnia | calumniae tela infligite huic nomini, non cessabo ultra repellere, | at postmodum obtundentur expositione totius nostrae disciplinae. | nunc uero eadem ipsa de nostro corpore uulsa in uos retorquebo, | eadem uulnera criminum in uobis defossa monstrabo, quo machae|ris uestris admentationibusque cadatis. iam primo quod in nos generali | accusatione dirigitis, diuortium ab institutis maiorum, considera|te etiam atque etiam, ne uobiscum communicemus crimen istud. ecce | enim per omnia uitae ac disciplinae corruptam, immo deletam in uo|bis antiquitatem recognosco. de legibus quidem iam supra dictum est, | quod eas nouis de die consultis constitutisque obruistis. de reliqua ue|ro conuersationis humanae dispositione palam subiacet, quanta | a maioribus mutaueritis, cultu habitu apparatu ipsoque uictu ips⌊oque⌋| sermone; nam pristinum ut rancidum relegatis. exclusa ubique ⌊anti⌋|quitas in negotiis, in officiis; totam auctoritatem maiorum uestra au⌊cto⌋|ritas deiecit. sane, quod uobis magis probro est, laudatis semp⌊er⌋ | uetustates et nihilominus recusatis. qua peruersitate tan⌊ta . . . .⌋ | maiorum apud uos permanere, pro-

1 iniustissimos *Rig:* iniustis . . . . os *Bal**, iniustis illos *Goth**, iniustos deos *Goth* 2 laedunt *Goth:* . . . . nt *Goth**, . . . nt *Hild** nec *ex* ec *A*, enim *Goth* 3 deos *Goth:* eos *A* a meritis *Rig:* a turbis *Goth* profanarum *A corr.* 4 uanissimus *Goth* 5 eradicatione neglegitis *Goth* 6 nam non *Goth* 7 ex se quid *Goth**, exsequi *Goth* 8 possent *Goth**, *Bal**, *Hild** 9 si ab alio aliud *Oehlerus:* abaliud *A* a maiore minus *M. Klussmannus* 15 macheris *A*, machinis *Goth* 29 tant . . . . . *Goth**, tanta uana *Oehlerus,* tanta inania *Goth,* tam multa *Hartelius* permanent nec probari *fort.*, permanere probarique *Goth,* permane⟨nt quae⟩ reprobari *Hartelius*

bari debuerunt, cum ea, qu⌊ae pro⌋|batis, recusetis? sed et ipsum quod uidemini a maioribus traditum ⌊fidelis⌋|sime custodire et defendere, uel quo maxime reos nos transg⌊ressio⌋|nis postulatis, de quo totum odium Christiani nominis anima⌊tur; ||
f. 10v deor⌋um dico culturam, perinde a uobis destrui ac despici ostendam. nisi quod | perinde: nos enim contemptores deorum haberi nulla ratio est, quia nemo | contemnit quod sciat omnino non esse. quod omnino est, id contemni | potest, quod nihil est, nihil patitur. igitur quibus est, ab eis patiatur | necesse est. quo magis oneramini credentes esse et contemnentes, colen|tes et despuentes, honorantes et lacessentes. licet etiam hinc recognos|cere inprimis: cum alii alios deos colitis, eos, quos non colitis, utique con|temnitis. praelatio alterius sine alterius contumelia non potest, | nec ulla electio non reprobatione componitur. qui de pluribus suscipit | aliquem, eum, quem non suscipit, despexit. sed tot ac tanti ab omnibus | coli non possunt. iam ergo tunc primo contempsistis, non ueriti scilicet | ⌊i⌋ta instituere, ut omnes coli non possent. at enim illi sapientissimi ac | ⌊p⌋rudentissimi maiores, quorum institutis renuntiare non nostis ma|⌊xi⌋me in persona deorum uestrorum, ipsi quoque impii deprehenduntur. | ⌊m⌋entior, si numquam censuerant, ne qui imperator fanum, quod in | ⌊bell⌋o uouisset, prius dedicasset quam senatus probasset; ut contigit | ⌊M. Aemili⌋o, qui uouerat Alburno deo. utique enim impiissimum, immo con|⌊tumelio⌋sissimum admissum est, in arbitrio et libidine sententiae humanae | ⌊locar⌋e honorem diuinitatis, ut deus non sit, nisi cui esse permiserit se|⌊natus⌋. saepe censores inconsulto populo * adsolauerunt. certe Liberum | ⌊Patre⌋m cum

1 quae probatis *Goth:* quae . . . batis *Bal** 2 fidelissime *Goth* 3 transgressionis *Goth:* transgr . . . . . nis *Bal*, Hild** 4 *sq.* animatur, deorum *Goth* 6 etiam *Oehlerus* 7 contempnit *A sic etiam postea* 11 lacessentes *Rig:* lacescentes *A* 13 quos *ex* quod *A* 14 *prius* non] esse non *Rig* reprobatione *Goth:* reprobationẽ *A* 19 quorum *Rig:* eorum *A* 21 deprehenduntur *A* 22 bello *Goth:* proelio *Rig* 23 uouisset *Goth:* nouisset *A* 24 M. Aemilio *Goth:* . . . . . . o *A* 25 contumeliosissimum *Goth* 26 locare *Goth:* . . . . re *Bal** ut *in ras. A* 27 *d*eus *A* senatus *Goth* 28 *lacunam signaui:* deos *intercidisse uidetur* certe *Rig:* certi *A* Patrem *Goth*

socru sua consules senatus auctoritate non urbe so‖⌊lumm⌋odo, uerum tota Italia eliminauerunt. ceterum Serapem et Isidem ‖ et Arpocraten et Anubem prohibitos Capitolio Varro comme- f.11 mora⌊t⌋. | eorumque aras a senatu deiectas nonnisi per uim popularium restructas. | sed tamen et Gabinius consul kalendis Ianuariis, cum uix hostias pro|baret prae popularium coetu, quia nihil de Serape et Iside constituisset, | potiorem habuit senatus censuram quam impetum uulgi et aras institui | prohibuit. habetis igitur in maioribus uestris, etsi non nomen, attamen | sectam Christianam, quae deos neglegit. horum si uos saltem integrum hono|ribus uestris ** rei essetis laesae religionis, sed inuenio conspirasse a uobis tam | superstitionis quam impietatis profectum. quanto enim inreligiosiores | deprehendimini? priuatos enim deos, quos Lares et Penates domestica | consecratione perhibetis, domestica et licentia inculcatis uendi|tando, pignerando pro necessitate ac uoluntate. essent quidem | tolerabiliora eiusmodi contumaciae sacrilegia, nisi quod eo iam contu|meliosiora quod modica. sed aliquo solacio priuatorum et domesticorum | deorum querellae iuuantur, quod publicos turpius contumeliosiusque | tractetis. iam primum, quos in hastarium regessistis, publicanis subdi⌊dis⌋|tis, omni quinquennio inter uectigalia uestra proscriptos addi⌊citis⌋. | sic Serapeum, sic Capitolium petitur, addicitur diuinitas, conducitur, ⌊. . . . . . ., sub⌋ | eadem uoce praeconis, eadem exactione quaestoris. sed enim ⌊agri tri⌋|buto onusti uiliores, hominum capita stipendio censa ign⌊obiliora⌋ | (nam hae sunt captiuitatis

1 sacro suo *Goth*, sacris suis *Oehlerus* urbe *Goth:* urbes *A* solummodo *Goth* 2 isydem *A* 4 aras *add. Goth:* statuas *add. Rig* 6 caetu *A* 10 que *A* 11 integri in *Oehlerus, lacunam signaui: interciderunt fere talia* cultum obseruaretis, uos non essetis *Oehlerus:* esse *A*, esset *Goth;* integrum hono⟨rem restitueretis, in maio⟩ribus uestris res esset *Hartelius* lesae *A* 13 deprehendimini *A* 15 et *del. Rig* 20 quod publicos turpius *Rig:* quo publicetur pius *A* tractetis *A* 21 astarium *A* subdidistis *Oehlerus:* subditatis *Goth* 22 proscriptos *Goth:* proscripto *A* addicitis *Goth* 23 diuinitas *addidi* 24 . . . . *A*, ut forum *Oehlerus*, diuinitas *Goth*, ut holus *uel* ut ager *fort.* sub *Goth*, Bal*, Hild** 25 questoris *A* agri tributo *Goth:* a . . . . . . buto *Bal*, Hild** 26 ignobiliora *Goth:* igno . . . . *Bal*, Hild** captiuitatis *Rig:* captiuitate *A*

notae et poenae): dei uero, qui magis tr⌊ibutarii⌋, | magis sancti, f.11v immo qui magis sancti, magis tributarii. maiest⌊as⌋ ‖ prostituitur in quaestum, negotiatio religione proscribitur, sanc|titas locationem mendicat. exigitis mercedem pro solo templi, pro| aditu sacri, pro stipibus, pro hostiis. uenditis totam diuinitatem. | non licet eam gratis coli. plus denique publicanis reficitur quam sa|cerdotibus. non suffecerat uectigalium deorum contumelia, de con|temptu scilicet aestimanda, nec contenti estis deis honorem non ha|buisse, nisi etiam, quemcumque habetis, depretietis aliqua indignita|te. quid enim omnino ad honorandos eos facitis, quod non etiam | mortuis uestris ex aequo praebeatis? exstruitis deis templa, aeque mortuis templa; extrui|tis aras deis, aeque mortuis aras; easdem titulis superscribitis lit|teras, easdem statuis inducitis formas, ut cuique ars aut negotium | aut aetas fuit: senex de Saturno, imberbis de Apolline, uirgo de Dia|na figuratur et miles in Marte et in Vulcano faber ferri consecratur. | ⌊n⌋ihil itaque mirum, si hostias easdem mortuis quas et deis caeditis eosdemque | ⌊o⌋dores excrematis. quis istam contumeliam excuset, quae utut mor|⌊tuo⌋s cum deis deputet? regibus quidem etiam sacerdotia adscripta sunt | ⌊sacriq⌋ue apparatus et tensae et currus et solisternia et lectister|⌊nia, laetiti⌋ae et ludi. plane, quoniam illis caelum patet, hoc quoque non sine | ⌊contum⌋elia deorum: primo quidem, quod non decuerit alios eis | ⌊adnume⌋rari, quasi his datum sit post mortem deos fieri; secundum, quod tam | ⌊. . . . . . .⌋e atque manifeste coram populo non peieraret contem-

1 et poenae *Hartelius:* poene *A* tributarii *Goth:* trib . . . . . . *Bal*, Hild** 2 constituitur *Goth* 3 religionem proscribit *fort.* 5 stipibus *Goth:* stipitibus *A* hostiis *Oehlerus:* ostiis *A* 6 reficitur *Rig:* refigitur *A* 9 quemcumque *Goth:* quecumque *A,* quoscunque *Hauercampius* 12 aeque mortuis templa *add. Rig* 13 easdem *Hartelius:* eisdem *A* 18 ceditis *A* 19 utut *Hauercampius:* ut aut *A* 21 sacrique *Goth* et tensae *Goth:* ut tensae *A* 22 solissternia *A* lectisternia *Goth:* lectisster . . . *A* laetitiae *Goth:* . . . . . . ie *A* (ie *suprascr. man. post.),* lautitiae *fort.* 23 contumelia *Goth* 24 docúerit *A corr.* adnumerari *Goth:* . . . . rari *A* quasi his *addidi:* quibus *add. Goth,* si *add. Oehlerus,* ni *add. Hartelius* 26 . . . . e *A,* libere *aut* proterue *Goth* contemplator *Goth:* contemplaret *A*

praeiudicatum sit deos elementa non esse, | ⌞cum qui⌟ de elementis nati dicuntur, dei non sunt; aeque demonstran|⌞tes elemen⌟ta deos non esse ad illam agnatorum speciem praestrue|⌞mus recte deos⌟ non esse defendi quorum parentes, id est elementa, dei non sunt. | s⌞citum deum e⌟ deo nasci, quemadmodum de non deo non deum. igitur quod | ⌞element⌟a contineat mundus iste, ut summaliter tractem de uniuer||sitate f. 22 partibus eius praeministrans (nam quae condicio eius, eadem uti|que erit et elementorum et membrorum), aut ab aliquo institutus sit necesse est, | qua Platonis humanitas, aut a nullo, qua Epicuri duritia; et si institu|tus est, habendo initium habebit etiam finem. ita quod aliquando non fuit | ante initium et quandoque non erit post finem, non capit utique uideri deus, | carens substantia diuinitatis id est aeternitate, quae sine initio et fine | censetur. si uero institutus omnino non est ac propterea deus habendus, | quod ut deus neque initium neque finem sui patitur, quomodo quidam assignant | elementis, quae deos uolunt, generationem, cum Stoici negent quicquam d⌞eo⌟ | nasci? item quomodo uolunt quos de elementis natos ferunt deos ⌞ha⌟|beri, cum deum negent nasci? itaque quod mundi erit, hoc elementis ad⌞scri⌟|betur, caelo dico et terrae et sideribus et igni, quae deos et deorum p⌞a⌟|rentes aduersus negatam generationem dei et natiuitatem frustra u⌞obis⌟ | credi proposuit Varro et qui Varroni indicauerunt animalia esse cae⌞lum⌟ | et astra. quod si ita est, etiam mortalia sint necesse est, secundum anim⌞alis⌟ | formam; nam etsi immortalem constat animam, ipsi hoc soli lic⌞ebit⌟, | non etiam

1 cum qui *Goth:* . . . . . . *A* 2 demonstrantes elementa *Goth:* demonstran . . . . ta *A,* demonstrando orta *in secundis curis Goth* 3 agnatorum *Goth:* magnatorum *A* praestruemus recte deos *Goth:* praestrue . . . . *A,* praestruemus recte *Rig* 5 sint scitum deum e *Goth:* s . . . . *A,* certum deum e *fort.* 6 elementa *Goth* continet *Goth* 9 ut membrorum *Goth* 10 quae *fort.* a *sup. uers. A* 11 quae *Goth* 12 etiam finem *Oehlerus:* et infinem *A,* et finem *Rig* 19 deo *Goth* 20 haberi *Goth* 21 adscribetur *Goth* 22 que *A* parentes *Goth* 24 uobis *Goth** ut qui *Oehlerus,* atqui *Hauckius* Varroni *scripsi (et sic M. Klussmannus):* Varro *A* indicauerat *Goth, Hauckius* 26 animalis *Goth* 27 licebit *Goth*

illi cui adnectatur, id est corpori. nemo autem negabit ⌊elementis⌋ | corpus esse, cum et contingamus ea et contingamur ab eis, cer⌊taque cor⌋|pora ex illis decidere uideamus. ergo si animalia, deposi⌊ta ratio⌋|ne animae, qua corporum condicio, mortalia, non utique ⌊dii sunt⌋. | et tamen unde animalia Varroni uidentur elementa? quoniam ⌊elementa mo⌋|uentur. ac ne f. 22v ex diuerso proponatur, multa alia mouer⌊i, ut rotas⌋, ‖ ut plaustra, ut machinas ceteras, ultro praeuenit dicens eo animalia cre|dita, quod per semetipsa mouerentur, nullo extrinsecus apparente mota|tore eorum aut incitatore, sicuti apparet qui rotam compellit et plaustra | uoluit et machinam temperat. igitur nisi animalia, non mobilia per se. | porro allegans quid non appareat, ostendit quid quaesisse debuerat, | id est artificem et arbitrum motus; neque enim statim non est quod, quia non uide|mus, non credimus esse. immo eo altius inuestigandum est quod non uidea|⌊tu⌋r, ut quod uideatur quale sit scire possimus. alioquin si tantum ea qua|⌊e co⌋mparent ideo esse credantur quia comparent, quomodo deos etiam eos | ⌊rec⌋ipitis qui non comparent? si autem uidentur esse qui non sunt, cur non sint | ⌊et qui⌋ non uidentur? motatorem dico caelestium rerum. sint ergo et anima|⌊lia⌋, quia mobilia per se, et iam mobilia per se, quia non per alium, tamen | ⌊ut ea⌋ non statim dei, quia animalia, ita nec ideo, quia per se mobilia: aut | ⌊quid u⌋etat uniuersa animalia, ut mobilia per se, deos haberi? | ⌊et hoc a⌋lia sane uanitate Aegyptiis licet.

1 adnectitur *Goth* elementis *Oehlerus:* . . . . . . *A,* . . . . *Goth*,* mortale *Goth* 3 certaque corpora *Oehlerus:* cer . . . . pora *A,* certaque tempora *Goth,* certa corpora *Rig* 4 deposita ratione *Goth:* deposi . . . . ne *A,* deposit . . . . . . *Goth** quae est *fort.* 5 dii sunt *scripsi:* . . . . *A,* dii elementa *Goth,* immortalia *Oehlerus* 6 elementa mouentur *Goth:* . . . . uentur *A,* per semetipsa mouentur *M. Klussmannus* 7 moueri ut rotas *Rig:* mouer . . . . *A,* moueri non animalia *Goth* 10 aut incitatore *Oehlerus:* ut initiatore *A,* et initiatore *Goth,* aut minatore *Rig* 16 uidetur *Goth* 17 possumus *Rig* 18 creduntur *Rig* ^{d}eos *A* recipitis *Goth:* . . cipitis *Goth** 20 sit *fort.* et qui *Goth* uidetur *fort.* 21 animalia *Goth* et iam *Goth:* etiam *A* 22 ut ea *Oehlerus:* . . . . *A,* illa *Goth* 23 quid uetat *Goth:* . . . . . etat *A,* . . . . uetat *Goth** 24 *sq.* et hoc alia *Oehlerus:* . . . . . . lia *A,* colere animalia *Goth*

4. Aiunt quidam propterea deos | ⌊θεοὺς appella⌋tos, quod θέειν id est ἵεσθαι pro currere ac motari interpretatio est. | ⌊ergo iam⌋ uocabulum istud non est alicuius maiestatis; a cursu enim et motu, | ⌊non ab diuini⌋tatis denominatione formatum est. sed cum etiam ille unus Deus | ⌊quem colimu⌋s θεὸς cognominetur nec tamen aut motus ullus aut cursus | ⌊eius apparea⌋t, quia nec uisibilis cuiquam sit, palam est ut uocabulum istud| ⌊sit aliunde de⌋sumptum propriumque, quia a se natiuum, diuinitatis inuentum. | ⌊itaque semota in⌋terpretationis eius astutia uerisimilius est non a cursu et motu || θεοὺς dictos, sed de f.23 appellatione ueri dei mutuatum, uti quos ae⌊que deos excudis⌋|setis, θεοὺς cognominaretis. denique quam ita sit, probatio suppe⌊tit, cum etiam⌋ | uniuersos deos uestros, in quibus nullius cursus aut motus officium denotatur, | θεοὺς communiter appelletis. itaque si aeque mobiles θεοὺς aeque immobiles, discedi|tur uocabuli interpretatione pariter et diuinitatis opinione, quae a cursu et mo|tu modulata rescinditur. quod si nomen istud proprium diuinitatis et | simplex nec interpretatorium in illo deo reprehensum in cetera quae deos | uultis, docete etiam qualitatis inter illos esse consortium, ut iure consista⌊t⌋ | collegium nominis communione substantiae. porro θεὸς ille iam h⌊oc⌋ | solo, quod non sit in promptu, uacat a comparatione

1 proptereas *A corr.* θεοὺς *addidi* appellatos *scripsi:* . . . . tos *A,* . u . . . . latos *Bal**, ... atos *Goth**, *Hild**, fuisse appellatos *Goth* θέειν id est ἵεσθαι *Hartelius:* thin & siesta *A,* θέειν et ἐξίεσθαι *Goth,* θέειν et σείεσθαι *Rig* 2 pro currere *scripsi:* procurrere *A* ergo iam *Goth:* . . . . *A,* sane *Rig,* ita uero *fort.* 4 non ab diuinitatis *Rig:* . . . . tatis *A,* nomen diuinitatis *Goth* denominatione *Goth:* dominatione *A,* eis dominatione *Oehlerus* 5 quem colimus *Goth:* . . . . s *A* theos *A* 6 eius appareat *Goth:* . . . . t *A,* . . . . at *Goth** 8 sit aliunde desumptum *Goth*: . . . . sumptum *A* a *add. Goth* 9 itaque semota *Goth:* . . . . *A* 10. 12. 14. 15 θεούς *Goth:* theos *A* 13 suppetit cum etiam *Goth:* suppe . . . . *A* nullius *Rig:* nullus *A* 15 mobiles *add. Hartelius* deos ceditur, uocabuli *fort.* 16 interpretationem *et* opinionem *fort.* 17 quae a *Rig:* qua *A* rescindunt *fort.* si *Goth:* is *A* 18 interpra&atorium *A* 19 deprehensum *Goth* 21 theos *A* 22 hoc *Goth*

eorum quae in p⌞romp⌟|tu sunt et uisui et sensui [sed sensui], satisque est testimonii ad diuer⌞sita⌟|tem occulti et manifesti renuntiatio. si elementa palam propo⌞sita⌟ | omnibus, si contra deus nemini, quomodo poteris ex ea parte quam ⌞non ui⌟|disti quae uides congredi? cum ergo non habes coniungere sensu ⌞neque⌟ | ratione, quid uocabulo coniungis, ut coniungas etiam potestat⌞e⌟? ecce enim Zeno quoque materiam mundialem a deo separat, uel ⌞eum⌟ | per illam tamquam mel per fauos transisse dicit. itaque materia et d⌞eus duo⌟ | uocabula, duae res. pro discrimine uocabulorum etiam res s⌞eparantur⌟, | etiam materiae condicio uocabulum sequitur. quodsi deus mater⌞ia non est⌟, | quia sic et appellatio praescribit, quomodo quae sunt in ⌞materia⌟, | id est elementa, dei habebuntur, cum membra a corpore ali⌞enigena esse⌟ | non possint? sed quid ego cum
f. 23v argumentationibus physiol⌞ogicis⌟? ‖ s⌞ursum mens asce⌟ndere debuit de statu mundi, non in incerta descen|⌞dere. rotunda mundo⌟ Platonica forma. quadratum eum angulatumque com|-⌞mentum ab aliis, credo, cir⌟cino rotundo ita collegit, quod sine capite solum cre|⌞di laborat. sed⌟ Epicurus, qui dixerat, quae super nos, nihil ad nos, cum et | ipse caelum inspicere desiderat, solis orbem pedalem deprehendit. | adhuc scilicet frugalitas et in caelis agebatur. denique ut ambitio pro|fecit,

19] Epic. ed. Usen. p. 229, 2.

1 quae *Rig:* qui *A* promptu *Rig* [sed sensui], satisque *Hartelius:* sed sensui satis quod *A,* (sed sensui satis), quod *uulgo* 2 diuersitatem *Goth* 3 proposita *Goth* 4 non uidisti *Goth* 6 neque *Goth* 8 eum *Goth* 9 deus duo *Rig:* d . . . . *A,* dei *Goth* 10 separantur *Goth:* s . . . . . . *A,* se . . . . *Bal* Hild** 11 deus *addidi* materia non est *Goth* 13 materia *Goth* 14 alienigena esse *Oehlerus:* alig . . . . . . *A,* alig . . . esse *Goth*,* alige . . . esse *Bal** aligena esse *Goth* 15 physiologicis *Goth* sursum mens ascendere *Goth:* s . . . . ndere *A,* s . . . . ascendere *Goth** 16 descendere. rotunda mundo *Goth:* descen . . . . *A,* descen . . . . lo *Goth** 17 *sq.* commentum ab aliis, credo, circino *Oehlerus:* com . . . . cino *A,* com . . . . do circino *Goth*,* com . . . . o circino *Hild** 19 credi laborat. sed *Goth:* cre . . . . *(ductus euanidos m. rec. sic restituere conata est* credeiloarat*) A,* cre . . . . sed *Bal** et *add. ante* Epicurus *Goth*

etiam sol aciem suam extendit; ita illum orbem maiorem Peri|patetici denotauerunt. oro uos, quid sapit coniecturarum libido? | ⌊qui⌋d probat tanta praesumptione asseuerationis otium affectatae | ⌊mor⌋ositatis eloquii artificio adornatum? merito ergo Milesius Thales, | ⌊dum t⌋otum caelum examinat et ambulat oculis, in puteum cecidit | ⌊turpite⌋r, multum inrisus Aegyptio illi: in terra, inquit, nihil perspici|⌊ebas, cae⌋lum tibi speculandum existimas? itaque casus eius per figuram | ⌊philosopho⌋s notat, scilicet eos, qui stupidam exerceant curiositatem,| ⌊in res na⌋turae quam prius in artificem eius et praesidem, in uacuum | ⌊laboran⌋dum habituros.

5. Quin ergo ad humaniorem aliquanto con|⌊uertim⌋ur opinionem, quae de communi omnium sensu et simplici | ⌊coniectura⌋ deducta uideatur? nam et Varro meminit eius, credi|⌊tam praete⌋rea dicens elementorum diuinitatem, quod nihil omnino | ⌊sine suffra⌋gio illorum gigni ali prouehi possit ad uitae humanae | ⌊et terrae sati⌋onem, quando ne ipsa quidem corpora aut animas suffi|cere licuisset sine elementorum temperamento, quo habitatio ista mundi ‖ circulorum condicionibus f.24 foederata praestatur, ⌊nisi quod hominum⌋ | incolatui denegauit enormitas frigoris aut ca⌊loris, proptereaque⌋ | deos credi solem, qui dies de suo cumulet, fruges calor⌊ibus expediat et⌋ | annum

1 faciem *fort.* 4 morositatis *Goth,* curiositatis *fort.* 5 dum totum *Goth:* . . . totum *Goth** 6 turpiter *Goth:* . . . . . . r *A* 7 inquit *Goth:* inquis *A* perspiciebas caelum *Rig* 8 philosophos *Oehlerus:* . . . . s *A,* philosophis *Goth* 10 in res naturae *Goth:* . . . . turae *A,* . . . . . naturae *Goth** 11 laborandum *scripsi:* . . . . dum *A,* . . . . . udum *Goth*,* currendum *Goth,* suum studium *Oehlerus* 12 conuertimur *Goth:* con . . . . . . ur *A,* con . . . . . mur *Goth*,* conducimur *Hild* 13 coniectura *Goth:* . . . . *A,* con . . . . . . *Goth* (cf. errata),* . . . . ura *Hild,* cognitione *Priorius* 14 *sq.* creditam praeterea *Goth* 16 sine suffragio *Goth* 17 uite humana *A* et terrae sationem *Goth:* . . . . onem *A,* conseruationem *Hartelius* 18 animas *Goth:* anima *A* 20 nisi quod hominum *Goth:* . . . . *A,* nisi qu . d . . . . . *Goth*,* n . . . . *Bal*, Hild*,* sine quo hominum *Hartelius* 21 caloris, propterea que *Oehlerus:* ca . . . . *A,* caloris . . . . *Hild*,* caloris aestiuitas: ideo *Goth,* caloris. itaque *Rig,* caloris zonas duas: ita *fort.* 22 dies *scripsi:* diei *A* caloribus expediat et *Goth:* calor . . . . *A,* caloribus . p . . . . *Goth*,* caloribus . . . . . . *Bal*, Hild,* caloribus maturet *Oehlerus*

stationibus seruet: lunam, solacium noctium, patrocinium ⌊men⌋|sum gubernaculis: item sidera, signacula quaedam temporum ad ru|rationem notandorum: ipsum denique caelum, sub quo omnia, terram, super | quam omnia, et quicquid illorum inter se ad commoda humana | conspirat. nec tantum beneficiis fidem diuinitatis elementis con⌊ue⌋|nire, sed etiam de diuersis quae tamquam de ira et offensa eorum inc⌊idere⌋ | soleant, ut fulmina, ut grandines, ut ardores, ut aurae pestilentes, | item diluuia, item hiatus motusque terrarum, et iure credi deos q⌊uo⌋|rum natura honoranda sit in secundis, metuenda sit in aduersi⌊s⌋, | domina scilicet iuuandi et nocendi. porro si ita sentiuntur in c⌊iuium⌋ | conuersatione, non perinde rebus ipsis quibus iuuantur siue laedu⌊ntur⌋ | aut gratias referunt aut querellas intendunt, sed his sub quorum ⌊ui⌋ | et potestate operatio rerum decurrit. nam in uoluptatibus q⌊uoque⌋ | non tibiae aut citharae coronam ad praemium adiudicatis, ⌊sed arti⌋|fici qui tibiam et citharam suauitatis temperet ui. aeque cum ⌊quis uale⌋|tudine male est, non lanis nec antidotis aut malagmatibus ips⌊is gra⌋|tiam meministis, sed medicis, quorum opera atque prudentia ⌊reme⌋|dia proueniunt. item in aduersis qui ferro sauciantur, ⌊non gladium⌋ | ipsum aut lanceam accusant, sed f.24v hostem uel latronem, et quos ⌊tecta⌋‖ ⌊opprimunt, non⌋ tegulas aut imbrices arguunt, sed uetustatem, sicut et nau|⌊fragi non

1 mensum *Goth* ⟨item stellas, quae curant⟩ gubernaculis *Hartelius* 3 rurationem *Merkelius:* mutationem *A* 4 terram *Rig:* in terra *A* 7 incidere *Rig:* inc . . . . *A,* inc . . . . . *Goth**, incusari *Goth* 11 ista *Goth* 12 ciuium *Oehlerus:* o . . . *A,* c . . . . . *Bal*, Hild*,* . . . . . *Goth*,* aetatis *Goth,* omni *fort.* 13 siuę *A* laeduntur *Goth* 14 quor . . *Hild** ui *Hild:* . . . . . *A,* . . . *Goth*,* . . *Hild**, ducatu *Goth,* uelle *fort.*, iussu *Hartelius* 15 et in *Goth* quoque *Goth:* q . . . . . *A,* uestris *Rig* 16 cytharae *A* sed artifici *Goth* 17 quis ualetudine *Goth:* . . . . . . tudine *A,* quis . . . . tudine *Goth**, ... tudine *Hild** 18 malagmatis *Goth* 19 ipsis gratiam *Goth* 20 prudentia remedia *Goth:* prudentia . . . . . dia *A,* prudentia . . . . dia *Goth** 21 non gladium *Goth* lanceam *Goth:* lanciem *A* 22 quos tecta opprimunt non tegulas *Rig:* quos . . . . tegulas *A,* quos . . . . tegulas *Goth*, Hild**, quos casus subitus obtriuit, non tegulas *Goth* 23 naufragi non petrae sed *(in erratis* et*) Goth:* nau . . . . et *A,* naufragi . . . petris et *Bal**, nau . . . . et *Hild**, naufragi non petris et *Rig*

petrae⌋ et fluctibus imputant, sed procellae. merito. certum enim est, | quodcu⌊nque fit, ei⌋ adscribendum, non per quod fit, sed a quo fit, quia is est | caput facti qui et ut fiat et per quid fiat instituit (et sunt in omnibus rebus | tres tituli isti: quod est, per quod est et a quo est), quia prius est qui quid | uelit fieri et per quod possit inueniri. et ita recte in ceteris agitis aucto|rem considerantes, at in physicis contra naturam regula uestra, qua in cete|⌊ri⌋s sapientiam iudicatis, auferendo summum gradum auctoris, et quae fi|⌊un⌋t non a quo fieri ∗∗. ita credere contingit elementorum potestates et ar|⌊bitr⌋ia esse quae sunt seruitutes et officia. non in ista inuestigatione ali|⌊cuiu⌋s artificis intus et domini ∗ seruitutes autem ostendimus elementorum | ⌊ipsis ex⌋ operis eorum quas facis potestates? sed dei non seruiunt; ea igitur | ⌊quae⌋ seruiunt dei non sunt. aut doceant uulgo fieri, ut de licentia passiuita|⌊tis libe⌋rtas approbetur, de libertate dominatio, de dominatione diuini|⌊tas intel⌋legatur. nam si omnia haec super nos certis curriculis, legitimis | ⌊decurs⌋ibus, propriis spatiis, aequis uicibus sub legis instar constituta uol|⌊uendis t⌋emporibus et exercendis temporum ducatibus occurrere meminerunt, | ⌊num non ex i⌋psa

2 quodcunque fit ei *Hild:* quodcu . . . . *A,* quodcumque praesto est *Goth,* quodcunque est, ei *Rig,* quodcunque sit ei *Bal* 5 est qui quid *Rig:* esse quid quid *A,* esse quid quod *Goth* 6 per *addidi* quo *Oehlerus,* a quo *Hartelius* 8 et regulam uestram *fort.* sapienter *fort.* 9 fiunt *Goth* fieri *A,* fieri considerando *Oehlerus,* fiant eruitis *Hartelius* 10 arbitria *Goth:* ar . . . . ia *A,* ar . . . . . . *Goth*,* ar . . . . . a *Bal*,* ar . . . ria *Hild** officia nobis in *Hartelius* in] enim *Goth* 12 alicuius *Goth:* ali . . . s *A,* ali . . . . . us *Goth*,* ali . . . ius *Hild** *lacunam signaui:* arbitrium agnoscimus *uel similia desideramus* seruitutes *Goth:* seruitutis *A* autem] etiam *Goth,* artem *Oehlerus* 12 ostendimus *Goth:* non tendimus *A,* contendimus *Hartelius* 13 ipsis ex *scripsi:* . . . . . . *A,* certis ex *Goth* potestates *Goth:* potestatis *A* *interrogationis signum tollit Hartelius* quae *Goth* 15 passiuitatis libertas *Goth:* passiuita . . . . . . rtas *A,* passiuita . . . . . . ertas *Bal*, Hild** 16 de *posterius*] ∗de *A* diuinitas intellegatur *Goth:* diuini . . . . legatur *A,* diuini . . . . . . ellegatur *Bal*, Hild** 18 decursibus *Goth* 19 uoluendis temporibus *Goth:* uol . . . . emporibus *A,* uol . . . . . s temporibus *Goth** 20 concurrere *fort.* num non ex ipsa *Goth:* . . . . psa *A,* . . . . . . ex ipsa *Goth**

obseruatione condicionum suarum et fide operum et instantia | ⌊curriculorum⌋ et cura demutationum et memoria reciprocationum, aliquam do|⌊minatione⌋m sibi praeesse persuadeant uobis, cui apparere uideatur | ⌊uniuersa neg⌋otiatio mundialis perueniens ad humani generis utilitatem | ⌊et laesio⌋nem? non enim f. 25 potes dicere ea sibi agere ista ac sibi curare ‖ nec quicquam hominum causa disponere, cum propterea defendas ele|mentis diuinitatem quod ab illis aut iuuari te aut laedi sentias. nam si sibi | praestant, nihil eis debes.

6. Age iam, conceditisne diuinitatem non modo | non seruiliter currere, sed inprimis integre stare neque minui neque intercipi | neque corrumpi debere? ceterum abiit omnis felicitas eius, si quid pati|tur umquam. ecce autem et astra intercidunt et intercidisse se attestantur. | confitetur et luna, quantum amiserit, cum resumit. iam maiora eius det⌊ri⌋|menta soletis in aquae speculo considerare, ut nihil amplius ulla in p⌊arte⌋ | credam quod magi norunt. ipse etiam sol saepe defectione tempta|tus est. fingite quaslibet rationes caelestium casuum, non ⌊uo⌋|let deus aut minor fieri aut esse desinere. uiderint igitur hu⌊ma⌋|nae doctrinae patrocinia quae coniectandi artificio sapientiam men⌊tiuntur⌋ | et ueritatem. nam alias natura sic est, ut qui melius dixerit, hic uer⌊ius di⌋|xisse uideatur, non qui uerius, is melius. ceterum cui res examina⌊bitur⌋, | uerisimilius utique dicet elementa ista ab aliquo regi quam ultro ca⌊dere⌋: | igitur non deos quae sub aliquo. at si

2 curriculorum *Goth:* . . . . *A* et *posterius addidi* reciprocationum *scripsi:* reciprocatorum *A* 3 dominationem *Goth:* do . . . . m *A,* do . . . . *Bal*, Hild** 4 uniuersa negotiatio *Goth:* . . . . otiatio *A,* . . . . negotiatio *Goth** 5 et laesionem *Hauercampius:* . . . . nem *A,* et . . . . . nem *Goth*,* et . . . . *Hild*,* seu accessionem *Goth,* et collisionem *Hild,* aut laesionem *fort.* 8 iuuari *Goth:* turbari *A* 9 si *add. Goth* 15 detrimenta *Goth* 16 ulla in parte *Goth:* ullam p . . . . *A,* ullam . . . . . *Goth** 17 magi norunt *Goth:* maginorum *A* 18 fingit∗e *A* quaslibet *Goth:* qualibet *A* 19 uolet *Goth* 20 uiderint *Goth:* uideri *A* humanae *Goth:* hu . . . ne *A* 21 mentiuntur *Goth:* men . . . . *A,* men . . . . *Goth** 22 uerius dixisse *Goth* 23 examinabitur *Goth* 25 cadere *Goth:* ca . . . *A,* . . . . . *Goth*, Hild*,* moueri *Oehlerus*

in isto erratur, melius est ⌊errare⌋ | simpliciter quam ut physici diligenter. sedenim si ad mythic⌊um spec⌋|tes, melius iam in physico mortalitas errat eis diuinitatem ⌊adscriben⌋|do quae super hominem putat situ et ui et magnitudine et diui⌊nitate⌋ | sentiri. quod enim super hominem, credas deo proximum.

7. Ceter⌊um ut ad my⌋|thicum transeamus, quod poetis deputatur, nescio an tantum ⌊par quaerere⌋ | mediocritati nostrae, an tanti de documentis diuinitatis confi⌊rmentur⌋, ‖ ut Mopsus f. 25ᵛ Africanus et Boeotus Amphiaraus. delibanda enim nunc est speci|es ista, cuius suo loco ratio reddetur. interim hos certe homines fuisse | uel eo palam est, quod non constanter deos illos, sed heroas appellatis. |· quid ergo contendimus? si addicenda mortuis diuinitas erat, non | utique talibus. ecce uos, cum eadem licentia praesumptionis sepulchris | regum uestrorum caelum infamatis, nonne probatos quosque iustitia, | ⌊u⌋irtute, pietate et omni bono eiusmodi consecrationis solacio hone|⌊stat⌋is, contenti pro talibus etiam inrideri peierantes, at e contrario impios, | ⌊tur⌋pes etiam pristinis humanae gloriae praemiis aufertis, decreta eorum | ⌊et titu⌋los lancinatis, imagines detrahitis, monetam repercu|⌊titis⌋? ille autem conspector omnium, comprobator, immo | ⌊largi⌋tor bonorum, tantae indulgentiae suae ordinationem uulgo pro|⌊stitu⌋et, et plus diligentiae atque iustitiae hominibus licebit in distribuen|⌊dis diui⌋nitatibus

1 errare *Hild*: . . . . . . A, lacunam non indicat Goth** 2 mythicum spectes *Hild:* mythic . . . . . tes *A,* mythic . . . . tes *Goth*,* myth . . . . tes *Bal*,* mythicu . . . . . tes *Hild*,* mythicos deflectes *Goth* 3 adscribendo *Goth:* . . . . do *A,* adsc . . . . . do *Bal*, Hild** 4 hominem *Goth:* omnem *A* diuinitate *Goth:* diui . . . . . . *A,* di . . . . *Bal*,* diuini . . . . *Hild** 6 cȩterum *A* ut ad mythicum *Goth:* . . . . thicum *A,* . . . . mythicum *Goth*,* ut ad . . thicum *Hild** 7 par quaerere *Oehlerus:* . . . . *A,* . . . . *Goth*,* laborandum *Goth* 8 confirmentur *Oehlerus:* confi . . . . *A,* conf . . . . *Goth*,* confidentes sint *Goth* Mopsus *Goth:* mox *A* 9 Africanus *Goth:* africanos *A* Boeotus Amphiaraus *Goth:* boetus ampharaus *A* nunc *Rig:* non *A* 15 probatos *Goth*: probatis *A* quosquȩ *(quȩ in ras.) A* 17 honestatis *Goth:* one . . . . is *A,* one . . . tis *Bal*, Hild** perierantes *A* 18 turpes *Goth* 19 euertitis *fort.* et titulos *Goth* 20 repercutitis *Goth* 21 largitor *Goth,* tributor *Hild* 22 prostituet *Goth* 23 distribuendis diuinitatibus *Goth*

sapere? mundiores erunt regum et principum comi|⌊tes qu⌋am summi dei? atquin horretis et auersamini uagos, exules, | ⌊paupere⌋s, debiles, sordide natos, inhoneste institutos, contra inces|⌊tos, adu⌋lteros, raptores, parricidas etiam legibus sacratis. riden|⌊dum an i⌋rascendum sit, tales deos credi quales homines esse non debeant? | ⌊sedenim⌋ in isto mythico genere, quod poetae ferunt, quam incerti agitis | ⌊circa⌋ conscientiae pudorem et pudoris defensionem! nam quotiens mise|⌊ra uel⌋ turpia uel atrocia deorum exprobramus, allegatione poeti|⌊cae licent⌋iae ut fabulosa defenditis, quotiens ultro siletur de eius-
f.26 modi ‖ poetica, non modo non horretis, sed insuper honoratis atque in necessariis ar|tibus habetis, denique per hanc initiatricem litteraturae ingenuitatis | studia producitis. criminatores deorum poetas eliminari Plato censuit, | ipsum Homerum sane coronatum ciuitate pellendum. at cum recipia|tis illos et retineatis, cur non credatis talia retexentibus de deis uestris? igitur | si creditis poetis, cur tales deos colitis? si ideo colitis quia non creditis poe|tis, cur laudem mendacibus fertis nec cauetis ne offendatis eos quorum | detractatores honoratis? sane fides a poetis non exigenda. nonn⌊e⌋, | qui dicitis deos post mortem factos, homines confitemini ante mortem? | quid ergo noui, si, qui homines fuerint, humanis aut casibus aut crimi⌊nibus⌋ | aut fabulis polluuntur? non creditis poetis, cum de relationibus eo⌊rum⌋ | etiam sacra quaedam disposueritis? cur rapitur sacerdos Cereris, ⌊si non⌋ | tale Ceres passa est? cur Saturno alieni liberi immolantur, si ille ⌊suis pe⌋|percit? cur Idaeae masculus amputatur, si nullus illi fastidiosi⌊or adu-

1 comites quam *Goth* 3 pauperes *Oehlerus:* . . . . . s *A,* mutilos *Goth* sordide *Goth:* sordidos *A* 4 incestos adulteros *Goth* sacratis *scripsi:* exarendis *A,* exarandis *Goth,* exerendis *Rig,* exornatis *Oehlerus,* exeritis deos *Harnack* 5 ridendum an irascendum *Goth:* riden . . . . . irascendum *Bal*, Hild** 6 sedenim *Goth:* . . . . *A* mythicho *A* 7 circa *Goth* 8 misera uel *Goth* 9 allegatione *Oehlerus:* allegationem *A* 9 poeticae licentiae *Hild*:* poeti . . . . iae *A,* poetices a limine *Goth* 11 non *prius add. Goth* horretis *Rig:* erratis *A* 12 atque *scripsi:* utquę *A* 15 recipiatis *Goth:* ecipiatis *A,* excipiatis *Rig* 19 detrectatores *Goth* 25 si non *Goth* 26 suis pepercit *Goth:* suis . . percit *Hild** 27 ideae *A* fastidiosior adolescens *Goth*

les⌋|cens libidinis frustratae dolore castratus est? cur Hercule⌊um pol⌋|luctum mulieres Lanuuinae non gustant, si non mulierum causam p⌊raeiuit⌋? | mentiuntur sane poetae, sed non ideo, quod talia digesserint ⌊de deis⌋, | homines quando fuerint, nec quod diuinas adscripserint foe⌊ditates⌋ | diuinitatis, cum interim nobis credibilius uisum est deos fuis⌊se, sed⌋ | non tales, quam tales, sed non deos.

8. Superest gentile illud ⌊genus⌋ | inter populos deorum, quos libidine sumptos, non pro n⌊otitia⌋ | ueritatis, docet priuata notitia. deum ego existimo ubiq⌊ue notum⌋, ‖ ubique praesentem, [f. 26v] ubique dominantem, omnibus colendum, omnibus demeren|dum. at enim cum illi quoque, quos totus orbis communiter colit, excidant pro|bationi uerae diuinitatis, quanto magis isti, quos ne ipsi quidem municipes sui | norunt? nam quae idonea auctoritas praecucurrit eiusmodi theologiae | quam etiam fama destituit? quanti sunt qui norint uisu uel auditu Atarga|tim Syrorum, Caelestem Afrorum, Varsutinam Maurorum, Obodan et Dus|⌊a⌋rem Arabum, Belenum Noricum, uel quos Varro ponit: Casiniensium Del|uentinum, Narniensium Visidianum, Atinensium Numiternum, Asculanorum | ⌊An⌋chariam, † et quam praeuerint, Vulsiniensium Nortiam, quorum ne no|⌊min⌋um quidem dignitas humanis cognominibus distat? satis

1 frustrate *A* Herculeum polluctum *Goth* 2 Lanuuinae *Goth:* lanuuie *A* gustant *Goth:* gustat *A* 3 causam *scripsi:* causa *A* praeiuit *Oehlerus:* p . . . . . *A,* prius fuit *Goth,* prohibuit *Hartelius* 4 digesserint *Goth:* gesserint *A* de deis *Goth:* . . . . *A,* uestri dei *Oehlerus,* de istis *Hartelius* quando fuerint *Oehlerus:* quas defuerint *A,* quam defuerint *Goth,* quasi dei fuerint *Hartelius* 5 diuinas ad scribserint *A,* indignas descripserint *Hartelius* foeditates *Oehlerus* diuinitati *fort.* 6 fuisse, sed *Goth:* fuis . . . . *A,* fuis . . . . . *Goth** 8 genus *Goth* 9 notitia *Goth* 10 ego *Goth:* ergo *A* ubique notum *Goth* 12 totus *Goth:* totos *A* 16 uisu uel auditu *Goth:* uisum uel auditum *A* Atargatin *Goth:* et argatim *A* 18 Obodan et *Rig:* obodane *A* 19 Deluentinum *Rig:* dei|*& im *A* Narniensium *Rig:* narnensium *A* 20 Atinensium *Oehlerus:* atheniensium *A,* Aternensium *Goth* Numiternum *Oehlerus:* numertinum *A,* Numentinum *Goth* Asculanorum *Oehlerus:* aesculanorum *A,* Faesulanorum *Reinesius* Anchariam *Goth* 21 quam praeuerint *A,* Quampraeuerim *Goth,* quam Praeuerim *Rig,* quam perceperint *Oehlerus,* quam praeiuerint *fort.* nominum *Goth*

rideo etiam | ⌊de⌋os decuriones cuiusque municipii, quibus honor intra muros suos deter|⌊mina⌋tur. haec libertas adoptandorum deorum quousque profecerit | ⌊Aegy⌋ptiorum superstitiones docent, qui etiam bestias priuatas colunt, | ⌊feles, c⌋orcodillos et Anubem suum. parum est, si etiam hominem consacra|⌊uerunt⌋, illum dico quem non iam Aegyptus aut Graecia, uerum totus orbis | ⌊colit et⌋ Afri iurant, de cuius statu quod conici potest apud nostras litteras, | ⌊ut ue⌋risimile uidetur, positum est. nam Serapis iste quidam olim Io|⌊seph dictus⌋ fuit, de genere sanctorum. iunior inter ceteros fratres, sed excelsior | ⌊ingenio⌋ ab isdem fratribus per liuorem uenum in Aegyptum datus serui|⌊ebat in fami⌋lia regis Aegyptiorum Pharao. a regina minus pudica deside|⌊ratus, sed q⌋uia non obsequebatur, e contrario ab eadem delatus a rege | ⌊in carcerem⌋ datur. f.27 illic somnia quibusdam non perperam interpretatus ‖ uim spiritus sui ostendit. interea rex quoque somniat terribilia quaedam. illi | detractantibus quos conuocauerat ualuit exponere Ioseph, expedimenta de | carcere edocuit, somnium regi aperit: illos boues septem opimissimos dif|fluentem totidem annorum ubertatem significare, posteriores aeque sep|tem enectos subsequentium septem annorum inopiam praedicare. suadet itaque | de recondendis praesidiis in futuram famem de copia

1 deos *Goth:* . . . s *Goth*, Hild**, d . . . s *Bal** 2 determinatur *Goth:* deter . . . atur *Goth*, Hild** 4 feles, crocodilos *Hild:* . . . . orcodrillos *A*, . sp . . . . corcodrillos *Goth**, sp . . . . crocodillos *Rig*, ... corcodrillos *Bal**, *Hild**, ibim corcodrillos *fort.*, et aspidem, crocodilos *Goth*, spiritu, crocodillos *Oehlerus*, sphingia crocodrillos *M. Klussmannus* 5 Anubem *scripsi:* anguem *A* consacrauerunt *Oehlerus:* consecrarunt *Rig* 6 grecia *A* 7 colit et *Goth* Afri *Rig:* afrii *A* quod *Goth:* quid *A* 8 ut uerisimile *Goth* uidetur *Goth:* uideatur *A* 9 Ioseph dictus *Goth:* *io (in ras.)* . . . . *A*, Iosef . . . . . . *Goth** 11 ingenio *Goth:* . . . . *A* liborem *A* 12 datus *Goth:* datur *A* seruiebat in familia *Goth* farao *A sic semper* 13 desideratus, sed quia *Goth* 14 in carcerem *Goth* 15 interpretatus *A* 16 somniat *Oehlerus:* somnia *A* 17 detractantibus *scripsi:* detractis *A*, detractus *Oehlerus*, detractatis *M. Klussmannus* quod conuocatus erat *Oehlerus* uoluit *Goth* 18 iosef *A* experimenta *Oehlerus* 19 diffluentem *scripsi:* defluentes *A*, diffluentes *Oehlerus* 20 enectos *Oehlerus:* ineptos *A*, inertes *fort.* 21 suadet *Oehlerus:* saepe *A*

priore. credidit rex: | exitus rerum et prudentem et sanctum semper et necessarium probau⌞it⌟. | itaque Pharao uniuersae Aegypto et frumentandae et exinde curand⌞ae⌟ | eum praefecit. hunc Serapidem ex suggestu, quo caput eius orn⌞atum⌟, | uocauerunt; cuius suggestus modialis figura frumentationi⌞s eius⌟ | memoriam obsignat, et curam frugum super caput eius fuisse ipsis spi⌞cis⌟, | quibus per ambitum notatur, apparet. propterea et canem, que⌞m apud⌟ | inferos deputant, sub dextera eius dicauerunt, quod sub manu ei⌞us⌟ | compressa cura Aegyptiorum. et Phariam adiungunt, quam filia⌞m regis⌟ | Pharao deriuatio nominis esse demonstrat. nam et tunc Phara⌞o inter⌟| cetera honorum et remunerationum filiam quoque in matrimo⌞nium ei⌟ | dederat. sed quia et feras et homines colere susceperant, ut⌞ramque fa⌟|ciem in unum Anubin contulerunt, in quo naturae condicionis⌞que suae⌟ | potius argumenta uideri posset consecrasse gens rixosa, suis ⌞regibus⌟ | recontrans, in extraneis deiecta, sane et gula et spurcitia ⌞canina⌟ | etiam serui † ipsa.

9. Haec secundum tripertitam dispositionem ⌞Varronis diui⌟|nitatis aut notiora aut insigniora digessimus, ut possit ⌞iam uideri⌟ ‖ satis responsum de physico genere, de poetico, de f.27v gentili. sed quoniam omnis | superstitio non iam philosophorum nec poetarum nec populorum, a quibus | tradita est, sed dominantium Romanorum, a quibus occupata est, a quibus auc|toritatem sibi extruxit, alia iam nobis ineunda est humani

3 egypto *A* 4 serapitem *A* 5 modiali *Goth* frumentationis eius *Goth* 6 obsignat et curam *Goth:* obsignatura *A* 8 apud *Goth:* ei ad *fort.* 9 eius *Goth* compressa cura *Oehlerus:* compressatur *A*, fames *(falso scilicet Goth hoc loco quinque litteras periisse adnotauit)* compressa tum *Goth*, compressatus *Rig*, compressa turba *Hartelius* 10 fariam *A* filiam regis *Goth:* filia . . . . *A* 11 inter *Goth* 14 utramque faciem *Goth* 15 condicionisque suae *Goth* 16 posset *Rig:* posse *A*, possunt *Goth* regibus *Goth* 17 sanie *Hartelius* gulae *fort.* spurcitiae *fort.* canina *Goth:* . . . . *A*, super canes *fort.* 18 serua *Goth* 19 Varronis diuinitatis *Goth:* . . . . nitatis *A* 20 iam uideri *Goth:* . . . . *A*, uideri *fort.*, iam esse *Hartelius* 22 gentili. sed *Oehlerus:* gentibus et *A* superstitio *Goth:* substitutio *A* filosoforum *A* 24 a quibus *ante* auctoritatem *del. Rig*

erroris latitu|do, immo silua caedenda, quae undique conceptis superstitionum seminibus | uitii pueritatem obumbrauit. sed et Romanorum deos Varro trifariam | disposuit in certos, incertos et electos. tantam uanitatem! quid enim erat illis cum in|⌊cer⌋tis, si certos habebant? nisi si Atticos stupores recipere uoluerunt. nam et A|⌊theni⌋s ara est inscripta: ignotis deis. colit ergo quis quod ignorat? tum si certo|⌊s habeb⌋ant, contenti esse debuerunt nec electos desiderare. in quo etiam inreli|⌊giosi d⌋eprehenduntur. si enim dei ut bulbi seliguntur, qui non seliguntur | ⌊repro⌋bi pronuntiantur. nos uero bifariam Romanorum deos recognosci|⌊mus⌋ communes et proprios, id est quos cum omnibus habent et quos | ⌊ipsi⌋ sunt commenti. et numquid hi sunt publici et aduenticii dicti? | ⌊hoc eni⌋m arae docent, aduenticiorum ad fanum Carnae, publicorum in Pa|⌊latio⌋. quia communes dei quam in physico quam in mythico compre|⌊hendan⌋tur, actum est iam de istis. speciebus de propriis dicere | ⌊attin⌋et, de Romanis, stupeamus tertium illud genus hostilium deorum, | ⌊propte⌋rea quod nulla gens alia tantum sibi superstitionis inuenerit. | ⌊ceteros in⌋ duas species dirigimus, alios de hominibus assumptos, alios men|⌊te con⌋ceptos. igitur quoniam idem illis color suppetit consecrationis mor|⌊tu⌋orum, tamquam ob merita uitae, eandem et nos responf. 28 sionem opponamus || necesse est, neminem ex his quoque tanti

6] cf. Act. Apost. 17, 23. 9] cf. August. de ciu. dei 7, 1.

1 cedenda *A* 2 uitii pueritatem *Rig:* uitiis pueritatem *A,* uitiis puritatem *Goth,* initii paruitatem *fort.* 3 trifariam *Goth:* bifariam *A* in certos *add. Goth* 5 Atticos stupores *Rig:* attico stupori *A,* attico stupore *Goth* 7 certos habebant *Goth* 9 bulbi seliguntur *Goth:* uultis eliguntur *A* 10 reprobi *Rig:* improbi *Goth* 12 ipsi *Goth* 13 nunc quidem *Hartelius* hoc enim *Goth,* si quidem *Ambroschius,* haec nomina *fort.* 14 carne *A* 15 Palatio *Goth* quia *scripsi:* quare *A,* quare cum *Goth* *prius* in *add. Oehlerus* 16 comprehendantur *Goth* 17 attinet *Goth:* . . . . . . et *A,* iam libet *Oehlerus,* placet et *Hartelius* De Romanis stupeamus *uulgo* 18 propterea *Hild:* . . . . eeo *A,* . . . . . erco *Hild*,* . . . . se? eo *Goth*,* . . . . . . e eo *Rig,* nexuisse, eo *Goth,* habere eo *fort.,* necesse est eo *Hartelius* 19 ceteros in *Goth:* . . . . *A,* igitur in *Hild* 20 mente conceptos *scripsi:* m̃ | . . . ceptos *A,* inde conceptos *Goth,* modo alio conceptos *Oehlerus*

fuisse. patrem diligentem Aenean credi derunt, militem numquam gloriosum, lapide debilitatum. quod telum | quantum uolgare atque caninum, tanto ignobile uolnus! sed et proditor | patriae Aeneas inuenitur, tam Aeneas quam Antenor. ac si hoc uerum nolunt, | Aeneas certe patria flagrante dereliquit socios, feminae Punicae subici endus, quae maritum Hasdrubalem Aeneae timiditate supplicantem | hosti non comitata raptis secum filiis formam et patrem sibi habere non | in fugam sapit, sed in ignes ardentis Carthaginis ut in amplexus patria⌊e⌋ | pereuntis incubuit. pius Aeneas ob unicum puerum et decrepitum senem | Priamo et Astyanacte destitutis? atquin Romanis magis detestan⌊dus⌋, | qui pro salute principum et domus eorum aduersus liberos et coniuges et ⌊omne⌋ | pignus suum deierant. consecrant filium Veneris, et hoc Volcanus scien⌊s pa⌋titur et Iuno concedit. filii si pietate parentum in caelo sedent, cur non poti⌊us⌋ | Argiui iuuenes dei habiti, quod matrem, ne in sacris piaculum committer⌊et⌋, | plus quam humano more iugales prouexerunt? cur non magis dea, qu⌊ae⌋ | magis pia, illa filia patris in carcere fame defecti uberibus suis educ⌊atrix⌋? | quid aliud Aeneae gloriosum, nisi quod proelio Laurentino nusq⌊uam⌋ | comparuit? rursus forsitan solito more quasi desertor e pr⌊oelio⌋ | fugerit. Romulus aeque post mortem deus. si quia urbem condidit, ⌊cur non⌋ | alii usque in feminas urbium auctores? sane Romulus et fratrem ⌊inter⌋|fecit et alienas uirgines dolo rapuit. ideo deus, ideo Quirinus ⌊est, quia⌋ | tunc parentibus quiritatum est per illum. quid Stercu⌊linus⌋ || ⌊meruit⌋ ad diuinitatem? si agros stercoribus f. 28v
iuuando diligens fuit, plus fimi | ⌊Au⌋gias conferebat. si Faunus

1 aeneã *A* 4 quª *A* 5 aenea *A* flagrante *Goth:* fraglante *A* dereliquid *A* 7 timiditate *Goth:* timiditatẽ his *A,* timiditate miti *Oehlerus* comitata *Goth:* comitatu *A* 8 patriam *fort.* 9 sapiit *fort.* ardentis *Rig:* ardentes *A* 13 omne *Goth:* o . . . . *Goth** 14 consecrant *Oehlerus:* consecrat *A* 15 sciens patitur *Goth* filii si pietate *Oehlerus:* sibisepte *A,* sibi sede *Goth,* si ueredi *Rig* parem *Goth* 17 piaculum *Goth:* piculum *A* commiter . . *A* 20 educatrix *Goth* 22 desertor e *Goth:* desertorę *A* 23 condidit? cur non *Oehlerus:* condidit; et *Goth* 26 est, quia *Goth* quiritatum *Goth:* queritatum *A* 27 Sterculinus *Goth:* Sterculus *Rig* meruit *Goth* 28 Augias *Rig:* . . geas *A,* Augeas *Goth*

Pici filius in ius agitabatur mente ictus, curari eum | magis quam consecrari decebat. si Fauni filia pudicitia praecellebat, ut | ne conuersaretur quidem inter uiros aut barbaria aut conscientia defor|mitatis aut rubore insaniae paternae, quanto dignior bona Dea Pene|lopa, quae inter tot uilissimos amatores diuersata obsessam castitatem | tenere protexit? est et Sanctus propter hospitalitatem a rege Plotio fanum | consecutus: potuit et Vlixes de humanissimo Alcinoo unum amplius deum | uobis contulisse.

10. Ad foediora festino. non puduit auctores uestros de Laren|⌊tin⌋a palam facere. scortum haec meritorium fuit, siue dum Romuli nutrix | ⌊et id⌋eo lupa quia scortum, siue dum Herculis amica est, et iam mortui Her|⌊culi⌋s id est iam dei. nam ferunt aedituum eius solum forte in aede calculis lu|⌊den⌋tem ut sibi conlusorem, quem non habebat, repraesentaret, una manu | ⌊Her⌋culis nomine, alia ex sua persona lusum inisse, si ipse uicisset, cenulam | ⌊et sc⌋ortulum ex stipibus Herculis sumeret, si uero Hercules, id est manus al|⌊tera⌋, eadem Herculi exhiberet. uicit manus Herculis. id quoque potuit | ⌊duod⌋ecim titulis eius adscribi. aedituus cenam Herculi dependit, | ⌊scortu⌋m Larentinam conducit; cenat ignis, qui soluit ipsius Herculis co|⌊rpus, et om⌋nia ara consumpsit. Larentina in aede sola dormit: | ⌊mulier⌋ de lenonio ludo iactitat se somniis Herculi functam, et po|⌊tuit, dum⌋ animo contemplatur, somnio pati. eam de aede progredi|⌊entem⌋ mane primo quidam f.29 adulescens, Tarutius, alter quod aiunt ‖ Hercules, concupiscit, ad se ⌊inuitat. illa obsequitur, memor commodo fore⌋ | id dictum

4 ruborae *A* 6 tenere] sempiterne *fort.*, uno tenore *Hartelius* 7 e*t *A* 8 Alcinoo *Goth:* alcinio *A* 10 Larentina *Goth* meritorium *Rig:* meritorum *A* 11 et ideo *Goth* 13 edituum *A* aede *Goth:* ae *A* ludentem *Goth* 14 conlusorem *Goth:* conclusorem *A* 16 et scortulum *Goth:* et . . . rtulum *Goth** stipibus *Oehlerus:* stipitibus *A* 17 altera *Goth* 19 duodecim *Goth* caenam *A* 20 scortum *Goth* quia *Goth* soluit *Oehlerus:* sol& *A,* Sol et *Goth* 21 corpus, et omnia *Oehlerus:* co . . . . nia *A,* co . . . . mnia *Goth**, comes. omnia *Goth* 22 mulier *Goth:* et mulier *Oehlerus* 23 Herculi *Rig:* herculis *A* potuit, dum *Goth* 24 progredientem *Goth* 25 Tarutius, alter *Zielinski (Quaest. com. p. 83):* tertius *A,* alter iste *fort.* 26 *sq.* inuitat. illa obsequitur memor commodo fore *Oehlerus:* compellat: Larentia obsequitur, nempe *Goth*

sibi ab Hercule, utique i⌊mpetrat, ut legitimo conubio commis⌋|ceantur (non enim impune licui⌊t cum dei scorto rem habuisse); coniux here⌋|dem quoque scribit. mox illa prop⌊e mortem populo Romano legauit quem⌋ | per Herculem fuerat insecuta agrum ⌊satis amplum. hinc quaesiuit⌋ | diuinitatem et filiabus suis, quas et ipsas he⌊redes instituere debuit⌋ | diuina Larentina. Romanorum numina digni⌊tate eius aucta. nempe so⌋|la de tot uxoribus Herculis cara, sola enim diues, ⌊longeque adeo felici⌋|or Cerere, quae mortuo placuit. tot exemplis et u⌊otis totius populi⌋ | quis non deus affirmari potuit? quis denique Antinoo contro⌊uersiam diuini⌋|tatis agitauit? quo decorior Ganymedes aut carior suo amator⌊i? patet⌋ | apud uos mortuis caelum, uia ab inferis ad astra subigitis pass⌊im: ita scor⌋|ta ascendunt, ne multum putetis uos praestare regibus uestris.

11. Ne⌊c Romani⌋ | contenti eos deos asseuerare qui uisi retro, auditi contrectatique sunt, ⌊quorum⌋ | effigies descriptae, negotia digesta, memoriae propagatae, umbr⌊as ali⌋|quas incorporales, inanimales et nomina de rebus efflagitant ⌊deosque⌋ | sanciunt diuidentes omnem statum hominis singulis potesta⌊tibus ab

1 impetrat, ut legitimo connubio *Oehlerus:* et legitimo connubio *Goth* commisceantur *Oehlerus:* centaur *A,* commiscentur *Goth* 2 licuit cum dei scorto rem habuisse; coniux heredem *Oehlerus:* licuisset lupari. inde Larentinam et heredem *Goth* 3 prope mortem populo Romano legauit quem *Oehlerus:* prope mortem populo Romano reliquit quae *Goth* 4 herculaem *A* 5 satis amplum. hinc quaesiuit *Oehlerus:* Turacem, Semurium, Lutirium, Solinium. hinc quaesiuit *Goth* 6 heredes instituere debuit *Goth* 7 dignitate eius aucta. nempe sola *Goth* 8 longeque adeo felicior *Goth* 10 uotis totius populi *Goth:* nominibus apud uos *Oehlerus* 11 controuersiam diuinitatis *Goth* quo *Oehlerus:* quod *A* 12 ganimedes *A corr.* patet *Hauercampius:* igitur *Goth* 13 mortuis] scortis *fort.* caelum. uiam *uulgo* uia *scripsi:* uiam *A* subigitur *Hauercampius* astra subigitis. passim *uulgo* passim: ita scorta *scripsi:* pass . . . . . . ta *A,* passim alii ita *Goth,* passim ita catamiti *Hauercampius,* passim scorta *Oehlerus* 16 nec Romani *Goth:* nec estis *Hildebrandius,* nec . . . . . *Hild**, non *Goth** 17 quorum *Goth* 18 memoriae *scripsi:* memoria *A* propagatae *scripsi:* propagate *A,* propagata *Goth* umbras aliquas *Goth:* umbras nescio quas *Rig* 19 numina *Goth* effigurant *fort.* deosque *Goth:* caelo et *Oehlerus* 20 potestatibus ab ipso *Goth*

ip⌋|so quidem uteri conceptu, ut sit deus Conseuius quidam, qui con⌊satio⌋|nibus concubitalibus praesit, et Fluuionia, quae infantem in uter⌊o nutriat⌋, | hinc Vitumnus et Sentinus, per quem uiuiscat infans et sentia⌊t primum⌋, | dehinc Diespiter, qui puerperam perducat ad partum. cum pri⌊mum pariebant⌋, | et Candelifera, quoniam ad candelae lumina pariebant, et quae f. 29v ⌊aliae deae sunt⌋ ‖ ⌊ab officiis part⌋us dictae. peruerse nato | ⌊partu Postuertae, recte ue⌋ro Prosae Carmentis esse prouin|⌊ciam uoluerunt. deus est dictus⌋ et ab effatu Farinus et alius a lo|⌊quendo Locutius. adest oculum gra⌋uem ad cauendum sumministrat|⌊que quietem Cunina. est educat⌋rix et Leuana et una Runcina. mirum | ⌊infantum sordibus eluendis deos⌋ non esse prouisos. exinde et primi cibi sumen|⌊di potionisque capiendae⌋ Potina et Edula, et statuendi infantis Sta|⌊tina. adeundi Adeona, ab abeun⌋do Abeona est. Domiducam et habent, et deam | ⌊Mentem, quae faciat mentem bonam aequ⌋e et malam, item uoluntatis Volumnum Voletam|⌊que. habent et Paue⌋ntinam pauoris, spei Veniliam, uoluptatis Volupiam, | ⌊praestan⌋tiae Praestitiam, aeque ab actu Peragenorem, a con-

2 consationibus *Goth* 3 nutriat *Merkelius:* retinebat *Goth*, retineat *Oehlerus* 4 primum *Goth* 5 puerperam *scripsi:* puerum *A* primum pariebant *Goth* 7 aliae deae sunt ab officiis partus *Oehlerus:* alias parturientium praeesse nixibus *Goth* peruersae *A* nato partu Postuertae, recto Varro *(immo* uero*) Goth:* natos adiuuandi Postuertae, recte natos *Oehlerus* 8 prose *A* prouinciam uoluerunt. deus est dictus *Oehlerus:* prouinciam quoque scribit *Goth* 9 alius *scripsi:* aliis *A*, Aius *Hartelius* 10 loquendo Locutius. adest oculum grauem *Oehlerus:* loquendo Locutius: sed et Veiouem *Goth*, adest luem ad cauendam *fort.* 11 sumministratque quietem Cunina. est educatrix *Oehlerus:* sumministrat. est et Cunina cunarum tutrix *Goth* Leuana *Goth:* albana *A* 12 Runcina *scripsi:* runcinia *A*, Rumina *Goth* infantum sordibus eluendis deos *Goth* 13 sumendi potionisque capiendae *Oehlerus:* sumendi et potionis ministrandae *Goth* 14 Statina. adeundi Adeona, ab abeundo *Oehlerus:* Statilina, ab adeundo et abeundo Adeona et *Goth* 15 est *Oehlerus:* et *A* 16 et *Oehlerus:* ee *A, del. Goth* Mentem, quae faciat mentem bonam aeque *Oehlerus:* et bonam Mentem bonae, malae *Goth* 17 Voletamque. habent et Pauentinam *Oehlerus:* Voletam; habent et Pauentinam *Goth* 18 spei Veniliam *Goth*: speiue·neleiam *A* 19 praestantiae *Goth* prestitiam *A* eque *A*

siliis Consum. | ⌞Iu⌟uenta nouorum togatorum, uirorum iam Fortuna Barbata. | ⌞si de⌟ nuptialibus disseram, Afferenda est ab afferendis dotibus. ordinati | ⌞** pro pu⌟dor! et Mutunus et Tutunus et dea Pertunda et Subigus et Prema mater. | ⌞iam⌟ parcite dei impudentes! luctantibus sponsis nemo interuenit. | ⌞ipsi⌟, quorum uotum est, foris gaudentes erubescunt.

12. Et quonam usque deos | ⌞edam⌟, quia disserendum quales deos receperitis? quantum uobis erubes|⌞cendum⌟? rideam uanitatem an exprobrem caecitatem, est admodum | ⌞incertum⌟. nam quot deos et quos utique producam? maiores an et mi|⌞nores? uet⌟eres an et nouicios? mares an et feminas? caelibes an et le|⌞cto iunctos⌟? artifices an et inertes? rusticos an et urbanos? ciues an et pe|⌞regrinos⌟? tot enim familiae, tot nationes census bona fide quaerunt, || ut dispici et distingui f.30 describique non possint. at quanto diffusa res est, tanto | substringenda nobis erit, et ideo, qui in ista specie unum tuemur propositum demonstrandi | illos omnes homines fuisse (non quidem ut cognoscatis, | nam quasi obliti agitis), conpendium ab ipsa dispiciendi ratione sumamus, | originem generis illorum retractando. origo enim una totius posteritatis. | ea origo deorum uestrorum Saturno, ut opinor, signatur. neque enim si Var⌞ro⌟ | antiquissimos deos Iouem, Iunonem et Mineruam refert, nobis excidi⌞sse⌟ | debet omnem patrem filiis

1 Iuuenta *Oehlerus:* . . uentam *A,* Iuuentam *Goth* uirorum *Goth:* uiuorum *A* 2 si de *Oehlerus:* et de *Goth* 3 dotibus *Goth:* totibus *A* ordinati *scripsi:* ordinata *A* *lacunam signaui: intercidit aliorum deorum nuptialium mentio* proh pudor *Goth:* . . . . dor *A,* sed sunt proh pudor *Oehlerus* 4 dea Pertunda *Rig:* &deuertundȩ *A,* et Deuertunda *Goth* Prema mater *scripsi:* praemat̃ *A,* Prema *Goth* iam *scripsi:* . . . . *A,* dea et Perfica *Oehlerus,* humano pudori *Hauercampius* 5 luctantibus *Goth:* luptantibus *A* interueniat *Goth* 6 ipsi *Oehlerus,* nisi *Goth* 7 quonam *Goth:* q̃m *A* edam *Oehlerus:* . . . . . *A,* recensemus *Goth,* dicam *fort.* 8 erubescendum *Goth* 9 incertum *Goth* 10 minores? ueteres *Goth* 12 lecto iunctos *Oehlerus:* legibus iunctos *Goth* 13 peregrinos *Goth* 15 at *Oehlerus:* ut *A* 16 substrigenda *A* 18 cognoscatis ⟨sed ut recognoscatis⟩ *M. Klussmannus* obliti *Oehlerus:* oblita *A* conpendium *Oehlerus:* conpendio *A (et Klussmannus)* 19 ratione sumamus *Oehlerus:* rationẽ summã *A,* ratione ⟨recedamus⟩, summam *M. Klussmannus* 20 una *addidi* 23 excidisse *Goth*

antiquiorem, tam Saturnum Ioue qua⌊m Cae⌋|lum Saturno; de Caelo enim et Terra Saturnus. et tamen Caeli et Terr⌊ae⌋ | originem omitto. erant undeunde, caelibes diu et orbi, antequam mariti et ⌊pa⌋|rentes. longo scilicet aeuo crescendum illis fuit ad tantam procer⌊itatem⌋. | denique simul coepit et Caelo uox insolescere et ubera Terrae lapillis⌊cere⌋; | faciunt nuptias inter se. credo, aut Caelum descendit ad sponsam, a⌊ut Terra⌋ | ascendit ad sponsum. concepit tamen Terra de Caelo et peper⌊it il⌋|la θεὸς ἀθέως Saturnum, mira ratione. neutri parentum similis. sed et ⌊pepere⌋|rit, certe ante Saturnum neminem procreauerunt nec nisi unam post⌊ea⌋ | Opem; exinde de subole cessatum est. nam Saturnus quidem Caelu⌊m castra⌋|uit dormientem. legimus Caelum genere masculino. ceterum ⌊quomodo⌋ | pater nisi masculinus? sed et unde castrandum? falx illi. hoc s⌊cilicet aeuo⌋? | nondum enim Vulcanus artifex ferri. Terra uero orbata ⌊distulit⌋, | etsi adhuc iuuenili aetate, alii nubere. sed nec habebat Cael⌊um alium. quid⌋ | tamen, nisi illam Mare amplectitur? sed olet salsu-
f. 30ᵛ ginem; ⌊dulcibus est⌋ ‖ aquis assueta. ita Saturnus unicus masculus Caeli atque Terrae. sed ipse pu|bescens sorori suae iungitur. nondum leges quae incesta prohiberent | nec quae parricidium plecterent. itaque filios uirili sexu deuorabat; | melius ipse quam lupi, si exponeret. timebat scilicet, ne quis illorum de | paterna falce didicisset. nato mox et abalienato Ioue saxum infantis ementiti | ⌊de⌋glutiuit. hoc ingenio diu

1 quam Caelum *Goth* 2 *enim *A* 3 undeunde *Oehlerus:* unde *A* 5 proceritatem *Goth* 6 lapilliscere *Goth* 8 aut Terra *Rig:* aut sponsa *Goth* concaepit *A* 9 peperit illa θεὸς ἀθέως *scripsi:* peper . . . . lathos athos *A,* peperit illa Athos: Athos *Goth,* peperit illa acto anno *Oehlerus,* peperit illa ἄθεος ἀθέῳ *Hartelius* ratione. neutri *scripsi:* ratione utri *A,* satio neutri *Hartelius* 10 pepererit *Goth:* peperit *Rig,* utut peperit *fort.* 11 nec *add. Oehlerus* postea *Goth* 12 Caelum castrauit *Goth* 14 quomodo *Goth* 15 falx *Goth:* fax *A* scilicet aeuo *Oehlerus:* . . l . . . . . *Goth*,* scin . . . . *Hild*,* sed unde *Goth* 16 uiro *Hartelius* distulit *Goth* 17 Caelum alium. quid *Oehlerus:* Caelum alium *Goth,* Caelum alium. cui *fort.* 19 dulcibus est *Oehlerus:* marinis *Goth,* caeli est *fort.* 20 sorori *Goth:* sororis *A* 21 incesta *Goth:* ingesta *A* 25 infantem ementitum *fort.*

f.72v si e⌞nim anima⌟ | aut diuina aut a deo data est, sine dubio datorem suum nouit, et si nouit, utique et timet, et tantum postremo adauctorem. an non timet quem magis propitium uelit quam iratum? unde igitur naturalis timor animae in deum, si deus non nouit irasci? quomodo time⌞tur⌟ qui nescit offendi? quid timetur, nisi ira? unde ira, nisi ⌞ex anim⌟aduersione? unde animaduersio, nisi de iudicio? un⌞de iudici⌟um, nisi de potestate? cuius potestas summa, nisi dei solius? ⌞hinc ergo⌟ tibi, anima, de conscientia suppetit domi ac foris nullo ⌞irridente⌟ uel prohibente praedicare, deus uidet omnia, et deo ⌞commendo⌟, et deus reddet, et deus inter nos iudicabit. unde tibi hoc ⌞non Christian⌟ae? atque adeo plerumque et uitta Cereris redimita, et pallio Sa⌟turni coccinata, et deae Isidis linteata, in ipsis deni⌞que tem⌟plis deum iudicem imploras. sub Aesculapio stas, Iu⌞nonem in⌟ aere exornas, Mineruam † calcias furuis galeam formis, ⌞et nemin⌟em de praesentibus deis contestaris. in tuo foro aliunde ⌞iudicem⌟ appellas, in tuis templis alium deum pateris. o testimo⌞nium uerit⌟atis, quae apud ipsa daemonia te testem efficit Christiano⌞rum!

3. Enimu⌟ero cum daemonia affirmamus esse, sane, quasi non ⌞et probemu⌟s, qui ea solis de corporibus exigimus, aliqui Chry⌞sippi adsent⌟ator inludit. ea et esse et abominationem sustine⌞re execrat⌟iones tuae respondent. daemonium uocas hominem ⌞aut immundi⌟tia aut malitia aut insolentia aut qua-
f.73 cumque | macula quam nos daemoniis deputamus ad necessi-

2 non nouit *AB*, non *del. Gel* ut tantum *B* 3 auctorem *B*, ad auctorem *(i. e. cum auctor tantus sit) Hartelius* et quem *AB*, et *del. Gel* 5 nouit] uult *A* offendit *A* 7 de dei *AB*, dei *del. Rig* iuditio *A* 12 hoc tibi *B* Christiane *B* adeo *Rig:* ad eum *B*, dō & *A*, id *Gel* 13 redemita *A* coccinata *Bmg*, concinnata *AB* et stola *fort.* linteata *Bmg*, lintiata *AB* 15 stas *Oehlerus:* stans *AB* exornas *Bmg*, exoras *AB*, exorans *Gel*, exaurans *Rig* Mineruae *Pam, Hartelius* calceans *Pam*, chalceam *(sc.* exornas*) Hartelius* 16 furuis *Pam:* furnis *AB*, Martis *uel* Quirini *fort.* formas *fort.* 19 te testem *Iun*: testem *AB* 20 cum *ABmg*, cur *B* demonia *A* esse? *Gel* sane] anne *Lat* 21 solis de *scripsi:* soli de *A*, solide *B*, solida e *Bmg* exigimus? *Gel* 22 adsentatori *Bmg* ea et esse et *Gel:* ea et esse se et *B*, et esse se et *A*, et esse et *Rig* 23 execrationis *A* demonium *A* 25 aut ad *AB*, aut *del Oehlerus*

tatem od⌊ii⌋ inportunum. Satanan denique in omni uexatione et aspernati⌊o⌋ne et detestatione pronuntias, quem nos dicimus malitiae angelum, totius erroris artificem, totius saeculi interpolatorem, per quem homo a p⌊ri⌋mordio circumuentus, ut praeceptum dei excederet, et propter⌊ea in⌋ mortem datus exinde totum genus de suo semine infectum ⌊suae⌋ etiam damnationis traducem fecit. sentis igitur perdi⌊torem tuum⌋, et licet soli illum nouerint Christiani uel quaecumque apud d⌊ominum secta⌋, et tu tamen eum nosti, dum odisti.

4. Iam nunc quod ad n⌊ecessario⌋rem sententiam tuam spectet, quantum et ad ipsum st⌊atum tuum⌋ tendit, adfirmamus te manere post uitae dispunc⌊tionem et⌋ expectare diem iudicii proque meritis aut crucia⌊tui destina⌋ri aut refrigerio, utroque sempiterno; quibus sust⌊inendis⌋ necessario tibi substantiam pristinam eiusdemque ho⌊minis mate⌋riam et memoriam reuersuram, quod et nihil mali ac bo⌊ni sentire⌋ possis sine carnis passionalis facultate, et nulla rat⌊io sit iudi⌋cii sine ipsius exhibitione qui meruit iudicii passio⌊nem. ea⌋ opinio Christiana etsi honestior multo Pythagorica ⌊quae te non⌋ in bestias transfert, etsi plenior Platonica, quae ⌊tibi etiam do⌋tem corporis reddit, etsi Epicurea grauior, quae ⌊te ab interi⌋tu defendit, tamen propter suum nomen soli uanitati et ⌊stupori et⌋, ut dicitur, praesumptioni deputatur. sed non e⌊rubescimus⌋, | si te- f. 73v cum erit nostra praesumptio. primo enim, cum alicuius defuncti recordaris, misellum uocas eum, non utique ut de bono uitae ereptum, sed ut poenae et iudicio iam adscriptum. ceterum alias securos uocas defunctos. profiteris et uitae incommodum et mortis ⌊ben⌋eficium. uocas porro securos, si quando extra portam cum ob⌊soniis⌋ et matteis tibi potius parentans ad busta recedis aut ⌊a bustis d⌋ilutior redis. at ego sobriam

1 odii oportunam *B*, odiis oportunum *Iun* 2 auersatione *Bmg* et detestatione *om. A* 8 nouerunt *A corr.* apud] capit *Iun*, sapit *Ciacconius* 10 necessariorum *Iun* 11 in quantum *Iun* 19 pit^{h}agorica *A* 21 epicura eagrauior *A* gratior *Bmg* 22 propter nomen solum *Lat* 23 praesump*tioni *A* 25 non utique ut *scripsi:* non utique quod *AB*, non uti *Lat* 26 dereptum *Lat* poene *A* iuditio *A* 27 seros *A* 28 quãndo *A* 29 mattaeis *B*, mattyis *Iun* 30 recedis] cedis *Lipsius*

tuam sententiam exigo. mi⌊sellos uocas⌋ mortuos, cum de tuo loqueris, cum ab eis longe ⌊es. nam in con⌋uiuio eorum quasi praesentibus et conrecumbenti⌊bus sortem su⌋am exprobrare non possis. debes adulari propter ⌊quos laetius⌋ uiuis. misellum ergo uocas qui nihil sentit? quid, ⌊quod út⌋ sentienti maledicis, cuius memoriam cum alicuius ⌊offensae m⌋orsu facis? terram grauem inprecaris et cineri pe⌊nes infer⌋os tormentum. aeque ex bona parte cui gratiam de⌊bes, ossi⌋bus et cineribus eius refrigerium comprecaris et ut ⌊bene re⌋quiescat apud inferos cupis. si nihil passionis est tibi ⌊post mortem⌋, si nulla sensus perseuerantia, si denique nihil es ⌊ipsa u⌋bi corpus reliquisti, cur mentiris in te, quasi ali⌊quid ultra⌋ pati possis? immo cur in totum times mortem, si nihil ⌊est tibi tim⌋endum post mortem, quia nec experiundum post mor⌊tem. nam etsi dic⌋i potest ideo mortem timeri non ut ultra quid minan⌊tem, sed ut comm⌋odum uitae amputantem, atquin cum et incom- f. 74 mo|da longe plura uitae pariter excedas, lucratione grauioris partis metum diluis nec iam timenda est amissio bonorum, quae altero bono id est incommodorum pace pensatur. non est timendum quod nos liberat ab omni timendo. si times uita decedere, quia optimam nosti, certe mortem timere non debes, quam mal⌊am⌋ nescis. at cum times, scis malam. non scires autem malam, ⌊quam⌋ nec timeres, si non scires aliquid esse post mortem quo⌊d eam ma⌋lam faciat, ut timeas. omittamus nunc naturalem ⌊formam timen⌋di mortem. nemo timeat quod euadere non potest. ⌊ex alte⌋ra parte congredior laetioris spei post mortem. n⌊am omnibus⌋ fere ingenita est famae

1 sentiam *A* 2 est *B* eorum] cum *Lat* 3 conrecunbentibus *A* 4 quos laetius *Lat:* quod laetius *B,* quos lautius *Rig* 5 *sqq.* quid, cum . . . facis, terram *c. q. s. Lat* 6 si cuius *Iun* 7 tormentum *Gel:* stramentum *AB* 9 compraecaris *A* 11 es *Gel:* est *AB* 13 si *om. A* mortem, si nihil es? tibi — experiundum *c. q. s. Semlerus* 14 quia *scripsi:* qua *AB* 15 dicere *B* dicere potes *Gel* ut ultra quid *scripsi:* ultra quid *AB,* ut aliquid *Gel* 17 excedas, lucratione *scripsi:* excedant. lucratione *A,* excedant et lucratione *B,* excedas et lucratione *Gel,* excedas, ea lucratione *Iun,* excidant, lucratione *Oehlerus* 18 diluis *Gel:* diluit *AB* ne *A* 23 quam *scripsi:* quia *B* 26 laetiores *B*

post mortem cupido. longum ⌊est rete⌋xere Curtios et Regulos uel Graecos uiros, quorum innu⌊merabi⌋lia elogia sunt contemptae mortis propter postumam fam⌊am. quis⌋ non hodie memoriae post mortem frequentandae ita ⌊studet⌋, ut uel litteraturae operibus uel simplici laude morum ⌊uel ipsorum⌋ sepulcrorum ambitione nomen suum seruet? unde ani⌊mae hodie af⌋fectare aliquid quod uelit post mortem et tantoper⌊e praepa⌋rare quae sit usura post obitum? nihil utique de poste⌊ro curaret⌋, si nihil de postero sciret. sed forsitan de sensu post e⌊xcessum⌋ tui certior sis quam de resurrectione quandoq⌊ue, cuius nos⌋ praesumptores denotamur. atquin hoc quoqu⌊e ab anima⌋ praedicatur. nam si de aliquo iam pridem defun⌊cto tanquam⌋ | de uiuo quis requirat, prae manu occurrit dicere, f. 74v *Abiit iam et reuerti debet.*

5. Haec testimonia animae quanto uera, tanto simplicia, quanto simplicia, tanto uulgaria, quanto uulgaria, tanto communia, quanto communia, tanto naturalia, quan⌊to⌋ naturalia, tanto diuina. non puto cuiquam friuola et ridicula uideri posse, si recogitet naturae maiestatem, ex qua cen⌊setur auct⌋oritas animae. quantum dederis magistrae, tantum ⌊adiudi⌋cabis discipulae. magistra natura, anima discipula. ⌊quicq⌋uid aut illa edocuit aut ista perdidicit, a deo tra⌊ditum est, ma⌋gistro scilicet ipsius magistrae. quid anima pos⌊sit de princi⌋pali institutore praesumere, in te est aestimare ⌊de ea quae in⌋ te est. senti illam quae ut sentias efficit. recogita ⌊in praesagii⌋s uatem, in ominibus augurem, in euentibus pros⌊picem. mi⌋rum, si a deo data homini nouit diuinare? tam mirum, ⌊si eum⌋, a quo data est, nouit. etiam circumuenta ab aduersario ⌊memini⌋t sui auc-

2 uel *B*, et *A* grecos *A* innumerabilia elogia *Oehlerus:* innum . . . . . liae logia *A*, innumera elogia *B* 4 ista *(A?)B* ut uel *A*, uel ut *B* 6 anima *B* 7 adfectaret *B* praepararet *Gel* 8 quae sit usura *Rig:* quaesitura *ABmg*, quo sit usura *B* 9 curaret *Rig:* sciret *B* 10 certior sis *A*, certioris *B*, certior es *Gel* 13 de *om. B* 14 abiit *Gel:* habet *AB* 18 putem *B* friuola et ridicula *Hild:* friuolae tridi . . . . *A*, friuolam et frigidum *B*, friuola et frigida *Oehlerus* 21 animad *A corr.* docuit *A* 25 hominibus *A* 26 euntibus *A* 27 homini nouit *Gel:* nouit homini *AB* 28 *interrogationis signum post* nouit *sustuli*

toris et bonitatis et decreti eius et exitus sui ⌊et aduersa⌋rii ipsius. sic mirum, si a deo data eadem canit quae ⌊deus suis de⌋dit nosse? sed qui eiusmodi eruptiones animae non ⌊putauit do⌋ctrinam esse naturae et congenitae et ingenitae ⌊conscienti⌋ae tacita commissa, dicet potius diuentilatis in uul⌊gus opini⌋onibus publicatarum litterarum usum iam et quasi ui⌊tium f. 75 corrobor⌋atum taliter sermocinandi. certe prior anima | quam littera et prior sermo quam liber et prior sensus quam stilus et prior homo ipse quam philosophus et poeta. numquid ergo credendum est ante litteraturam et diuulgationem eius mut⌊os⌋ ab huiusmodi pronuntiationibus homines uixisse? nemo deum et bonitatem eius, nemo mortem, nemo inferos loquebatur? ⌊men⌋dicabat sermo, opinor, immo nec ullus esse poterat, ce⌊ssanti⌋bus etiam tunc sine quibus etiam hodie beatior et ⌊locupletior⌋ et prudentior esse non potest, si ea, quae tam facilia, tam ⌊assidua⌋, tam proxima hodie sunt, in ipsis quodammodo labiis pa⌊rta, retro⌋ non fuerunt, antequam litterae in saeculo germinassent, antequam Mercurius, opinor, natus fuis⌊set. et un⌋de, oro, ipsis litteris contigit nosse et in usum loquell⌊ae dissemi⌋nare quae nulla umquam mens conceperat aut lin⌊gua protu⌋lerat aut auris exceperat? at enim cum diuinae scri⌊pturae⌋, quae penes nos uel Iudaeos sunt, in quorum oleastro insi⌊ti su⌋mus, multo saecularibus litteris, quarum uel modica tan⌊tum aetate⌋ aliqua, antecedant, ut loco suo edocuimus ad fid⌊em earum⌋ demonstrandam, et si haec eloquia de litteris usurp⌊auit ani⌋ma, utique de nostris credendum erit, non de uestr⌊is, quia poti⌋ora sunt ad instruendam animam priora quam post⌊era, quae⌋ et ipsa a prioribus instrui sustinebant, cum, etsi de ⌊uestris ins⌋tructam concedamus, ad originem tamen

1 *ultimum* et *om. B, fuit in A* 4 et *prius del. Rig* 5 tacite commissam *Urs* de uentilatis *Gel* 6 publicatum *Iun* 7 sermonandi *A* 9 phylosophus *A* 10 multos *B* 11 ab huiusmodi] absque *Gel* 14 etiam hodie *A*, hodie iam *B* 15 prouidentior *Bmg* esse *om. A* 17 parat *B* fuerint *A* antequam litterae in saeculo germinassent *om. A* 19 oro *Oehlerus:* ordo *AB* contigit? unde nosse *Iun* usu *A* 22 olea ex oleastro *Lat* 23 quarum *addidi* uel *AB*, non *Pam* 24 antecedantur *A* 29 instructam *Gel:* instructa *AB*

principal⌊em traditio⌋ pertineat, nostrumque omnino sit quodcum⌊que de nostris sum|si⌋sse et tradidisse contigit uobis. quod [f. 75v] cum ita sit, non multum refert, a deo formata sit animae conscientia an litteris dei. quid igitur uis, homo, de humanis sententiis litterarum tuarum exisse haec in usus communis callositatem?

6. Crede itaque tuis ⌊et⌋ de commentariis nostris tanto magis crede diuinis, sed de ani⌊mae i⌋psius arbitrio perinde crede naturae. elige quam ex ⌊his fidelius⌋ sororem obserues ueritatis. si tu tuis litteris du⌊bitas, ne⌋que deus neque natura mentitur. ut et naturae et deo ⌊credas, c⌋rede animae, ita fiet ut et tibi credas. illa certe est ⌊quam tanti⌋ facis, quantum illa te facit, cuius es totus, quae tibi ⌊omnia est⌋, sine qua nec uiuere potes nec mori, propter quam ⌊deum neg⌋legis. cum enim times fieri Christianus, eam conueni. cur alium colens deum nominat? cur, cum maledicendo spiritus deno⌊tat, daem⌋onia pronuntiat? cur ad caelum contestatur et ad ter⌊ram dete⌋statur? cur alibi seruit, alibi uindicem conuenit? cur ⌊de mort⌋uis iudicat? cur uerba habet Christianorum, quos nec au⌊ditos uis⌋osque uult? cur aut nobis dedit ea uerba, aut accepit ⌊a nobis? cu⌋r aut docuit aut didicit? suspectam habes conueni⌊entiam pra⌋edicationis in tanta disconuenientia conuersatio⌊nis. uan⌋us es, si huic linguae soli aut Graecae, quae propinquae ⌊inter se hab⌋entur, reputabis eiusmodi, ut neges naturae uniuer⌊sitatem. non⌋ Latinis nec Argiuis solis anima de caelo cadit. | omnium [f. 76] gentium unus homo, uarium nomen est, una anima, uaria uox, unus spiritus, uarius sonus, propria cuique genti loquella, sed loquellae materia communis. deus ubique et bonitas dei ubique, daemonium ubique et maledictio daemonii ubique, iudicii

3 an a *Gel* 4 a litteris *A* 5 usu communi *A* 6 callositatem *Gel:* scallositatem *AB* 7 credo *ABmg* 9 quem *A* 10 tu *scripsi:* te *AB,* de *Hartelius* 11 credis *A* 12 quanti *Iun* 15 cur ⟨cum⟩ *Harnack* colat *A,* colit *Oehlerus, Harnack* 16 maledicendos *Gel* 18 uidicem *A* cur *Gel:* quid *AB* 19 cur *Gel:* quae *AB* nec *Gel:* ne *AB* uisosue *Hild in A legisse sibi uisus est: sed etiam hic* uisosque *habuit* 21 habes *Iun:* habe *AB* 22 disconụenentia *A* 23 propinquo *A* 26 uarium *add. Urs* 27 loquela *A* sed loquellae *om. A* 29 demonium *A*

diuini inuocatio ubique, mors ubique et conscientia mortis ubique, et testimonium ubique. omnis anima suo iure proclamat quae nobis nec muti⌊re con⌋ceditur. merito igitur omnis anima et rea et test⌊is est, in⌋ tantum et rea erroris, in quantum et testis uerita⌊tis, et sta⌋bit ante aulas dei die iudicii nihil habens dicere. ⌊deum prae⌋dicabas et non requirebas, daemonia abominabaris et illa adora⌊bas, iudici⌋um dei appellabas nec esse credebas, inferna ⌊supplicia prae⌋sumebas et non praecauebas, Christianum nomen ⌊sapiebas et Christianum nomen perseque⌋-baris.

1 mors ubique *om. A* 2 animas *A* 3 ne *B* 4 et *primum et ultimum om. B* 5 stabilis *B* 6 et non requirebas *om. A* 9 Christianum nomen] Christum *Rig* sapiebas et Christianum nomen persequebaris *Rig:* . . . . baris *A, quem nihil nisi* persequebaris *habuisse apparet; unde colligitur, in exemplo eius ante* persequebaris *scriptum fuisse* nomen, *quod ut hic ponatur, ipsa ratio suadet: ita scilicet cur illa omissa in A sint perspicitur:* sapiebas et persequebaris *Hild* 10 DE TESTIMONIO · ANIMAE EXPLICIT · *A*

V.

SCORPIACE.

1. Magnum de modico malum scorpio terra suppurat. tot uenena quot et genera, tot pernicies quot et species, tot dolores ⌊qu⌋ot et colores. Nicander scribit et pingit. et tamen unus omnium uiolen⌊tiae⌋ gestus de cauda, non ore; quae cauda erit, quodcumque de postumo cor⌊poris⌋ propagatur et uerberat. *** perinde scorpii: series illa nodorum uenena⌊ta int⌋rinsecus uenula subtilis arcuato impetu insurgens hamatile spiculum ⌊in su⌋mmo tormenti ratione stringit. unde et bellicam machinam retrac⌊tu tela⌋ uegetantem de scorpio nominant. id spiculum et fistula est ⌊patula te⌋nuitate et uirus, qua figit, in uulnus effundit. familiare periculi tem⌊pus aestas⌋; Austro et Africo saeuitia uelificat. in remediis naturalia plu⌊rimum; al⌋iquid et magia circumligat; medicina cum ferro et poculo ⌊occurrit. n⌋am et praebibunt quidam festinando tutelam; sed concubitus ⌊exhau⌋rit, et denuo sitiunt. nobis fides praesidium, si non et ipsa percu⌊titur diffi⌋dentia signandi statim et adiurandi et iniciendi bestiae ⌊calcem. hoc d⌋enique modo etiam ethnicis

INCIPIT SCORPIACE LEGE FELICITER *A,* contra Gnosticos Scorpiacum *B* 3 scorpios *Urs et Mercerus,* scorpium *Gel* 4 et *ante* genera *add. Ciacconius* ingenia *Bmg* 5 et scripsit *A,* et scribit *Oehlerus* 6 de cauda non ore *scripsi:* nocere de cauda *A,* de cauda nocere *B* 8 *lacunam signaui* perinde *scripsi:* proinde *AB,* perinde ut *Gel* scorpiis *Iun* 9 uenulas *B* suptilis *A* surgens *A* 10 stringit *A,* restringens *B,* restringit *Bmg* 11 et retractu *B* uegetartem *A* 12 et uirus, qua figit, in uulnus *scripsi:* in uulnus et uirus qua figit *B,* in uulnus qua figit *A,* id uulnus et uirus qua figit effundit *Gel* 13 aestus *Pam* 14 plurima *Urs* 15 populo *A* 16 iam *Iun* et *om. A* quaedam *Urs* 18 signando . . . adiurando *Urs* iniciendi *scripsi:* unguendi *A,* ungendi *B,* ungendo *Urs,* urgendi *Lat,* ingerendi *Wissowa* 19 bestia *Iun*

saepe subuenimus, donati a deo ea ⌞potestate, qu⌟am apostolus dedicauit, cum morsum uiperae spreuit. ⌞quid ergo pr⌟omittit stilus iste, si fides de suo tuta est? ut et alias de suo tuta ⌞sit, cum suos sc⌟orpios patitur. acerba mediocritas et istis et genus uari⌞um et uno m⌟odo armantur et certo tempore subor-
f. 53 nantur nec alio | quam ardoris. hoc apud Christianos persecutio est. cum igitur fides aestuat et ecclesia exuritur de figura rubi, tunc Gnostici erumpunt, tunc Valentiniani proserpunt, tunc omnes martyriorum refragatores ebulliunt calentes et ipsi offendere, figere, occidere. nam quod sciant multos simplices ac rudes tum infirmos, plerosque uero in uentum et si placuerit Christianos, numquam magis adeundos sapiunt, quam cum aditus animae formido la⌞xa⌟uit, praesertim cum aliqua iam atrocitas fidem martyrum coronaui⌞t⌟. itaque primo trahentes adhuc caudam de affectibus applicant aut quasi ⌞in⌟ uacuum flagellant: haeccine pati homines innocentes? ut putes fr⌞atrem⌟ aut de melioribus ethnicum. siccine tractari sectam nemini molest⌞am⌟? dehinc adigunt: perire homines sine causa. perire enim, et sine c⌞ausa, pri⌟ma fixura. exinde iam caedunt: sed nesciunt simplices animae, ⌞quid quo⌟modo scriptum sit, ubi et quando et coram quibus confitendum, ⌞nisi quod⌟ nec simplicitas ista, sed uanitas, immo dementia pro deo mor⌞i, ut qui me⌟ saluum faciat. sic is occidet, qui saluum facere debebit? semel ⌞Christus⌟ pro nobis obiit, semel occisus est, ne occideremur. si uicem repetit, ⌞num et ille⌟ salutem de mea nece expectat? an deus hominum sanguinem f⌞lagitat⌟, maxime si taurorum et hircorum recusat? certe peccat⌞oris paeniten⌟tiam mauult quam mortem. et quomodo non peccato⌞rum desiderat mor⌟tem? haec et si qua alia adinuenta

27] cf. Ps. 99, 13. Ez. 33, 11.

3 ẽ *A*, sit *B* et *om. A* ut de suo *Iun* 4 suo *B*, *Urs* scorpio *Urs* isti *B* 10 sciam *A*, *Bmg* 11 inuentum *Bmg*, inuento *B* 13 *posterius* cum *A*, si *B* 14 iam *om. A* 19 et *om. A* cedunt *B* caedunt. sed *uulgo* 23 ut qui me *B*, et quis me *Urs* sic *scripsi:* si *AB* occidit *B* quis *Gel* 24 obiit *om. A* 28 peccatorum non *Pam* 29 haec est et si qua al *in ras. A* admenta *A*

haereticorum uenenorum que⌊m non uel in⌋ scrupulum figant, si non in exitium, uel in bilem, si non in mortem? ⌊at tu, si⌋ fides uigilat, ibidem scorpio pro solea anathema inlidito et ⌊relinquito⌋ | in suo pure morientem. ceterum, si plagam satia- f. 53v
uerit, intimatur uirus et properat in uiscera; statim omnes pristini sensus retorpescunt, sanguis animi gelascit, caro spiritus exolescit, nausea nominis inacrescit. iam et ipsa mens sibi, quo uomat, quaerit, atque ita infirmitas, semel quae percussa est, sauciatam fidem uel in haeresin uel in saeculum exspirat. et nunc in praesentia rerum est medius ardor, ⌊ip⌋sa canicula persecutionis, ab ipso scilicet cynocephalo. alios ignis, alios ⌊gla⌋dius, alios bestiae Christianos probauerunt, alii fustibus interim ⌊et un⌋gulis insuper degustato martyrio in carcere esuriunt. nos ipsi ut le⌊pores⌋, destinata uenatio, de longinquo obsidemur, et haeretici ex more grassantur. itaque tempus admonuit aduersus nostrates bestiolas ⌊nostratem⌋ [mederi] theriacam stilo temperare. qui legeris, biberis. ⌊nec amaru⌋m potio. si e l o q u i a d o m i n i d u l c i a s u p e r m e l l a e t f a u o s, inde pigme⌊nta su⌋nt. si lacte et melle promissio dei manat, hoc sapiunt quae ill⌊uc⌋ faciunt. u a e a u t e m q u i d u l c e i n a m a r u m e t l u m e n i n t e n e b r a s ⌊c o n u e r t u n t⌋! perinde enim et qui martyriis refragantur salutem per⌊ditionem in⌋terpretantes tam dulce in amarum quam lucem in tenebras ⌊reformant⌋ atque ita miserrimam hanc uitam illi beatissimae

18] Ps. 11, 7. 19] cf. Ex. 3, 17. 20] Es. 5, 20.

2 at tu *Gel:* actu *B* 4 pure *Iun:* sopore *AB* 5 intimatur *scripsi:* intimat *AB* 6 gelescit *A* caro spiritus exolescit *om. A* carne *Pam* 7 inacrescit *Rig:* inagrescit *A,* magrescit *B* 8 ut quae *B* infirmitas, semel *scripsi:* semel infirmitas *AB* quae *A,* quaeque *B,* quoque *Gel,* qua *Oehlerus* 9 est *om. B* heresin *A,* haeresim *B* expuat *Gel* 10 et in praesentiarum *Gel* in *addidi* ador *A* 11 isto *B* 12 alios fustibus *A* 13 degustato martyrio *Gel:* degustata martyria *AB* 14 ipsi ut *A,* ipsius *B* 15 heretici *A sic semper* 16 nostratem *scripsi:* nostrati *B,* nostram *A* *habere falso Oehlerus testatur: immo nouem litterae perierunt,* nostrate *Gel,* promptam *Rig* mederi *seclusi* theriacam *Bmg:* teriacam *A,* scorpiacam *B* 17 nec *etiam A ut uidetur* nec amarum] non amara enim *Lat* 22 refrangantur *A* perditione *B* 23 tenebris *A*

praeuertendo ⌊tam amarum⌋ pro dulce quam tenebras pro luce supponunt.

2. Sed nondum de bono martyri, nisi de debito primum, nec ante de utilitate eius, quam de necessitate discendum. auctoritas diuina praecedit, an tale quid uoluerit atque mandauerit deus, ut qui negant bonum non suadeantur accommodum, nisi f.54 cum subacti fuerint. ad officium haereticos | compelli non inlici dignum est. duritia uincenda est, non suadenda. et utique satis optimum praeiudicabitur quod probabitur a deo constitutum atque praeceptum. sustineant euangelia paulisper, dum radicem eorum exprimo legem, dum inde elicio dei uoluntatem unde et ipsum recognosco: ego sum, inquit, deus deus tuus, qui te eduxi de terra Aegypti. non erunt tibi dii alii praeter me. non facies tibi simulacrum eorum quae in caelo et quae in terra deorsum et quae in mari infra terram. non adorabis ea, neque famulaberis eis. ⌊ego⌋ enim dominus deus tuus. item in eadem Exodo: ipsi uidistis, quod de caelo lo⌊cu⌋tus ad uos sim. non facietis uobis deos argenteos, et deos aureos non fa⌊cie⌋tis uobis. secundum haec et in Deuteronomio: audi Israel, dominus deus tuus unus est, et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et totis uiribus tuis et ex tota anima tua. et rursus: nec obliuiscaris domini dei tui, qui te eduxit de terra Aegypti ex dom⌊o serui⌋tutis. dominum deum tuum timebis et illi famulaberis soli et illi adgl⌊utinaberis⌋ et in nomine eius deierabis. non ibitis post deos alienos ex de⌊is

12] Ex. 20, 2 sq. 17] ibid. 20, 22. 20] Deut. 6, 4 sqq.

1 dulci *B* 3 de debito *Ciacconius:* debito *AB* nec ante *Gel:* negant *AB* 4 et de utilitate *A* dicendum *Lat* 5 quid *Gel:* qui *AB* 6 suadentur *A* accomodum *A,* ad commodum *B* 7 illic *A* 11 legem *Gel:* legamus *AB* 12 inquid *A* ds̃ ds̃ *AB,* dominus deus *Pam,* deus *Rig* 13 alii dii *B* 14 eorum *om. A* 16 adorabitis *A* famulaberis *A,* seruies *B* 17 dominus *B,* ds̃ *A* eodem exhodo *A* 19 uobis *A,* inibi *B* 21 dominus *B,* ds̃ *A* 22 ex toto — 24 dei tui *om. A* 23 ne *Gel* 24 egypti *A* ex *A,* et *B* 26 illi gl *A* 27 alienos ex deis *Rig:* alienos ex de⌊os *A,* aliorum et deos *B,* aliorum ex deis *Iun,* alienos et deos *Oehlerus*

nationum⌋, quae circum uos, quia aemulatur deus deus tuus in te, et ne irat⌊us indignetur⌋ et exterminet te a facie terrae. sed et proponens benedictio⌊nes et ma⌋ledictiones: benedictiones, inquit, si audieritis praecepta domin⌊i dei uestri, quae⌋cumque ego praecipio uobis hodie, et non erraueritis de u⌊ia quam man⌋daui uobis, ut abeuntes seruiatis deis aliis, quos non scitis. de ⌊quibus omni⌋fariam extirpandis: perditione perdetis, inquit, omnia lo⌊ca, in quibus⌋ seruierunt nationes deis suis, quas uos possidebitis hereditate, ⌊super mon⌋tes et colles et sub arbores densas, quasque effodietis ⌊aras eorum⌋, euertetis et comminuetis staticula eorum et excidetis ⌊lucos eorum⌋ | et sculptilia f. 54v ipsorum deorum concremabitis igni et disperdetis nomen eorum de loco illo. adhuc ingerit, cum introissent terram promissionis et exterminassent nationes eius: caue tibi, ne sequaris eas posteaquam exterminatae fuerint a facie tua, ne requisieris deos illarum dicens, quemadmodum faciunt nationes deis suis, ut et ego ita faciam. sed et, si ipse prophetes, inquit, exsurrexerit in te aut somnium somnians et dederit tibi signum uel ostentum et uenerit et dixerit, eamus ⌊et se⌋ruiamus diis aliis, quos non scitis, ne audiatis sermonem prophetae aut som⌊ni⌋atoris illius, quia temptat uos dominus deus uester, an ex toto corde uestro et ex ⌊tota⌋ anima uestra timeatis deum. post dominum

4] Deut. 11, 27 sqq. 8] ibid. 12, 2 sqq. 16] ibid. 12, 30. 20] ibid. 13, 1 sqq.

1 aemulatur dš dš tuus in te. Ne *A*, et deus aemulator dominus deus tuus in te et ne *B* 2 et ne] ut ne *Iun* 3 terre *A* 4 inquid *A* 5 (quae)-quumque *A* 6 hodie, maledictionem si erraueritis *Pam*, hodie, et maledictionem, si non audieritis praecepta domini dei nostri, quaecumque ego praecipio uobis hodie et erraueritis *Iun* et non *A*, ne *B* 9 inquit *om. B* 10 subter *Rig* 11 sub *del. Gel* arbore densa quaque *Iun* 12. 13 earum *ter Pam* 13 captilia *A*, scalptilia *Rig* 14 de eorum *A* deorum ipsarum *Pam* 15 eorum *B*, illorum *A* 17 ea *A* exterminata *A* 19 ut *del. Pam* 20 si ipse *B*, ipsi *A*, id si *Rig* inquid *A* 21 aut *om. A* 25 dominus *B*, dš *A* an *om. B* 26 ametis *Iun* eum *A* dominum *om. B*

deum uestrum abibitis et hunc time⌊bitis⌋ et praecepta eius custodietis et uocem eius audietis et illi seruietis et illi adiciemini. prophetes ⌊autem⌋ uel somniator ille morietur; locutus enim est ad seducendum te a domino ⌊deo tuo. sed⌋ et alio titulo: si autem rogauerit te frater tuus ex patre uel ma⌊tre aut⌋ filius tuus aut filia tua aut mulier quae in gremio tuo est aut amicus qui ⌊animae tuae⌋ par est clam dicens, eamus et seruiamus diis aliis, quos non scis, ⌊nec patres tu⌋i, ex deis nationum, quae circum te proxime aut longe, ne uelis ⌊ire cum illo⌋, et ne audieris eum. non parcet oculus tuus super eum nec desidera⌊bis nec sal⌋uabis eum; adnuntians adnuntiabis de eo. manus tuae erunt ⌊in eum in pr⌋imis ad occidendum, et manus populi tui in nouissimis, et lapi⌊dabitis ill⌋um, et morietur, quoniam quaesiuit auertere te a domino deo tuo. subi⌊cit etiam de ciui⌋tatibus, si quam ex his constitisset suasu iniquorum hominum ⌊transisse⌋ ad deos alios, ut interficerentur omnes incolentes eam, et deuota⌊menta⌋ fierent uniuersa eius, et colligerentur omnia f.55 spolia eius in omnes | exitus eius et igni cremarentur cum omnibus uasibus suis et cum omni populo in conspectu domini dei, et non erit habitabilis, inquit, in aeternum, non reaedificabitur amplius nec adhaerebit quicquam manibus tuis ex deuotamento eius, uti auertatur dominus ab indignatione irae suae. maledictionum quoque ordinem ab idolorum execratione commisit: maledictus homo

5] Deut. 13, 6 sqq. 18] cf. ibid 13, 15 sqq. 23] ibid. 13, 16 sqq. 27] ibid. 27, 15.

1 ut hunc *A* et praecepta eius custodietis *om. A* 3 uel *A,* et *B* 4 est enim *B* 5 titulo *A,* capitulo *B* 7 tua *om. A* 10 proximae *B,* proxime sunt *Pam* 12 eum *om. A* ne *A* misereberis *Pam* 13 saluabis *Gel:* salutabis *B,* celabis *Pam* annuntians annuntiabis *A* 16 auertere te *B,* auerteret *A* 20 deuotamenta *Gel:* deuota mente *B* fieret *B* 21 eius *prius om. A* cum *B,* in *A* 22 uasibus *B,* uiis *ABmg* 24 adherebit *A* 25 deuotamento *ABmg,* deuota mente *B* ut *B* auertatur *B,* auertat *A* 26 ire *A* 27 exsecratione *B,* excratione *A*

qui fecerit sculptile aut fusile aspernamentum, opus manuum artificis, et collocauerit illud in abscondito. in Leuitico uero: ne sequimini, inquit, idola et deos fusiles non facietis uobis. ego dominus ⌊deus⌋ uester. et alibi: filii Israel famuli pueri mei. hi sunt quos eduxi de terra Aeg⌊yp⌋ti. ego dominus deus uester. non facietis uobis manu facta nec sculptile staticu⌊lum⌋ statuetis uobis. nec lapidem scopum ponetis in terra uestra. ego dominus deus uest⌊er. et⌋ haec quidem prima per Moysen dicta sunt ad omnes utique pertinentia, ⌊quoscum⌋que dominus deus Israelis perinde de Aegypto superstitiosissimi saeculi et ⌊de domo hu⌋manae seruitutis eduxerit. sed et deinceps omne os prophetar⌊um eiusdem⌋ dei uocibus sonat eandem legem suam eorundem praeceptorum insta⌊uratione⌋ cumulantis nec aliud primum tam principaliter denuntiantis, ⌊quam ab om⌋ni factura atque cultura idolorum cauere; ut per Dauid: di⌊i nationum ar⌋gentum et aurum, oculos habent nec uident, aures habent ne⌊c audiunt⌋, nares habent nec odorantur, os nec locuntur, manus nec contr⌊ectant, pe⌋des nec ingrediuntur. similes erunt illis, qui ea faciunt et qui fid⌊unt in illis⌋.

3. Nec putem disceptandum, an digne deus prohibeat nomen et honorem suum mendacio addici, an digne quos ab errore superstitionis auulserit rursus in Aegyptum regredi nolit, an digne a se non patiatur absistere quos sibi adlegit. | ita nec illud expectabitur retractari a nobis, an obseruari uoluerit disciplinam quam uoluit instituere et an merito ulciscatur desertam quam uoluit obseruatam, quando frustra instituisset, si obseruari eam noluisset, et frustra obseruari uoluisset, si uin- f. 55v

3] Leu. 19, 4. 5] Leu. 25, 55. 26, 1. 17] Ps. 135, 15 sqq. 115, 4 sqq.

1 scalptile *Rig* 3 inquid *A* ne *A*, non *B* 7 nec staticulum *Pam* 9 haec *om. A* 10 prima haec *A* dicta] dei scita *Bmg* ad omnes *Bmg*, a domino *AB* 11 israhelis (a *ex* h) *A*, israel *B* 15 aliut *A* denunciantis *A* 18 nec uident *A*, et non uident *B* 21 ea *del. Gel* 23 mendatio *A* 25 patitur *A* quos *A*, quod *B* 26 expectabitur *Urs:* expectabit *AB* seruari *A* 27 et an — 28 obseruatam *om. A*

dicare noluisset. sequitur enim, ut has definitiones dei aduersus superstitiones tam euictas quam etiam uindicatas probem, quoniam ex his tota martyriorum ratio constabit. aberat apud deum in monte Moyses, cum populus tam necessariam absentiam eius impatiens deos sibi ⌊pro⌋ducere quaerit, quo se potius ipse perdiderit. urgetur Aaron, et iubet ⌊in⌋aures feminarum suarum in ignem conferri. amissuri enim erant in iudicium sibi uera ornamenta aurium, dei uoces. sapiens ignis effigiem uituli de⌊fundi⌋t illis suggillans illic cor habentes ubi et thesaurum, apud Aegyptum ⌊scilicet, in⌋ter cetera animalia bouis etiam cuiusdam consecratricem. ita⌊que tria⌋ milia hominum a parentibus proximis caesa, quia tam proxi⌊mum parente⌋m deum offenderant, transgressionis et primordia et merita de⌊dicauerunt⌋. in Arithmis cum diuertisset Israel apud Sethim, abeunt libidina⌊tum ad filia⌋s Moab, inuitantur ad idola, ut et spiritu fornicarentur, edunt ⌊denique de po⌋llutis eorum, dehinc et adorant deos gentis et Beelphegor initiantur. o⌊b ha⌋nc quoque idololatrian moechiae sororem uiginti tria milia domesticis obtruncata g⌊ladii⌋s diuinae irae litauerunt. defuncto Iesu Naue derelincunt deum patru⌊m⌋ suorum et seruiunt idolis Baalim et Astartis, et iratus dominus tradidit eos ⌊in manibu⌋s diripientium, et diripiebantur ab illis et uenumdaban⌊tur inimi⌋cis, nec poterant omnino subsistere a facie inimicorum suorum. ⌊quocum⌋que processerant, manus erat super illos
f.56 in mala, et conpressati | sunt ualde. post quae instituit super illos deus Critas, quos Censores intellegimus. sed nec istis

4] cf. Ex. 22. 14] cf. Num. 25, 1 sqq. 19] cf. Iud. 2, 8. 13

1 difinitiones *A* 2 edictas *Urs* probem *Gel:* probent *AB* 4 montem *B* necessariae absentiae *Gel* 5 quo se *Iun:* quos *AB* 6 et *om. B* 7 iudicio *A* 9 diffundit illos *Urs* 11 itaque tria *Gel:* ita quod tria *B, in A decem undecimue litterae perierunt* 12 proxumis *A,* et proximis *B* 14 arathmis *A* deueniset *A* sattin *A* 15 et *om. B* 17 *prius* et *om. A* delfegor *A* 18 idolatriã *A* sorore *A* · XXIIII · *A* domestici *B* 20 nauue *A* bahalim *A* 21 in manus *Hild in A legit: spatium sane angustius, quam ut* in manibus *sine nota scripta capiat* 22 uenumdabant *A* 24 erant *A* 25 post quae *A,* postquam *B* 26 isti *A*

obaudire perseuerauerunt. ut quis critarum obierat, illi ad delinquendum supra quam patres eorum, abeundo post deos aliorum et seruiendo et adorando eos. itaque dominus iratus, quoniam quidem, ait, transgressi sunt gens ista pactum meum, quod disposui patribus eorum, et non audierunt uocem meam, et ego non aduertam ad auferendum uirum a facie eorum ex nationibus, quas reliquit decedens Iesus. atque ita per omnes paene annales critarum et deinceps regum reseruatis gentium circumcolarum uiribus bello et captiuitate et iugo allophylorum iram dei pensauit Israel, quotienscumque ab illo maxime in idololatrian exorbitauerunt.

4. Hanc ⌊igitur⌋ si a primordio constat et prohibitam de tot tantisque praeceptis et n⌊um⌋quam inpune commissam de tot tantisque documentis nec ⌊ullum tam super⌋bum crimen deputari apud deum, quam huiusmodi transgress⌊ionem, ul⌋tro intellegere debemus diuinarum et denuntiationum et ⌊executionum⌋ intentionem iam tunc martyriis patrocinatam non modo ⌊non dubi⌋tandis, uerum etiam sustinendis, quibus scilicet locum fe⌊cerat pro⌋hibendo idololatrian. aliter enim martyria non euenir⌊ent. et uti⌋que auctoritatem suam praestruxerat uolens ea euenire quib⌊us locum⌋ fecerat. nunc enim de dei uoluntate conpungimur, et inge⌊minat⌋ scorpius plagam, hanc negans, hanc accusans uoluntatem, ⌊ut aut ali⌋um deum insinuet, cuius haec non sit uoluntas, aut nostrum nihilo⌊minus des⌋truat, cuius talis sit uoluntas, aut omnino neget uoluntatem dei, si ⌊ipsum negare⌋ | non poterit. nos autem de deo alibi dimi- f.56v cantes et de reliquo corpore haereticae cuiusque doctrinae nunc in unam speciem congressionis certas praeducimus lineas,

4] Iud. 2, 20 sqq.

2 dios *ex* duos *A* 3 orando *B* ds̃ *A* 4 transgressa est *B* 5 obaudierunt uoci meae *B* 6 auertam *B* 7 reliquid *A* 8 per *del. Gel* pene *A* 9 reseratis *Hartelius* 10 iram *om. A* dei pensauit *scripsi:* ds̃pensauit *A*, dispensauit *B* 11 idolatrian *A* 14 nunquam *A* 16 apud deum deputari *B* 20 idolatrian *A* 21 neuenirent *A* 22 ea *om. A* 23 et conpungimur *Gel* 26 omnino *Gel:* domino *B*, *om. A* 27 potuerit *B* 28 hereticae *A*

non alterius dei quam Israelis eam defendentes uoluntatem quae martyriis locum fecerit, tam ex praeceptis prohibitae semper quam ex iudiciis punitae idololatriae. si enim praeceptum obseruando uim patior, hoc erit quodammodo obseruandi praecepti praeceptum, ut id patiar per quod ⌊pot⌋ero obseruare praeceptum, uim scilicet, quaecumque mihi imminet ⌊cau⌋enda ab idololatria. et utique qui inponit praeceptum, extorquet obse⌊qu⌋ium. non potuit ergo noluisse ea euenire per quae constabit obsequium. praescribitur mihi, ne quem alium deum dicam, ne uel dicendo, non minus ⌊lingua⌋ quam manu, deum fingam neque alium adorem aut quo mo⌊do uenere⌋r praeter unicum illum, qui ita mandat, quem et iubeor time⌊re, ne ab eo d⌋eserar, et de omni substantia diligere, ut pro eo moriar. ⌊huic sacram⌋ento militans ab hostibus prouocor. par sum illis, nisi illis ⌊manus de⌋dero. hoc defendendo depugno in acie, uulneror, conci⌊dor, occidor. quis⌋ hunc militi suo exitum uoluit, nisi qui tali sacramento eum ⌊consign⌋auit?

5. Habes igitur dei mei uoluntatem. occursum est huic pla⌊gae. iam alium⌋ ictum consideremus de uoluntatis qualitate. longum est, ⌊ut deum meum⌋ bonum ostendam, quod iam a nobis didicerunt Marcioni⌊tae. deum⌋ interim sufficit dici, ut necesse sit bonum credi. malum enim ⌊deum qui praesum⌋pserit, constare in utroque non poterit: aut deum nega⌊re debebit qu⌋em malum existimarit, aut bonum dicere quem deum f.57 pronuntiauerit. | bona igitur erit et uoluntas eius qui nisi bonus non erit deus. probabit hoc etiam ipsius rei bonitas quam deus uoluit, martyrii dico, quia bonum non nisi bonus

1 israhelis *A* 2 prohibite *A* 4 obseruatum *ABmg* patitur *ABmg* 5 praeceptum *om. A* id *Gel:* ita *AB* 7 cauenda *scripsi:* cauendam *AB,* cauenti *Gel* 10 dicam ne *om. A* dicendum *A* 11 nequem *A* aut quo modo *Iun:* aut quomodo *AB,* aut quoquomodo *Urs* 12 p&rter *A* 15 nisi *Lat:* si *AB* 16 conci . . . . hunc *A, unde recte Oehlerus conclusit* occidor *omissum fuisse* 17 milito *A corr.* eum sacramento *B* 20 iam *Hartelius:* in *(A)B,* nec *Lat* hictum *A* 23 deum quis praesumpserit *B,* . . . . ripserit *A* qui *Rig:* quis *B* 25 dicere *add. Gel* 26 pronuntiarit *B* eius *om. A* 28 quia nonnisi bonus uoluit bonum *B*

uoluit. bonum contendo martyrium apud eundem deum, a quo et prohibetur et punitur idololatria. obnititur enim et aduersatur idololatriae martyrium. malo autem obniti et aduersari nisi bonum non potest. non quasi negem esse aemulationem tam malorum inter se quam et bonorum, sed alia condicio est huius tituli. martyrium enim non de communi aliqua militia certat cum idololatria, sed de sua gratia; liberat enim ab idololatria. quod a malo liberat, quis non bonum pronuntiabit? quid aliud est aduersatio idololatriae atque martyrii quam mortis et uitae? in tantum uita martyrio deputabitur, quantum morti idololatria. uitam qui m⌊alum⌋ dixerit, habet mortem, quam bonum dicat. est et haec pe⌊ruersitas ho⌋minum salutaria excutere, exitiosa suscipere, periculosa con⌊quirere⌋, medicamina deuitare, aut mori denique citius quam curari desi⌊derare⌋. nam et medicinae praesidium plures qui refugiunt: plures enim stulti, plures tim⌊idi et male⌋ uerecundi. et est plane quasi saeuitia medicinae de scalpello d⌊eque caute⌋rio, de sinapis incendio; non tamen secari et inuri et extendi morderique idcirco m⌊alum, quia⌋ dolores utiles affert, nec quia tantummodo contristat, recusabitur, ⌊sed qui⌋a necessario contristat, adhibebitur. horrorem operis fructus ⌊excusat⌋. ululans denique ille et gemens et mugiens inter manus medici p⌊ostmodum⌋ easdem mercede cumulabit et artifices optimas praedicabit et sae⌊uas iam ne⌋gabit. sic et martyria desaeuiunt, sed in salutem. licebit et deo in ⌊uitam aeternam⌋ | per ignes f. 57v et gladios et acerba quaeque curare. sed medicum quidem miraberis etiam in illo, quod ferme pares adhibet qualitates medellarum aduersus qualitates querellarum, cum quasi de per-

1 eum *A* 2 et *primum om. B* 4 negemus *B* 5 conditio *A* 6 malitia *A* 7 idolatria *bis A* de] cum *A* 10 uita *A*, ut a *B* 11 mors idololatriae *Urs* 13 conquirere *scripsi:* con . . . . *A*, quaeque *B*, quaerere *Rig* medicamina deuitare *Oehlerus:* medica male uitare *AB*, medicamina uitare *Gel* 14 aut *del. Gel* 15 in praesidium *B* plures qui refugiunt *om. A* qui *del. Rig* 16 enim *om. B* 17 medicina *B* deque *(A?) Gel:* denique *B* 18 et *prius om. B* excendi *Iun* morderique *om. A* 20 necessarie *A* 24 sic et *A*, et si *B* 25 sed *del. Scal* *alterum* in *del. Scal* 26 quidem *A*, quoque *B* 27 perme *A*

uerso auxiliatur per ea subueniens per quae laboratur. nam et calores caloribus amplius onerando compescit et ardores siti potius macerando restinguit et fellis excessus amaris quibusque potiunculis colligit et sanguinis fluxus defusa insuper uenula reuocat. deum uero et quidem zeloten culpandum existimabis, si uoluit certare cum causa et iniuriae aemulando prodesse, mortem morte dissoluere, occisionem occisione dispargere, tormentis tormenta discutere, supplicia suppliciis euaporare, uitam auferendo confer⌞re, car⌟nem laedendo iuuare, animam eripiendo seruare. peruersitas, quam ⌞putas, ratio⌟ est; quod saeuitiam existimas, gratia est. ita deo de momentaneis ⌞aeterna me⌟dicante magnifica bono tuo deum tuum; incidisti in manus ⌞eius, sed⌟ feliciter incidisti. incidit et ille in aegritudines tuas. homo sem⌞per prior n⌟egotium medico facit, denique sibimet ipse periculum mortis attra⌞xit. acc⌟eperat a domino suo ut a medico satis utilem disciplinam secundum legem ui⌞uendi⌟, ut omnia quidem ederet, ab una solummodo arbuscula tempera⌞ret, quam ip⌟se medicus inportunam interim nouerat. audiit ille quem maluit ⌞et abstinent⌟iam rupit. edit inlicitum et transgressione saturatus in mor⌞tem cru⌟ditauit, dignissimus bona fide in totum perire quia uoluit. sed dominus ⌞sustentat⌟a feruura delicti, donec tempore medicina temperaretur, paula⌞tim remedia⌟ composuit, omnes fidei
f.58 disciplinas et ipsas aemulas uitio, uerbum | mortis uerbo uitae rescindentes, auditum transgressionis auditu deuotionis limantes. ita, et cum mori praecipit medicus ille, ueternum mortis excludit. quid grauatur nunc pati homo ex remedio quod non est tunc grauatus pati ex uitio? displicet occidi in salutem

2 honerando *A* 3 restinguit *Lat:* resringit *A,* restringit *B* excussus *A* quibusdam *fort.* 4 potionibus *B* corrigit *Lat,* recolligit *Hartelius* 5 zelotem *A corr.* 6 certare *scripsi:* certasse *AB* 8 euaportare *A corr.* 12 aeternam *B* meditante *B* tuum *B,* tetrũ *A* 14 aeg*ri*tudines *A* medico prior negotium *B* 15 denique] donec *Hartelius* 16 suo *om. A* 17 ederet et *B* 18 temperaret et *B* 19 norat *B* 20 ędit *A* 21 cruditauit *Urs:* eruditauit *B,* eructauit *Gel* perisse *B* quia *scripsi:* qui *AB* 22 sustentata feruura *(A) Rig:* sustentato feruore *B* 25 aditum *et* aditu *fort.* deuotioni *B* 26 mortes *A corr.* 27 pati nunc *B*

cui non displicuit occidi in perditionem? nausiabit ad antidotum qui hiauit ad uenenum?

6. Sed si certaminis nomine deus nobis matyria proposuisset, per quae cum aduersario experiremur, ut, a quo libenter homo elisus est, eum iam constanter elidat, hic quoque liberalitas magis quam acerbitas dei praeest. euulsum enim hominem de diaboli gula per fidem iam et per uir⌊tutem⌋ inculcatorem eius uoluit efficere, ne solummodo euasisset, uerum etiam euicisset inimicum. amauit, qui uocauerat in salutem, inuitare et ad gloriam, ut, qui gaudeamus liberati, ⌊exulte⌋mus etiam coronati. agonas istos, contentiosa sollemnia et super⌊stitiosa cer⌋tamina Graecorum et religionum et uoluptatum, quanta gratia saeculum ⌊celebret⌋ iam et Africae licuit. adhuc Carthaginem singulae ciuitates gratuland⌊o inqui⌋etant donatam Pythico agone post stadii senectutem. ita ab ae⌊uo dignissimum⌋ creditum est studiorum experimentum committere, artes corpor⌊um et uocum⌋ de praestantia expendere, praemio indice, spectaculo iudice, sen⌊tentia⌋ uoluptate. qua nuda sunt proelia, non nulla sunt uulnera; pugni q⌊uassant, cal⌋ces arietant, caestus dilaniant, flagella dilacerant. nemo t⌊amen agonis⌋ praesidem suggillans erit, quod homines uiolentiae obiectat. ⌊iniuriarum⌋ actiones extra stadium. sed, quantum liuores illi et cruores et ⌊uibices nego⌋tiantur, intende: coronas scilicet et gloriam et dotem, ⌊priuilegia⌋ | publica, stipendia ciuica, imagines, statuas et, qua- f. 58v lem potest praestare saeculum, de fama aeternitatem, de me-

1 nausiabit *A*, nausei abit *B* 3 si *A*, et *B* proponit *B* 5 helisus *A* 7 *uerba* per uirtutem *in AB post* 8 efficere *collocata reposui* 8 deuicisset *B* 9 qui *Urs:* quā *A*, quae *B*, quos *Lat*, quem *Hartelius* 10 et *om. B* qui *om. A* gaudemus *Iun*, gaudebamus *Oehlerus* 12 Graecorum *B*, gregorum *A*, graecarum *Gel* uoluntatum *A* 13 iam et *A*, etiam et *B*, etiam *Gel* liquit *Gel* Carthaginem *B*, certamine *A* 14 (inqui)etan *A* 16 committere, artes corporum *scripsi:* committere artes, corporum *uulgo* 17 praesentia exprimere *ABmg*, praestantiam expendere *Gel* inlice *fort.* 18 uoluntate *A*, uolutante *Scal* nulla *Lat* non *del. Lat* 19 sunt *om. A* cassant *B* caluae *Faber* cestus *A* 20 praeside *A* suggillauerit *Gel* 21 uiolentae *A* obiectat *Rig:* oblectant *A*, obiectet *B* 23 (nego)tientur *A* intende *scripsi:* intendet *A*, intendit *B*, intendis *Gel* 24 ciuica] ciuitatem *Lat* statutas *A* 25 de fama *om. A*

moria resurrectionem. pyctes ipse non queritur dolere se, nam uult; corona premit uulnera, palma sanguinem obscurat; plus uictoria tumet quam iniuria. hunc tu laesum existimabis, quem uides laetum? sed nec uictus ipse de agonotheta casum suum exprobrabit. deum dedecebit artes et disciplinas suas educere in medium, in hoc saeculi spatium, in spectaculum hominibus ⌊et a⌋ngelis et uniuersis potestatibus? carnem atque animam probare de cons⌊tan⌋tia atque tolerantia? dare huic palmam, huic honorem, illi ciuitatem, ⌊illi⌋ stipendia? etiam quosdam reprobare et castigatos cum ignominia submouere? nimirum praescribis deo, quibus temporibus aut modis aut locis ⌊de famil⌋ia sua iudicet, quasi non et praeiudicare iudici congruat. quid nunc, si n⌊on certa⌋minis nomine in martyria fidem exposuisset, sed et proprii prof⌊ec⌋tus, nonne oportebat illam habere aliquem spei cumulum, cui stu⌊dium suum⌋ cogeret uotumque suspenderet, quo eniteretur ascendere, ⌊cum terrena⌋ quoque officia in gradus aestuent? aut quomodo multae ⌊mansion⌋es apud patrem, si non pro uarietate meritorum? quomodo et ⌊stella⌋ ab stella distabit in gloria, nisi pro diuersitate radiorum? por⌊ro et si fi⌋dei propterea congruebat sublimitati et claritatis aliqua ⌊prolatio⌋, tale quid esse oportuerat illud emolumenti, quod magno constaret: ⌊l⌋abore, cruciatu, tormento, morte. sed respice conpensatio⌊nem, cum c⌋aro et anima dependitur — quibus in homine carius nihil

19] cf. 1 Cor. 15, 41.

1 nam *A*, non *B* 2 praemit *A corr.* uulnera *om. A* plus uictoria tumet quam iniuria *Rig:* plus uictoria tũ . et quam iniuria *A*, plus uictoria tuum est quam iniuriatum *B*, plus uictoriatum est quam iniuriatum *Pam*, plus uictoriarum est quam iniuriarum *Lat*, plus uictoria tamen est quam iniuria *Harrisius*, plus uictoria tum est quam iniuria *alii* 4 agonitheta *A* 5 dedecebit *B*, decebit *ABmg* 6 in medium *ABmg*, remedium *B* saeculo *A corr.* 7 carnen *ex* carmen *A* 9 stipendium *B* 11 praescribes *B* 12 et *om. A* praeiudare *A* 13 qui *Gel* nunc si non *A*, nunc sine *B*, si non *Gel* 14 et *om. B* 17 gradu *B* 18 aput *A* 19 a *A* 20 praeterea *fort.* 21 sublimitatis *Urs* claritati *Gel* 22 constaret . . . . abore *A; pretio euanuisse putat Oehlerus: mihi nihil deesse uidetur* 24 nihil carius *B*

est, al˪terum m˩anus dei, alterum flatus, — ipsa dependi in profectum quorum est pro|fectus, ipsa erogari quae lucri fiant, f.59 eadem pretia quae et merces. prospexerat et alias deus inbecillitates condicionis humanae, aduersarii insidias, rerum fallacias, saeculi retia, etiam post lauacrum periclitaturam fidem, perituros plerosque rursum post salutem, qui uestitum obsoletassent nuptialem, qui faculis oleum non praeparassent, qui requirendi per montes et saltus et umeris essent reportandi. posuit igitur secunda solacia et extrema praesidia, dimicationem martyrii et lauacrum sanguinis exinde secuturum. de cuius felicitate Dauid: *beati quorum dimissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. beatus cui non inputauerit deus delictum.* proprie enim martyribus nihil iam reputari potest, quibus in lauacro ipsa uita deponitur. sic dilectio ope˪rit˩ multitudinem peccatorum, quae deum scilicet diligens ex totis uiribu˪s suis˩, quibus in martyrio decertat, ex tota anima sua, quam pro deo po˪nit, homi˩nem martyrem excudit. haec tu remedia, consilia, iudicia, spec˪tacula etiam˩ dei atrocitatem uocabis? sanguinem hominis deus concupiscit? et tam˪en ausim˩ dicere, si et homo regnum dei, si et homo certam salutem, si et homo secundam regenerationem. ˪nul˩la conpensatio inuidiosa est in qua aut gratiae aut iniuriae co˪mmunis est˩ ratio.

7. Incutiat adhuc scorpius homicidam deum uentilans, horre˪bo pla˩ne spurcum blasphemiae flatum de haeretico ore foetentem, sed et tale˪m deum˩ de fiducia rationis amplectar, qua ratione etiam ipse se plus ˪quam ho˩micidam pronuntiauit ex sophiae suae persona, uoce Solomonis. ˪*sophia*˩, inquit, *iugu-*

11] Ps. 31, 1 sqq. 14] cf. 1 Petr. 4, 8. Matth. 22, 37. 28] Prou. 9, 2.

1 adflatus *B* 2 profectum *Iun:* profectu *AB* 3 alias *B,* has *A* 4 conditionis *A* fallatias *A* 7 nuptialem—praeparassent *om. A* 9 et *om. A* 10 securum *ABmg* 11 dimissa sunt delicta et quorum opertae sunt iniquitates *B* 12 beatus uir cui *B* reputauerit *B* 13 delictorum *B* 19 iudicabis *B* 20 si homo certam salutem *om. A* et *ante* homo *add. Ciacconius* 21 nulla *Urs:* nulli *AB* 24 incuciat *A* 25 adflatum *B* heretico *A* fetentem *A* 26 et *om. A* 28 sofiae *A* solonis *A* inquid *A*

lauit filios suos. sophia sapientia est. sapienter ⌊utique iu⌋gulauit, dum in uitam, et rationaliter, dum in gloriam. o f. 59ᵛ parricid⌊ii ingenium⌋! | o sceleris artificium! o argumentum crudelitatis, quae idcirco occidit, ne moriatur quem occiderit! et ideo quid sequitur? sophia in exitibus cantatur hymnis; cantatur enim et exitus martyrum. sophia in plateis de constantia agit; bene enim filios suos iugulat. super summos autem muros confisa dicit, cum quidem secundum Eseiam hic exclamat: ego dei sum; et hic uociferatur: in nomine Iacob; et alius inscribit: in nomine Israelis. o bonam matrem! opto et ipse in filios eius redigi, ut ab ea occidar; opto occidi, ut filius fiam. solum autem iugulat filios suos, an et torquet? ⌊a⌋udio enim et alibi dicentem deum: uram illos sicut uritur aurum, et proba⌊bo i⌋llos sicuti probatur argentum. utique per tormenta ignium et sup⌊plici⌋orum, per martyria fidei examinatoria. scit et apostolus qualem ⌊deum a⌋dscripserit, cum scribit: si deus filio suo non pepercit, sed pro nobis ⌊tra⌋didit illum, quomodo non et cum illo omnia condonauit nobis? uides, ⌊quo⌋modo etiam proprium suum filium primogenitum et unigenitum so⌊phia⌋ diuina iugulauerit, utique uicturum, immo et ceteros in uitam ⌊re⌋dacturum. possum dicere cum sophia dei: Christus est qui se tradidit pro ⌊deli⌋ctis nostris. iam et semetipsam sophia trucidauit. uerba non so⌊no solo sapiu⌋nt, sed et sensu, nec auribus tantummodo audienda sunt, ⌊sed et ment⌋ibus. crudelem deum, qui non intellegit, credit. quamquam ⌊et non inte⌋llegenti posita sententia est, quae temeritatem cohibeat ⌊aliter in⌋tellegendi. quis enim, inquit, cognouit sensum domini?

5] cf. Prou. 1, 20. 8] Es. 45, 5. 13] Zach. 13, 19. 17] Rom. 8, 32. 22] ibid. 4, 25. 28] ibid. 11, 33.

1.5.6 sofia *A* 2 inuitam *B* ingloriam *B* 5 exitu *A* canitur *B* 6 de constantia] constantiam *Pam* 8 dicitur *fort.* quis *B* eseiam *A*, Esaiam *B* 9 scribit *A* 10 isra.elis *A* 11 fiam *B*, filiam *A* 13 sicuti *B* argentum *Pam* 14 aurum *Pam* 18 illum *om. A* et non *Gel* 20 iugulauerat *A* 21 possim *A* 22 sofia *A sic semper* 23 sophiam *B* 24 so . . . . nt *A, aut* sono *aut* solo *omissum fuit* 26 quanquam *A* intelligendi *Gel* 28 inquid *A* dei *B*

aut quis illi ⌊consiliari⌋us fuit, qui eum instruat, aut uiam intellegentiae quis demons|trauit illi? sed enim f.60 Scytharum Dianam aut Gallorum Mercurium aut Afrorum Saturnum hominum uictima placari apud saeculum licuit, et Latio ad hodiernum Ioui media in urbe humanus sanguis ingustatur, nec quisquam retractat aut non rationem praesumit aliquam aut inaestimabilem dei sui uoluntatem. si noster quoque deus propriae hostiae nomine martyria sibi depostulasset, quis illi exprobrasset funestam religionem et lugubres ritus et aram rogum et pollinctorem sacerdotem, et non beatum amplius reputasset quem deus comedisset?

8. Unum igitur gradum insistimus et in hoc solum prouocamus, an praecepta sint a deo ma⌊r⌋tyria, ut credas ratione praecepta, si praecepta cognoueris, quia ⌊ni⌋hil deus non ratione praeceperit. siquidem honorata est apud illu⌊m mors⌋ religiosorum ipsius, ut canit Dauid, non, opinor, ista communis ⌊et om⌋nium debitum — atquin ista etiam ignominiosa est ex elogio tra⌊nsgres⌋sionis et merito damnationis — sed illa quae in ipso aditur ex te⌊stimo⌋nio religionis et proelio confessionis pro iustitia et sacramento. ⌊si⌋cut Eseias, uidete inquit, quomodo perit iustus, et nemo excipi⌊t cor⌋de, et uiri iusti auferuntur, et nemo animaduertit; a f⌊acie enim⌋ iniustitiae perit iustus et erit honor sepulturae eius. habes ⌊hic⌋ quo⌊que⌋ et praedicationem et remunerationem martyriorum. a pri⌊mordio⌋ enim iustitia uim patitur. statim ut coli deus coepit, inuidiam ⌊religio⌋ sortita est. qui deo placuerat, occiditur, et quidem a frat⌊re. quo pro⌋cliuius impietas alienum sanguinem insectaretur, a suo au⌊spicata in⌋|sectata est f.60v

16] cf. Ps. 105, 5. 20] Es. 57, 1.

4 liquuit *Pam* 5 Latiari *Ciacconius* ad] in *Gel* 6 rationem praesumit aliquam *Gel:* ratione praesumit aliqua *AB* 7 inaestimabile *A* uoluntate *Oehlerus* 9 ille *A* lugebres *A* 10 beatum *om. A* 18 ista *A* 20 esaeias *A*, Esaias *B* uidete *Pam:* uidet *B*, uide *A* inquid *A corr.* 23 sepultura *A* 26 cepit *Rig* 27 (pro)clius *A* 28 sectaretur *A* au... ..... sectata *A* insectata *del. Pam* est. Denique *uel* est, denique *uulgo; correxi*

denique non modo iustorum, uerum etiam et prophetarum. Dauid exagitatur, Helias fugatur, Hieremias lapidatur, Eseias secatur, Zacharias inter altare et aedem trucidatur perennes cruoris sui maculas silicibus assignans. ipse clausula legis et prophetarum nec prophetes, sed angelus dictus contumeliosa caede truncatur in puellae salticae lucar. et utique qui spiritu dei agebantur, ab ipso in martyria ⌊di⌋rigebantur etiam patiendo quae et praedicassent. proinde et ⌊tr⌋ina fraternitas, cum dedicatio imaginis regiae turbam urgeret offi⌊c⌋ii, non ignorauerunt, quid fides, quae sola in illis captiua non fuerat, exi⌊ger⌋et, moriendum scilicet aduersus idololatrian. meminerant ⌊enim⌋ et Hieremiae scribentis ad eos, quibus illa captiuitas imminebat: ⌊et nunc ui⌋debitis deos Babyloniorum aureos et argenteos et ligneos por⌊tari super⌋ umeros ostentantes nationibus timorem. cauete igitur, ne ⌊et uos con⌋similes sitis allophylis et timore capiamini, dum aspicitis turbas ⌊ador⌋antes retro eos et ante, sed dicite in animo uestro: te domine ad⌊orare⌋ debemus. itaque dixerunt a deo concepta fiducia, quanto uigo⌊re anim⌋i condicionales illas minas regis excutiunt: non habemus ⌊necessi⌋tatem respondendi huic tuo imperio. est enim deus noster, ⌊quem⌋ colimus, potens eruere nos de fornace ignis et ex manibus tuis, ⌊et tunc m⌋anifestum fiet tibi, quod neque idolo tuo famulabimur nec ima⌊ginem t⌋uam auream, quam statuisti, adorabimus. o martyrium ⌊et sine⌋ passione perfectum! satis passi,
f. 61 satis exusti sunt, quos prop|terea deus texit, ne potestatem eius mentiti uiderentur. nam et Danielum, nullius praeter dei supplicem et idcirco a Chaldaeis delatum ac depostulatum,

6] cf. Matth. 14, 3 sqq. 13] Bar. 6, 3 sqq. 20] Dan. 3, 16.

2 Esaias *B* 6 salticae *Gel:* psalticae *B,* ⌊p⌋salticae *A* 7 etiam *Gel:* ut etiam *B,* ut et iam *A* ut iam patienda *Hartelius* 9 turbam *Iun:* urbem *AB* officii *scripsi*: officio *AB* ignouerunt *A* 12 quibus *B,* quos *A* 16 allofilis *A* 18 *dicite *A* 19 coepta *A* quando *Gel* 20 illas *om. B* excuciunt *A* 21 respondenti *A* 24 famulabimur *Gel:* famulabitur *AB* 27 existi *ex* exusti *sic A* 28 mentiri *A* danihelum *A,* Danielem *B* 29 suplicem *A* idcirco a callatum ac postolatum *A*

statim utique conclusa et usitata feritas leonum deuorasset, si Dar⌊ii⌋ digna praesumptio de deo falli debuisset. ceterum pati oportebat omnem dei praedicatorem atque cultorem, qui ad idololatrian prouocatus negasset obsequium, secundum illius quoque rationis statum, qua et praesentibus tunc et posteris deinceps commendari ueritatem oporteb⌊at⌋, pro qua fidem diceret passio ipsorum defensorum eius, quia ne⌊mo⌋ uoluisset frustra occidi, nisi compos ueritatis. talia a primordio et praecepta et exempla debitricem martyrii fidem ostendunt.

9. Superest, ne antiquitas suum forte habuerit sacrament⌊um⌋, nouitatem Christianam recensere, quasi et de deo aliam ac proinde de disciplina quoque aemulam, cuius sophia filios suos iugulare non norit. plane, alia in Christo et diuinitas et uoluntas et schola, qui martyria aut nulla in totum aut aliter intellegenda mandarit, qui neminem ad huiusmodi discrimen hortetur, qui pro eo passis nihil repromittat, quia pati eos nolit, et ideo praeceptorum princip⌊ia de⌋ducens, beati, inquit, qui persecutionem patiuntur ob iustitia⌊m, quoniam⌋ ipsorum est regnum caelorum? hoc quidem absolute ad omnes; ⌊dehinc pro⌋prie ad apostolos ipsos: beati eritis, cum uos dedecora⌊uerint et per⌋secuti fuerint et dixerint aduersus uos omnia mala p⌊ropter me⌋: gaudete et exultate, quoniam merces uestra plurima in cael⌊o: sic enim⌋ | (f. 61v) faciebant et prophetis patres illorum: ut etiam prophetaret, quod et ipsi occidi haberent ad exemplum prophetarum. quamquam etsi omnem hanc persecutionem condicionalem in solos tunc apostolos destinasset, utique per illos cum toto sacramento, cum propagine nominis, cum traduce spiritus sancti in nos quoque spectasset etiam

17] Matth. 5, 10 sqq. Luc. 6, 23.

3 dei *om.* *A* ad *om.* *A* 4 idololatriam *B* 5 quia *B* 7 defensorem *A* 8 frustra *om.* *B* 10 forte *B*, quoque *A* 11 nouitate *A* 12 de *add.* *Hartelius* sofia *A* 13 iugulandad[os] *A* non *om.* *A* 14 qui *om.* *B* 15 intellegendã andarit *A* neminem ad] in *A* 16 repromittat *A* 18 inquid *A* 19 ipsorum *A*, illorum *B* 24 illorum *A*, eorum *B* 26 quanquam *A* 27 condicionabilem *B* 28 per *om.* *A*

persecutionis obeundae disciplina ut in hereditarios discipulos et apostolici seminis frutices. nam et si rursus ad apostolos dirigit: ecce ego mittam uos tamquam oues in ⌊me⌋dio luporum, et: cauete ab hominibus; tradent enim uos in consessus et in synagogis suis flagellabunt uos et ad praesides et ad reges perducemini mei causa in testimonium illis et nationibus et cetera, tum autem subicit: tradet autem frater fratrem et pater filium in mortem et insurgent filii in parentes et mortificabunt eos, manifeste iniquitatem istam in ceteros pronuntiauit, quam in apostolis non inuenimus. nemo enim eorum aut fratrem aut patrem passus est traditorem, quod plerique iam nostri. dehinc ad apostolos reuocat: et eritis odio omnibus propter nomen meum. quanto magis nos, quos a parentibus quoque tradi oportet? ita ipsa hac permixtione nunc ad apostolos, nunc ad omnes disponendo ⌊eundem⌋ in uniuersos nominis exitum effundit, in quibus consede⌊rit no⌋men cum odii sui lege. qui autem sustinuerit usque in finem, iste ⌊saluu⌋s fiet. quid sustinendo, nisi persecutionem, nisi traditionem, ⌊nisi oc⌋-cisionem? nec enim aliud est sustinere in finem quam pati finem. ⌊et ide⌋o: non est discipulus super magistrum, f. 62 statim sequitur, nec ser|uus super dominum suum, quia cum magister et dominus ipse perpessus sit persecutionem et traditionem et occisionem, multo magis serui et discipuli eadem expendere debebunt, ne quasi superiores exempti de iniquitate uideantur, quando hoc ipsum sufficere eis ad gloriam debeat, aequari passionibus domini et magistri; ad quarum tolerantiam aedificans monet non eos timendos, qui solum corpus occidant, animam autem interficere non ualeant, sed

3] Matth. 10, 16 sqq. 13] ibid. 10, 22. 18] ibid. 21] ibid. 10, 24. 28] ibid. 10, 28.

2 et si *AB,* et *Gel,* et sic *Oehlerus* 3 mitto *B* tanquam *A* 4 tradent enim uos *om. A* 6 *posterius* ad *om. B* 7 cetera, tum *Hartelius:* cetera cum *AB,* cetera. cum *uulgo distinguitur* 9 surgent *A* 12 traditorem *om. A* 15 ipsa hac permistione *B,* ipsam hanc traditionem *ABmg* 17 effudit *A* considerit *A* 24 eadem *Urs:* eandem *AB*

illi potius metum consecrandum, qui et corpus et animam occidere et perdere possit in gehennam. quinam hi solius corporis interemptores, nisi praesides et reges supra dicti, homines opinor? quis etiam animae dominator, nisi deus solus? quis iste ignium comminator, nisi is, sine cuius uoluntate nec passerum alter in terram cadit, id est nec altera ex duabus subs⌊tan⌋tiis hominis, caro aut anima? quia et capillorum apud eum ⌊re⌋gestus est numerus. nolite ergo metuere, cum insuper dicit, multis pass⌊eribus⌋ antistatis, non frustra, id est non sine emolumento casuros in ter⌊ram repromittit, si magis ab hominibus quam a deo occidi deligamus. o⌊mnis⌋ igitur, qui in me confessus fuerit coram hominibus, et ego co⌊nfitebor⌋ in illo coram patre meo, qui in caelis est. et omnis, qui me neg⌊auerit⌋ coram hominibus, et ego negabo illum coram patre meo, qui in ca⌊elis est⌋. manifesta, ut opinor, definitio et ratio est tam confessionis qu⌊am nega⌋tionis, etsi dispositio diuersa est. qui se Christianum confitetu⌊r, Christi⌋ se esse testatur, qui Christi est, in Christo sit necesse est. si in Christo est, ⌊in Christo utique⌋ confitetur, cum se Christianum | confitetur. hoc enim non potest esse, nisi sit f. 62v in Christo. porro in Christo confitendo Christum quoque confitetur, qui sit in ipso, dum et ipse in illo est, utpote Christianus. nam et si diem dixeris, lucis rem ostendisti, quae diem praestat, licet non dixeris lucem. ita etsi non directo pronuntiauit qui me confessus fuerit, non est diuersus actus quotidianae confessionis a sensu dominicae pronuntiationis. quod enim est qui se confitetur, id est Christianum,

5] cf. Matth. 10, 29. 8] ibid. 10, 31. 11] ibid. 10, 32 sqq.

1 *alterum* et *om. A* animas *A* 2 gehenna *A* 3 intemptores *B* 4 anime *A* 5 iste ignium *Rig:* iste nisi ignium *AB* commitor *A* nisi is *om. A* 7 aut** *A* 8 est *om. A* 9 insuper *Iun:* super *B, om. A* 11 eligamus *B* 14 omni *A* negauerit me *B* 16 est et definitio et ratio tam *B* 18 se *om. B* 19 si in Christo est *om. A* confitetur cum se Christianum *om. A* 21 quoque *om. A* 22 ipso *scripsi:* Christo *AB* 23 et *sup. uers. A,* ut *Urs* ostendis *A* 27 quod enim est] quid enim? *fort.* qui *A,* cum *B*

etiam id, per quod est, confitetur, id est Christum. proinde qui se negauit Christianum, in Christo negauit, negando se esse in Christo, dum negat se Christianum; et Christum autem in se negando, dum se in Christo negat, Christum quoque negabit. ita et qui in Christo negauerit, Christum negabit et qui in Christo confessus fuerit, Christum confitebitur. suffe⌊cis⌋set igitur, etsi de confitendo tantummodo dominus pronuntiasset. ex ⌊for⌋ma enim confessionis contrario quoque eius praeiudicaretur, ⌊id est⌋ negationi, perinde negationem negatione rependi a domino, ⌊quem⌋admodum confessione confessionem. et ideo cum in forma confes⌊sioni⌋s etiam negationis condicio intellegatur, apparet non ad alium ⌊modum⌋ negationis pertinere, quod de ea aliter dominus pronunti⌊auit, qu⌋am de confessione dicendo, qui me negauerit, non, qui ⌊in me⌋. prospexerat enim et hanc uim plerumque in expugnatione ⌊nominis⌋ subsecuturam, ut qui se Christianum negasset, ipsum quoque ⌊Christum comp⌋elleretur blasphemando negare. sicut non olim † pro auspice cum tota fide quorundam colluctatum
f. 63 hoc modo | horruimus. itaque frustra erit dicere: etsi me negauero Christianum, non negabor a Christo, non enim ipsum negaui. ex illa enim negatione tantundem tenebitur, quia se Christianum negando Christum in se negans etiam ipsum negauit. plus est autem quod et confusioni confusionem comminatur: qui me confusus fuerit coram hominibus, et ego confundar eum coram patre meo, qui est in caelis. sciebat enim a confusione uel maxime formari negationem, mentis statum in fronte consistere, priorem esse pudoris quam corporis plagam.

10. Qui uero non hic, id est non intra hunc ambitum terrae nec per hunc commeatum uitae nec apud homines huius

3 in Christo esse *B* se *om. A* 5 negabit *A*, negauit *B* 9 proinde *B* negatione negationem *B*, negationi negationem *Rig* 10 confessioni confessionem *A* 12 conditio *A* non *om. B* negotiationis *A* 13 deus *B* 16 ipse *B* 18 *ante* auspice *duae litterae perierunt in A; Tertullianus tale quid scripsisse uidetur* non olim praesidem aliquem diabolo auspice proconsulem non olim improbo auspice *Hartelius* cum in *B* 19 negauero *B*, negabo *A* 21 quia *scripsi:* qua *AB* 23 confusionis *A corr.* 24 confessus *A* 25 in caelis est *B* 26 negotiationem *A*

communis naturae confessionem putant constitutam, quanta praesumptio est aduersus omnem ordinem rerum in terris istis et in uita ista et sub huma⌊nis⌋ potestatibus experiundarum? nimirum cum animae d⌊e corpori⌋bus excesserint et per singula tabulata caelorum de receptu ⌊dispi⌋ci coeperint et interrogari arcana illa haereticorum sacra⌊men⌋ta, tunc confitendum apud ueras potestates et ueros homine⌊s, T⌋eletos scilicet et Acinetos et Abascantos Valentini. nostra⌊tes⌋ enim, inquiunt, nec ipse Demiurgus constanter homines proba⌊bat, quos⌋ stillicidium situlae et puluerem areae et sputamen et ⌊locustas⌋ deputauit, etiam inrationalibus iumentis adaequauit. ⌊pla⌋ne, ita scriptum. non tamen idcirco aliud hominis genus int⌊ellegen⌋dum praeter nos, quos, quia constat esse, comparatio⌊ne potuit⌋ | induere f.63v salua et proprietate generis et singularitate. neque enim si uita uitiata est, ut despectui iudicata despectis compararetur, statim natura sublata est, ut alia in nomine eius deputaretur. atquin seruatur natura, etsi suffunditur uita, nec alios nouit Christus homines quam de quibus dicit: *quem me aiunt esse homines?* et: *quomodo uultis ut faciant uobis homines, ita et uos facite illis.* uide an seruauerit genus, a quibus et testimonium sui expectet et in quos iustitiae uicem mandat. illos autem caelestes homines si expostulem mihi ostendi, facilius Aratus Persea et Cephea et Erigonam et Ariadnam inter sidera deliniabit. quis autem prohibuit dominum illic etiam confessionem hominum faciendam manifeste

18] Matth. 14, 13. 19] Matth. 7, 12; Luc. 6, 31.

1 naturae communis *B* 3 et *prius om. A* subi *A* 4 excesserunt *A* 5 receptu *Lat:* recepto *B,* respecto *A,* praecepto *Rig* 6 archana *A* hereticorum *A* 7 theletos *Rig* et *om. A* Abascantos et Acinetos *Rig:* aginetos et abascantos *A,* Abascantos et Aginetos *B,* Abascantos et Ageratos *Urs,* Abascantos et Agennetos *Iun* 8 ipse demiurgus *A,* ipsi eadem iurgiis *B* 9 probabit *B* probabat ueros esse (non esse *Pam*) *Pam, Rig* stilicidium *A* 10 aereae *A* 13 quos *Lat:* quod *AB* 14 singulatate *A* 15 adiudicata *fort.* dispectis *A* 17 adquin *A* 18 Christus *B,* dominus *A* 20 ita et uos *A,* et uos ita *B,* et ita uos *Rig* 23 Aratus *om. A* Persea et Cephea et *B,* perseacen et *A* aerigonã *A,* Erigonem *B* 24 Ariadnen *B* deliniabat *B* dñs *A* 25 manifeste *om. B*

determinare, ubi suam futuram ⌊aperte⌋ pronuntiauit, ut ita esset positum: qui in me confessus fue⌊rit coram⌋ hominibus in caelis, et ego in illo confitebor coram patre meo, qui in ⌊caelis est⌋? eripere me debuit ex isto terrenae confessionis errore, quam suscipi noluisset, si caelestem praecepisset, quia nullos alios homines noueram praeter incolas terrae, ne ipso quidem adhuc tunc in caelis homine conspecto. quae porro fides rerum, ut post excessum ad superna subleuatus illic probarer, quo non nisi iam pro⌊batus⌋ inponerer, illic de receptu examinarer, quo nisi ad⌊mittendu⌋s peruenire non possem? Christiano caelum ante patet ⌊quam u⌋ia; quia nulla uia in caelum, nisi cui patet caelum; quod qui attigerit, f. 64 intrabit. quas mihi potestates ianitrices adfirmas | iuxta Romanam superstitionem, † Barnum quendam et Forculum et Limentinum? quas a cancellis ordinas potestates? si umquam legisti apud Dauid: auferte portas, principes, uestri, et subleuentur portae aeternae, et intrabit rex gloriae, si item audisti apud Amos: qui ascensum suum aedificat in caelos, et profusionem suam fundat in terras, scito et ascensum illum exinde conplanatum uestigiis domini et introitum exinde reseratum uiribus Christi, nec ullam moram aut quaestionem in limine Christianis occursuram, qui non dinosci habe⌊ant il⌋lic, sed agnosci, nec interrogari, sed admitti. nam etsi adhuc ⌊clau⌋sum putas caelum, memento claues eius hic dominum Petro et per eum ecclesiae reliquisse, quas hic unusquisque interrogatus atque ⌊con⌋fessus feret secum. sed asseuerat diabolus illic confitend⌊um, ut⌋ suadeat hic negandum. pulchra uidelicet documenta ⌊praemit⌋tam, bonas mecum claues

2] Matth. 10, 32. 16] Ps. 24, 7. 18] Amos 9, 6.

1 ut] at *Iun* 3 in caelis *om. A* in illum *B* 4 & ex *A* 5 si *Gel:* etsi *AB* 7 *ante* in *tres litterae perierunt:* tunc . . nō in *sic Hild**; *fortasse dittographia olim fuit* 9 sublatus *B* probarer *Urs:* prober *AB* 10 praecepto *ABmg,* recepto *Urs* exanimarer *A* 14 Cardum *Gel,* Cardeam *Pam,* Ianum *Rig,* Carnum *Hild* quandam *Pam* 16 legistis *A* uestras *B* 18 aedificat* *A* 19 promissionem *Bmg* cito *A* 21 reseruatum *B* 22 quaescionem *A* 24 eius *om. A* 25 dñs *A*

feram, timorem eorum, qui solum corpus occidunt, animae autem nihil faciunt: commendatus ero huius praecepti desertione, honeste in caelestibus stabo, qui ˻in terrenis˼ stare non potui, sustinebo maiores potestates, qui minoribus cessi, merebor utique admitti iam exclusus. suppetit adhuc dicere: si in caelestibus confitendum, et hic negandum est. nam ubi alterum, ibi utrumque. aemula enim quaeque concurrunt. etiam persecutionem in caelis agitari oportebit, quae confessionis negationisue materia est. quid itaque cessas, audacissime | hae- f. 64v retice, totum ordinem Christianae concussionis in superna transferre et inprimis ipsum nominis odium illic collocare, ubi ad patris dexteram praesidet Christus? illic constitues et synagogas Iudaeorum, fontes persecutionum, apud quas apostoli flagella perpessi sunt, et populos nationum cum suo quidem circo, ubi facile conclamant: usque quo genus tertium? sed et fratres nostros et patres et filios et socrus et nurus et domesticos nostros ibidem exhibere debetis, per quos traditio disposita est; item reges et praesides et armatas potestates, apud quas causa pugnanda est. erit certe ˻etiam˼ carcer in caelo carens sole aut ingratis luminosus ˻et uincu˼la fortasse de zonis et eculeus axis ipse qui torquet. ˻tum si˼ lapidandus Christianus, grandines aderunt, si urendus, fulmina prae manu sunt, si trucidandus, Orionis armati ma˻nu˼s operabitur, si bestiis finiendus, ursas septentrio emittet, zodiacus tauros et leones. haec qui sustinuerit in finem, iste erit saluus. ergone et finis in caelis et passio et occisio et prima confessio? et ubi caro omnibus istis necessaria? ubi corpus, quod solum ab hominibus habet occidi? haec nobis etiam ludicrum in modum certa ratio mandauit nec ullus obicem praescriptionis

1] cf. Matth. 10, 28.

1 anime *A* 2 ero] ergo *Hartelius* 5 utique *A*, denique *B* 6 et hic *A*, uel *B*, est, hic *fort.* nam *A*, ne *B*, nae *Gel* 7 ibidem *B* 8 negationisuae *A* 10 christiane *A* concusisionis *A corr.* 12 dextera *A* illi *B* 15 tertium *AB*, tetrum *Urs* sed et patrem et fratres et filios *A* 17 debebis *Urs* 19 quas *B*, quos *A* pugnanda *B*, purganda *ABmg* etiam *B*, & *A* 21 torqueat *Iun* 22 manus *Pam:* munus *AB* 24 septenario *A* mittaet *A*

istius extrudet, ut non omnem ordinem persecutionis, omnem eius causam formam paraturam illuc transferre cogatur, ubi confession⌊i for⌋um dederit. siquidem confessio a persecutione f. 65 deducitur | et persecutio in confessione finitur nec possunt non una sequi quae et aditum et exitum, id est initium finemque disponunt. p⌊or⌋ro et odium nominis hic erit et persecutio hic erumpit et traditio hic producit et interrogatio hic compellit et carnificina hic desaeuit; at totum hunc ordinem in terris confessio uel negatio expungit. igitur si cetera hic, nec confessio alibi; si confessio alibi, nec cetera hic. enimuero non alibi cetera, itaque nec confessio in caelo. aut si aliam uolunt esse rationem interrogationis et confessionis caelestis, utique et ordinem suum illi struere debebunt alium longe et ab ista dispositione diuersum, quae s⌊crip⌋turis notatur. et possumus dicere: uiderint, dum hic ⌊or⌋do terrenae interrogationis et confessionis ex mater⌊ia de⌋currens persecutionis et discordiae publicae omni⌊no salu⌋us sit, sua e fide ut ita credendum sit, sicut et scribitur, ita intellegendum sit, sicuti auditur. hic omnem ordinem sustinemus ipso domino ⌊non⌋ aliam regionem mundi destinante. quid enim post confessionis et negationis terminum subiungit? ne putaueritis ⌊ue⌋nisse me, uti pacem mittam in terram, sed machaeram, certe in terram. ueni enim diuidere hominem aduersus patrem suum et filiam aduersus matrem suam et socrum aduersus nurum suam, et inimici hominis domestici sui. sic enim efficitur, ut tradat frater fratrem in mortem et f. 65v pater filium et insurgant filii in parentes et mori |

21] Matth. 10, 34 sqq. 26] ibid. 10, 21 sqq.

2 causae *B* formam *scripsi:* firmam *AB* 3 confessionẽ *ut uidetur A* 8 at *scripsi:* et *AB* 9 expugit *A* 11 aliam *B*, iam *A* esse *A* 12 rationis *A* interrogationis et *om. A* caelestibus *A* 14 diuersumque scripturis *B* possimus *A* 16 ex *B*, et *A* 17 omnino *scripsi:* in no⌊men⌋ *AB* *post* sit *uirgulam posui, post* fide *sustuli* sua e fide *scripsi:* suae fidei *AB* ut *add. Urs* 18 sicuti *B*, uti *A* 19 sustinemus *scripsi:* sustinens *AB*, sustineo *Gel* 20 destinante *Gel:* destinantem *AB* 22 sed macheram *A*, non ueni sed ut machaeram *B* 25 suam *om. A* homini *Gel*

eos faciant. et qui sustinuerit in finem, iste sit saluus. adeo totus hic ordo dominicae machaerae non in caelum missae, sed in terram, illic constituit etiam confessionem, quae in finem sustinendo passura est mortem.

11. Eadem igitur forma cetera quoque ad martyrii statum pertinere defendimus. qui pluris, inquit, fecerit etiam animam suam quam me, non est me dignus, id est qui maluerit uiuere me negando quam mori confitendo, et, qui animam suam inuenerit, perdet ill⌊am, qu⌋i uero perdiderit mei causa, inueniet illam. perinde ⌊enim in⌋uenit eam qui negat lucri faciendo uitam, ut perdet ⌊in gehe⌋nnam qui se putat negando lucri facere eam. perdet autem ⌊eam ad prae⌋sens qui confessus occiditur, sed et inuenturus eam in ⌊uitam aete⌋rnam. ipsi denique praesides cum cohortantur negationi, ⌊serua anim⌋am tuam! dicunt, et, noli animam tuam perdere! quomodo l⌊oquer⌋etur Christus, nisi quomodo tractaretur Christianus? sed ⌊cum⌋ prohibet meditari responsionem ad tribunal, famulos suos ⌊instruit, s⌋piritum sanctum responsurum repromittit, et cum in carcere fra⌊trem uul⌋t uisitari, confessoris imperat curam, et cum deum uindictam f⌊actu⌋rum electorum suorum affirmat, passiones consolatur illorum, et⌊iam⌋ in parabola seminis post cespitem arefacti persecutio⌊num⌋ figurat ardorem. haec si non ita accipiuntur, quemad⌊modum pronu⌋ntiantur, sine dubio praeter quam sonant sapiunt, et ⌊aliud in uo⌋cibus erit, aliud in sensibus, ut allegoriae, ut parabolae, ut aenigmata. quem|cumque igitur con- f.66

6] Luc. 14, 26. 8] Matth. 10, 39. 18] cf. ibid. 10, 19. 19] cf. ibid. 25, 36. 20] cf. Luc. 18, 7. 22] cf. Matth. 13, 3 sq.

1 iste *A*, hic *B* saluus erit *B* 2 totus *ABmg*, tutus *B* hic *om. A* macherae *A*, maceriae *B* 3 terras *B* 6 inquid *A* 8 me *om. A* et *om. B* 9 perdit *A* 10 perdiderit illam *B* perinde *scripsi:* proinde *AB* 11 eam *A*, ille *B* negarit *B* ut perdet *Iun* 13 et *om. B* 14 cohortantur *B*, ortantur *A* 15 et *A*, ei *B* 17 sed & *A* 19 carcerem *A* 20 confessoris *Gel:* confessuris *AB* 22 sermonis *A* in persecutionum *AB;* in *om. Gel* 25 erit aliud in sensibus *om. A* 26 ut parabolae *B*, et parabole *A* enigmata *A* quemcunque *B*, quācumque *A*, quodcunque *Iun*

ceperint uentum argumentationis scorpii isti, quocunque se acumine inpegerint, una iam linea est, ad ipsas res prouocabuntur, an secundum scripturas transigantur. siquidem tunc aliud significabitur in scripturis, si non id ipsum reperiatur in rebus. quod enim scriptum est, hoc euenire oportebit. porro tunc eueniet quod est scriptum, si non aliter eueniet. ecce a⌊utem⌋ et odio habemur ab omnibus hominibus nominis causa, quom⌊odo⌋ et scriptum est, et tradimur etiam a proximis, quomodo et scr⌊iptum est⌋, et perducimur ad potestates et interrogamur et torquem⌊ur et⌋ confitemur et trucidamur, quomodo et scriptum est. sic ⌊dominus edixit⌋. si aliter edixit haec, cur non aliter eueniunt quae edix⌊it⌋, id est quemadmodum edixit? atquin non aliter eueniunt quam edixit; ergo sicut eueniunt, ita edixit et sicut edixit, ita eueniunt. nam nec licuisset aliter euenire quam edixit ⌊nec ip⌋se aliter edixisset quam euenire uoluisset. ita non aliud s⌊ignifica⌋bunt scripturae istae quam in rebus recognoscimus: aut, si no⌊ndum⌋ aguntur illa quae praedicantur, quomodo haec quae aguntur praedicata non sunt? non sunt enim haec praedicata qua⌊e agun⌋tur, si alia sunt quae praedicantur et non haec quae ag⌊un⌋tur. at nunc quia ipsa sunt in rebus quae in uocibus aliter ⌊dicta cre⌋duntur, quid fieret, si aliter facta inuenirentur? sed ⌊haec erit⌋ peruersitas fidei, probata non credere, non probata p⌊raesume⌋re. cui peruersitati illud quoque opponam, ut, si haec, q⌊uae sic aguntur⌋ quemadmodum scripta sunt, non erunt ipsa quae praedic⌊antur, alia quo⌋que non debeant sic f.66v agi quemadmodum scripta sunt, n⌊e et ipsa horum⌋ | exemplo periclitentur excludi, siquidem aliud in uocibus, aliud in rebus est, et relinquitur nec praedicata uideri, cum euenerint, si

1 uentum *AB,* uenenum *Iun* 4 significabatur *A* 5 uenire *A* 6 est *A,* et *B* aliud *A* 8. 9. 11 et *ante* scriptum est *om. A* 11 sicut *A* 12 quae *A,* quam *B* id est—15 euenire quam edixit *om. A* 15 licuisset et *B;* et *del. Gel* 17 istae *om. A* recognoscitur *Gel* at *Gel* 18 haec quae aguntur *Gel:* aguntur haec quae *B,* aguntur (quae) *A* 21 nunc quia] cum *Ciacconius* et in *B* 22 acta *B* 23 erit *B,* est *Rig* 26 alia *scripsi:* illa *B* quoque *Oehlerus:* quae *B,* (que) *A* 28 aliut *A* 29 et *om. A,* ita *Iun* euenerit *A*

aliter praedicantur, quam euenire habent. et quomodo credentur quae non erunt praedicata quia non ita sunt praedicata quomodo eueniunt? ita haeretici quae praedicantur non ut probata sunt credendo ea quae nec ⌊p⌋raedicata sunt credunt.

12. Quis nunc medullam scripturarum ⌊m⌋agis nosset, quam ipsa Christi schola? quos et sibi discipulos dominus ⌊ado⌋ptauit omnia utique edocendos et nobis magistros adordina⌊uit o⌋mnia utique docturos. cui potius figuram uocis suae decla⌊rasset, qu⌋am cui effigiem gloriae suae reuelauit, Petro Iohan⌊ni Iacobo⌋ et postea Paulo, quem paradisi quoque conpotem ⌊fecit ante⌋ martyrium? an et illi aliter, quam sentiunt, scribunt, ⌊fallaciae⌋ magistri, non ueritatis? Petrus quidem ad Ponticos, ⌊quanta en⌋im, inquit, gloria, si non delinquentes ut puniamini sustine⌊tis? ha⌋ec enim gratia est, in hoc et uocati estis, quoniam et Christus passus ⌊est pro nobi⌋s, relinquens uobis exemplum semetipsum, uti adsequa⌊mini ues⌋tigia ipsius. et rursus: dilecti, ne epauescatis usti⌊onem, quae⌋ agitur in uobis in temptationem, quasi nouum accidat ⌊uobis. et⌋enim secundum quod communicatis passionibus Christi, ⌊gaudete, u⌋ti et in reuelatione gloriae eius gaudeatis exultan⌊tes. si dedec⌋oramini in nomine Christi, beati estis, quod gloria et dei ⌊spiritus requiesc⌋it in uobis, dum ne quis uestrum patiatur ut homicida | aut fur f.67 aut maleficus aut alieni speculator, si autem ut Christian⌊us⌋, ne erubescat, glorificet autem dominum in nomine isto. Iohannes ue⌊ro, ut⌋ etiam pro fratribus nostris animas ponamus, hortatur negans ⌊ti⌋morem esse in dilectione. perfecta enim dilectio foras abicit timorem, quoniam

13] 1 Petr. 2, 20 sqq. 17] ibid. 4, 12 sqq. 29] 1 Ioh. 4, 18.

2 erint *A* quia non ita erunt *(immo* sunt*)* praedicata *add. Rig* 3 quodo *A* heretici que *A* 4 ne *A* 5 qui *A* medullas *B* 7 adordinauit *A*, ordinauit *B* 8 utaque *A corr.* 13 inquit *om. A* delinquentes ut *scripsi:* ut delinquentes *AB* si ⟨ut delinquentes et colaphizati sustinetis? sed si⟩ non ut delinquentes punimini et sustinetis, haec gratia *Harnackius* 17 dilectione expauescatis *B* 23 quoniam *Gel* gloriae *Iun* requiescet *B* 24 ut *om. A* 26 dñi *A* 27 uero ut *B*, ue . . *A*; *Hild uoculam* ut *ab A afuisse coniecit*

timor poenam habet, et qui timet non est perfectus in ⌊di⌋lectione. quem timorem intellegi praestet, nisi negationis ⌊aucto⌋rem? quam dilectionem perfectam adfirmat, nisi fugatricem tim⌊o⌋ris et animatricem confessionis? qua poena timore⌊m puniat⌋, nisi quam negator relaturus est cum corpore et a⌊nima occi⌋dendus in gehenna? quodsi pro fratribus, quanto magis ⌊pro⌋ domino moriendum docet, satis de apocalypsi quoque sua ⌊instructus⌋ haec suadere? mandauerat etenim spiritus ad angelum ec⌊clesiae S⌋myrnaeorum: ecce diabolus ex numero tuo coniciet ⌊in carce⌋rem, ut temptemini diebus decem. esto fidelis ad mo⌊rtem usque, et da⌋bo tibi uitae coronam. item ad Pergamenorum de Anti⌊pa, fide⌋lissimo martyre, interfecto in habitatione sata⌊nae. item⌋ ad Philadelphenorum, quod a temptatione ultima libe⌊raretur⌋, qui domini nomen non negarat. exinde uictoribus qu⌊ibusque promittit⌋ nunc arborem uitae et mortis ueniam secundae, nun⌊c latens man⌋na cum calculo candido et nomine ignoto, nunc f⌊erreae uir⌋gae potestatem et stellae matutinae claritatem, n⌊unc albam uesti⌋ri nec deleri de libro uitae et columnam fieri in dei te⌊mplo in nomine⌋ | (f. 67v) dei et domini et Hierusalem caelestis inscriptam, nunc residere cum domino ⌊in⌋ throno eius, quod aliquando Zebedaei filiis negabatur. quinam isti tam beati uictores, nisi proprie martyres? illorum etenim uictoriae, quorum et pugnae, eorum uero pugnae, quorum et sanguis. sed et ⌊in⌋terim sub altari martyrum animae placidum quiescunt et fiducia ultionis patientiam pascunt et indutae stolis candi⌊d⌋am claritatis usurpant, donec et alii consortium illorum

9] Apoc. 2, 10. 12 sq. 12] cf. Apoc. 2, 3. 22] cf. Matth. 20, 20 sq.

2 praestat *B* 4 qua poena timorem *Aug. Neander:* quam poenam timore *AB* 6 gehennam *B* 7 apocalipsi *A* 9 smyrneorum *A* 10 coniicit *B* 11 mortem usque et dabo *B,* mo . . . . bo *A;* usque *afuit ab A* 14 filadelphenorũ *A* 15 uictorib: qu . . . . *A,* uictori cuique *B; Oehlerus* quibusque *A habuisse intellexit* 21 inscripta *A* dõ *A* 22 zebedei *A* 23 propriae *A* 26 ultionis ultionis *A* patientiam pascunt et indutaest olis *A,* patientiam pascunt et indutae stolis *Bmg, om. B* 27 candidam *ABmg,* candidae *B* usurpant donec et alii *B,* susuraiit onec *(ante* o *lacuna unius litterae)* alii *A* illarum *B*

gloriae impleant. nam et rursus innumera multitudo albati et palmis uictoriae insignes reuelantur, scilicet de Antichristo triumphantes, ⌊sicut u⌋nus ex presbyteris, hi sunt, ait, qui ueniunt ex illa pres⌊sura m⌋agna et lauerunt uestimentum suum et candidauerunt ⌊ipsum in sang⌋uine agni. uestitus enim animae caro. sordes qui⌊dem bap⌋tismate abluuntur, maculae uero martyrio candi⌊dantur⌋. quia et Eseias ex russeo et coccino niueum et laneum ⌊reprom⌋ittit. magna etiam Babylon cum describitur ebria ⌊sanctorum⌋ cruore, sine dubio ebrietas eius martyriorum poculis ⌊ministra⌋tur, quorum formido quid relatura sit aeque osten⌊ditur. inter⌋ omnes enim reprobos, immo ante omnes, timidi. timidis autem, inquit, ⌊dehinc c⌋eteris particula in stagno ignis et sulfuris. sic timor [⌊in epistola] ei⌋us, quem dilectio foras abicit, habet poenam.

13. Paulus ⌊uero apo⌋stolus de persecutore, qui primus ecclesiae sanguinem ⌊fudit, postea⌋ gladium stilo mutans et conuertens machaeram in ara|trum, lupus rapax Beniamin, dehinc f. 68 ipse adferens escam secundum Iacob, qualiter martyria iam et sibi optabilia commendat! cum de Thessalonicensibus gaudens, uti, inquit, gloriemur in uob⌊is⌋ in ecclesiis dei pro tolerantia uestra et fide in omnibus persecu⌊tio⌋nibus et pressuris, quibus sustinetis ostentamen iusti iudi⌊cii⌋ dei, ut digni habeamini regno eius, pro quo et patimini. sic⌊ut⌋ et ad Romanos: non solum autem, uerum etiam exultantes in pressuris, certi, quod pressura tolerantiam perficiat, tole⌊ran⌋tia uero probationem, probatio autem spem, spes uero non confundit.

3] Apoc. 7, 14. 7] cf. Es. 1, 18. 12] Apoc. 21, 8. 21] 2 Thess. 1, 3. 4. 25] Rom. 5, 3 sqq. 11.

1 albatis *B* 2 uictoria *B* triumfantes *A*, triumphales *B* 3 presbiteris *A* uenerunt *A* 4 pres(sura) *A* 6 et qui(dem) *A* macule *A* 7 rufo *B* 8 coctino *A* 12 timidi *add. Oehlerus* inquid *A* 13 sulfuris *A* 14 eius in epistola *Gel* *uerba* in epistola *seclusi* 18 macheram *A* 19 adferens ipse *Gel* etiam escam *B* 20 de *om. A* 21 inquid *A* 23 praessuris *A sic fere semper* 26 certe *B* praestolerantiam *A* 27 perfici *B*

et rursus: quodsi filii et heredes, heredes quidem dei, coheredes ⌊ue⌋ro Christi; siquidem compatimur, uti et cum illo ⌊glori⌋ficemur. reputo enim passiones huius temporis non es⌊se dig⌋nas ad gloriam, quae in nos habeat reuelari. et ideo p⌊ostmo⌋dum, quis, inquit, separabit nos a dilectione Christi? p⌊ressura an⌋ angustia an famis an nuditas an periculum an ⌊machaera? se⌋cundum quod scriptum est: tua causa mortificamur to⌊ta die⌋; deputati sumus ut pecora iugulationis, sed in omni⌊bus istis⌋ superuincimus pro eo qui nos dilexit. persuasum ⌊enim ha⌋bemus, quod neque mors neque uita neque uirtus ⌊neque sub⌋limitas neque profundum neque alia condicio poterit no⌊s a dilec⌋tione dei separare, quae est in Christo Iesu domino nostro. sed et ⌊Corinthii⌋s passiones suas enumerans patiendum utique prae- f.68v fini⌊uit: in | la⌋boribus abundantius, in carceribus plurimum, in mortibus saepius, a Iudaeis quinquies quadragenas citra unam accepi, ter uirgis caesus, semel lapidatus, et reli⌊q⌋ua. quae si magis incommoda quam martyria uidebuntur, tamen rursus, propter quod, inquit, boni duco in infirmitatibus, in iniuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. etiam in superioribus: qui in omnibus tribulemur, sed non coangustemur, et ⌊i⌋ndigeamus, sed non perindigeamus, qui persecutionibus ⌊agitemu⌋r, sed non derelinquamur, qui deiciamur, sed non ⌊per⌋eamus, semper mortificationem Christi in corpore nostro cir⌊cumfe-

1] Rom. 8, 17 sqq. 35. 16] 2 Cor. 11, 23 sqq. 20] ibid. 12, 10. 23] ibid. 4, 8 sqq.

1 heredes quidem *om.* *A* 2 compatimur *Gel:* compatiamur *AB* 3 passionis *A* 4 *sq.* in nobis reuelabitur *A* inquid *A* 7 fames *B* machaera *B*, gla . . . . *A* 8 est scriptum *B* tui *B* 9 deputati∗ *A* 12 profunditas *B* 13 conditio *A* 14 et *om.* *B* 15 paciendũ *A* 16 in carceribus plurimum *om.* *A* 18 quadragenas *B*, .L. *A* 20 uidebantur *A* inquid *A* 21 iniuris *A* 22 xp̃o *A* 23 tribulemur sed non *om.* *A* 24 congustemur *B* 25 qui *scripsi:* quoniam *AB*, qui etiam *Iun* derelinquemur *A corr.* 26 . . . eamur *A corr.*

rente⌟s. sed etsi, inquit, exterior homo noster uitiatur, ⌞caro scilic⌟et ui persecutionum, sed interior renouatur die et di⌞e, ani⌟ma scilicet spe promissionum. nam quod ad praesens ⌞tempora⌟le et leue pressurae nostrae per supergressum in super⌞gressum⌟ aeternum pondus gloriae perficit, nobis non intuenti⌞bus qu⌟ae uidentur, sed quae non uidentur. quae enim uiden⌞tur tem⌟poralia, de incommodis dicens, quae uero non uidentur aeterna, de praemiis spondens. Thessalonicensibus ⌞uero de ui⌟nculis scribens utique beatos affirmauit quibus ⌞donatum e⌟sset non tantum credere in Christum, sed etiam pro ipso pati. ⌞eundem, in⌟quit, agonem habentes quem in me et uidistis et nunc ⌞auditis⌟. nam etsi libor super sacrificium, gaudeo et congaudeo ⌞omnibus uob⌟is, perinde et uos gaudete et congaudete mihi. | uides, quam martyrii definiat felici- f.69 tatem, cui de gaudio mutuo adquirit sollemnitatem. ut proximus denique uoti sui factus est, qualiter de prospectu eius exultans scribit Timotheo: ego enim libor iam, et tempus diiunctionis instat; agonem bonum decertaui, cursum consummaui, fidem custodiui; superest corona, quam mihi dominus illa die reddet, scilicet passionis. satis et ips⌞e supra⌟ allocutus: fidelis sermo. si enim commortui sumus Christo, et ⌞conui⌟uemus, si sufferimus, et conregnabimus, si negauerimus, et ⌞il⌟le nos negabit: si non credimus, ille fidelis est, negare se non ⌞po⌟test. ne ergo confundaris martyrium domini nostri, neque me uinctum ⌞eius⌟; quia praedixerat: non enim dedit nobis deus spiritum timoris, ⌞sed uir-

1] 2 Cor. 4, 16 sqq. 11] Phil. 2, 17 sqq. 18] 2 Tim. 2, 6 sqq. 22] ibid. 2, 11. 26] ibid. 1, 8. 28] ibid. 1, 7.

5 in supergressum *A*, insuper per *B* 8 praemiis *B*, promissis *A* 9 thesasalonicensibus *A corr.*, philippensibus *Pam* 11 Christum *B*, ihm̃ *A* pati pro ipso *B* 12 *prius* et *om. B* 13 audistis *Rig* 16 de *om. A* sollempnitatẽ *A* proximis *B* 18 exultat scribens *B*, exultat dicens *Gel* iam libor *B* 19 diiunctionis *A*, disiunctionis *Bmg*, deuersionis *B* insistit *B* 25 negabit nos *A* 26 martyrium *Gel:* martyrio *AB* 27 nostri *om. A* me *om. A* 28 timiditatis *B*

tu⌋tis et dilectionis et sanae mentis. uirtute enim patimur ex ⌊di⌋lectione in deum, et sana mente, cum ob innocentiam pati⌊mur⌋. sed et sicubi tolerantiam praecipit, quibus magis eam q⌊uam passi⌋onibus prospicit? sicubi ab idololatria diuellit, quid e⌊i magis⌋ quam martyria praeuellit?

14. Plane monet Romanos ⌊omnibus⌋ potestatibus subici, quia non sit potestas nisi a deo, et ⌊quia non si⌋ne causa gladium gestet, et quia ministerium sit dei, sed ⌊et ultrix, inquit, in i⌋ram ei qui malum fecerit. nam et praemiserat: principes e⌊nim non sunt⌋ timori boni operis, sed mali. uis autem non timere potes⌊tatem⌋, fac bonum, et laudem ab ea referes. dei ergo ministra est t⌊ibi in bo⌋num. si uero malum facias, time. ita non in occasione frustra⌊ndi⌋ | (f.69v) martyrii iubet te subici potestatibus, sed in prouocatione bene uiuendi, etiam sub illarum respectu, quasi adiutricum iustitiae, quasi ministrarum diuini iudicii hic etiam de nocentibus praeiudicantis. dehinc et exequitur, quomodo uelit te subici potestatibus, reddite, iubens, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal, id est quae sunt Caesaris Caesari, et quae dei deo; solius autem dei homo. condixerat scilicet Petrus regem quidem honorandum, ut tamen ⌊t⌋unc rex honoretur, cum suis rebus insistit, cum a diuinis hono⌊ribu⌋s longe est; quia et pater et mater diligentur cum deo, ⌊non⌋ conparabuntur. ceterum super deum diligere nec animam lice⌊bit⌋.

15. Num ergo et apostolorum litterae mobiles? et nos usque⌊quaqu⌋e simplices animae et solummodo columbae libenter

6] cf. Rom. 13, 1 sqq. 8] ibid. 13, 4. 10] ibid. 13, 3. 18] ibid. 13, 7. cf. Matth. 22, 21. 21] cf. 1 Petr. 2, 13.

3 praecipit *A* 7 et *om. B* 8 gestat *A* ministra *B* et *add. Gel: afuit etiam ab A* 9 (i)ra *A* ei *om. A* fecerat *A corr.* 10 timoris *A*, timores *Oehlerus* bono operi sed malo *B* 11 bonum fac *B* 12 hab *A* minister *A*, ministerium *Hild* 16 adiutricum tributum *A*. adiutricum tributarum *Oehlerus* ministrum *A* 18 te *om. A* reddite *A*, reddere *B* 20 di *A* solius *Urs:* solus *AB* 24 deliguntur *A* 25 diligi *A* 26 nunc *A* mobiles *Urs:* nobiles *AB*, nubilae *Iun*

erran⌞tes? cr⌟edo uiuendi cupiditate. ita uero sit, ut recedant a litte⌞ris suis⌟ sensus. quae tamen passos apostolos scimus, manifes⌞ta doct⌟rina est. hanc intellego solam Acta decurrens, ni⌞hil qua⌟ero. carceres illic et uincula et flagella et saxa et ⌞gla⌟dii et impetus Iudaeorum et coetus nationum et tribunorum ⌞elogia⌟ et regum auditoria et proconsulum tribunalia et Cae⌞saris nomen⌟ interpretem non habent. quod Petrus caeditur, ⌞quod⌟ Stephanus opprimitur, quod Iacobus immolatur, quod Pau⌞lus dis⌟trahitur, ipsorum sanguine scripta sunt. et si fidem commenta⌞rii uol⌟uerit haereticus, instrumenta imperii loquentur, | ut lapides Hierusalem. uitas Caesarum legimus: orientem fidem f. 70 Romae primus Nero cruentauit. tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruci adstringitur. tunc Paulus ciuitatis Romanae consequitur natiuitatem, cum illic martyrii renascitur generositate. haec ubicumque iam legero, pati disco; nec mea interest, quos sequar martyrii magistros, sensusne an exitus apost⌞olorum⌟, nisi quod et sensus in exitibus recognosco. nihil enim passi fui⌞ssent⌟ quod non prius patiendum esse scissent. cum uincula Paulo Agabus gestu quoque prophetasset, discipuli flentes et orantes, ⌞ne se⌟ Hierosolyma committeret, frustra orauerant. ille ⌞enim quod sem⌟per docuerat animatus, quid fletis, inquit, et contristatis ⌞cor⌟ meum? at ego non modo uincula Hierosolymis pati optauerim, uerum etiam mori pro nomine domini mei Iesu Christi. atque ita cesserunt dicendo: fiat uoluntas domini; fidentes scilicet passione⌞s ad dei uo⌟luntatem pertinere. non enim dehortationis consilio, sed dilectionis retinere temptauerant, ut apostolum desiderantes, n⌞on⌟ ut martyrium dissuadentes. quodsi iam tunc Prodicus aut Valentinus adsisteret suggerens non in terris esse confitendum apud homines, minus uereor ne

21] Act. 21, 13 sqq.

2 sui *Urs* 7 editur *Rig* 10 commentarii *Rig:* commentari *B* hereticus *ex* hereticos *A* 12 Rome *A* 18 paciendum *A* sensissent *B* 21 orauerunt *B* 23 optaueram *A* 24 mei *om. A* 26 ad uoluntatem dei *B* 29 Prodicus *Gel:* prodigus *AB* 30 confitendum *A*, conandum *B* minus *om. Gel* uereor, ne *Hartelius:* uero ne *A*, uero nec *B*, quod nec *Gel,* ueros nec *fort.*

deus humanum sanguinem (sitiat nec) Christus uicem passionis quasi et ipse de ea salutem consecuturus exposcat. statim audisset a seruo dei quod audierat diabolus (a domino): re-
f. 70v cede satana. scandalum mihi es. scriptum (est) | dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies. sed et nunc audire debebit, quatenus multo post uenena ista suffudit, nulli infirmorum facile noctura, nisi si qui non hanc nostram ex fide praebiberit uel etiam superbiberit potionem.

3] Matth. 16, 23. 4, 10

3 diabolus a domino *B*. . . . . (a domino del.?) diabolus *A* 4 sathanas *B* 7 noctura. nisi *Mercerus*: nisi noctura *B*, si noctura *A*, noctura *Gel* quis *B* non om. *B* 8 DE SCORPIACE EXPLICIT *A*

VI.

DE ORATIONE.

1. Dei spiritus et dei sermo et dei ratio, sermo rationis et ratio sermonis et spiritus utriusque, Iesus Christus dominus noster nouis discipulis noui testamenti nouam orationis formam determinauit. oportebat enim in hac quoque specie nouum uinum nouis utribus recondi et nouam plagulam nouo adsui uestimento. ceterum quicquid retro fuerat, aut demutatum est, ut circumcisio, aut suppletum, ut reliqua lex, aut impletum, ut prophetia, aut perfectum, ut fides ipsa. omnia de carnalibus in spiritalia renouauit noua dei gratia superducto euangelio, expunctore totius retro uetustatis, in quo et dei spiritus et dei sermo et dei ratio approbatus est dominus noster Iesus Christus, spiritus quo ualuit, sermo quo docuit, ratio qua uenit. sic igitur oratio a Christo constituta ex tribus constituta est: ex sermone, quo enuntiatur, ex spiritu, quo tantum potest, ex ratione, qua docetur. docuerat et Iohannes discipulos suos adorare; sed omnia Iohannis Christo praestruebantur, donec ipso aucto, sicut idem Iohannes praenuntiabat illum augeri oportere, se uero deminui, totum praeministri opus cum ipso spiritu transiret ad dominum. ideo nec extat, in quae uerba docuerit Iohannes adorare, quod terrena caele- f. 166v

6] cf. Matth. 9, 16. 17. 19] cf. Ioh. 3, 30.

2 *m. rec. saec. XVI in uersu quem librarius uacuum reliquerat scripsit* De oratione *A* 4 utriusque *quidam in miscell. obseru. 3, 1 p. 220 (= x):* utrumque *AB* 5 nouis *Pam:* nobis *AB* orationem *A* 6 speciȩ *A* 11 spiritualia *B* 15 qua *Lat:* quo *AB* uenit] promouit *Lat* igitur oratio *Rig:* igitur *AB,* oratio *Gel* instituta *x* 16 enunciatur *A* 17 potest, ex ratione qua docetur (suscipitur *Rig) add. Pam* ioannes *B sic fere semper* 18 orare *Urs* 19 ipso *om. A*

stibus cesserint. qui de terra est, inquit, terrena fatur, et qui de caelis adest, quae uidit, ea loquitur. et quid non caeleste quod domini Christi est, ut haec quoque orandi disciplina? consideremus itaque, benedicti, caelestem eius sophiam, inprimis de praecepto secrete adorandi, quo et fidem hominis exigebat, ut dei omnipotentis et conspectum et auditum sub tectis et in abditum etiam adesse confideret, et modestiam fidei desiderabat, ut, quem ubique audire et uidere
f.167 fideret, ei soli religionem suam offerret. sequens sophia | in sequenti praecepto perinde pertineat ad fidem et modestiam fidei, si non agmine uerborum adeundum putemus ad dominum, quem ultro suis prospicere certi sumus. et tamen breuitas ista, quod ad tertium sophiae gradum faciat, magnae ac beatae interpretationis substantia fulta est quantumque substringitur uerbis, tantum diffunditur sensibus. neque enim propria tantum orationis officia complexa est, uenerationem dei aut hominis petitionem, sed omnem paene sermonem domini, omnem commemorationem disciplinae, ut reuera in oratione breuiarium totius euangelii comprehendatur.

2. Incipit a testimonio dei et merito fidei, cum dicimus, PATER QUI IN CAELIS ES. nam et deum oramus et fidem commendamus, cuius meritum est haec appellatio. scriptum est: qui in eum crediderint, dedit eis potestatem, ut filii dei uocentur. quamquam frequentissime dominus patrem nobis pronuntiauit deum, immo et praecepit, ne quem in terris patrem uocemus, nisi quem habemus in caelis. itaque sic adorantes etiam praeceptum obimus. felices, qui patrem agnoscunt. hoc est quod Israeli exprobratur, quod caelum

1] Ioh. 3, 31. 23] ibid. 1, 12. 25] cf. Matth. 23, 9.

4 sofiam *A sic fere semper* 5 precepto *A* 7 abditis *Gel* modestum *B* [et modestum fidei] *B* 9 sequens *Iun:* sequente *AB* 10 praecepto; quod etsi proinde *Urs* perinde *scripsi:* proinde *AB* pertinet *Iun* fidem hominis *x* 11 dm̃ *A* 12 simus *Rig* attamen *Urs* 14 interpretatimonis *A corr.* 16 uel uenerationem *AB;* uel *del. Gel* 21 pater noster *Urs* 23 crediderint *B,* credider̃ *(= crediderunt) A* 24 quanquam *A* 25 pronunciauit *A* 28 israeli *B sic semper,* israheli *sic fere semper A* exprobatur *A*

ac terram spiritus contestatur, filios, dicens, genui, et illi me non agnouerunt. dicendo autem patrem deum quoque cognominamus. appellatio ista et pietatis et potestatis est. item in patre filius inuocatur. ego enim, inquit, et pater unum sumus. ne mater quidem ecclesia praeteritur. siquidem in filio et patre mater recognoscitur, de qua constat et patris et filii nomen. uno igitur genere aut uocabulo et deum cum suis honoramus et praecepti meminimus et oblitos patris denotamus.

3. Nomen dei patris nemini proditum fuerat. etiam qui de ipso interrogauerat, Moyses, aliud quidem nomen audierat. nobis reuelatum est in filio. | i⌊am⌋ quis enim filius? nouum f. 167v patris nomen est. ego ueni, inquit, in nomine patris, et rursus: pater, glorifica nomen tuum, et apertius: nomen tuum manifestaui hominibus. id ergo ut sanctificetur postulamus. non quod deceat homines bene deo optare, quasi sit et alius de quo ei possit optari aut laboret, nisi optemus. plane benedici deum omni loco ac tempore condecet ob debitam semper memoriam beneficiorum eius ab omni homine. sed et hoc benedictionis uice fungitur. ceterum quando non sanctum et sanctificatum est per semetipsum nomen dei, cum ceteros sanctificet ex semetipso? cui illa angelorum circumstantia non cessat dicere: sanctus, sanctus, sanctus. proinde igitur et nos angelorum, si meruerimus, candidati, iam hinc caelestem illam in deum uocem et officium futurae claritatis ediscimus. hoc quantum ad gloriam dei. alioquin quantum ad nostram petitionem, cum dicimus: SANCTIFICETUR NOMEN TUUM, id petimus, ut sanctificetur in nobis, qui in illo sumus, simul et in ceteris, quos adhuc gratia dei expectat, ut et huic praecepto

1] Es. 1, 2. 4] Ioh. 10, 30. 13] ibid. 5, 43. 12, 28. 14] ibid. 17, 6. 23] Es. 6, 3. Apoc. 4, 8.

5 eclesia *A* 11 moses *A* quidem *B,* quidam *A,* quid, non *Iun* 12 iam quis *scripsi:* I*quis *A,* iam *B* nouum *Gel:* non *AB* non patris nomen est? *Hartelius* 13 no nomen *A corr.* ego ueni—14 glorifica nomen tuum *om. B* 17 aliud *Gel* 20 cęterum *A* 21 cęteros *A* 23 cessant *A* 24 meminerimus *Gel* 25 fu*turae *A* ediximus *Muratorius* 29 cęteris *A* huius *Iun*

pareamus orando pro omnibus, etiam pro inimicis nostris. ideoque suspensa enuntiatione non dicentes, sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus.

4. Secundum hanc formam subiungimus: FIAT UOLUNTAS TUA IN CAELIS ET IN TERRA, non quod aliquis obsistat, quo minus uoluntas dei fiat, et ei successum uoluntatis suae oremus, sed in omnibus petimus fieri uoluntatem eius. ex interpretatione enim figurata carnis et spiritus nos sumus caelum et terra. quamquam etsi simpliciter intellegendum est, idem tamen est sensus petitionis, ut in nobis fiat uoluntas dei in terris, ut possit scilicet fieri et in caelis. quid autem deus uult quam incedere nos secundum suam disciplinam? petimus f.168 ergo substantiam et facultatem uoluntatis suae | subministret nobis, ut salui simus et in caelis et in terris, quia summa est uoluntatis eius salus eorum quos adoptauit. est et illa dei uoluntas, quam dominus administrauit praedicando operando sustinendo. si enim ipse pronuntiauit non suam, sed patris facere se uoluntatem, sine dubio, quae faciebat, ea erat uoluntas patris, ad quae nunc nos uelut ad exemplaria prouocamur, ut et praedicemus et operemur et sustineamus ad mortem usque. quae ut implere possimus, opus est dei uoluntate. item dicentes, *fiat uoluntas tua*, uel eo nobis bene optamus, quod nihil mali sit in dei uoluntate, etiam si quid pro meritis cuiusque secus inrogatur. iam hoc dicto ad sufferentiam nosmetipsos praemonemus. dominus quoque cum sub instantiam passionis infirmitatem carnis demonstrare iam in sua carne uoluisset, *pater*, inquit, *transfer poculum istud*, et recordatus, *nisi quod mea non, sed tua fiat uoluntas*. ipse erat uoluntas et potestas patris et tamen ad demonstrationem sufferentiae debitae uoluntati se patris tradidit.

17] cf. Ioh. 6, 38. 27] Luc. 22, 42.

1 orandi *x* 2 enunciatione *A* 5 celis *A* 8 figura *A corr. in mg.* 9 quanquam *A sic fere semper* 17 sic *Gel* pronunciauit *A* 18 erant *B* 23 sit mali *Gel* 24 sequius *Scal* 26 sub instantiam *Urs:* substantia *AB* 27 transfert *B*

5. Veniat quoque regnum tuum ad id pertinet, quo et fiat uoluntas tua, in nobis scilicet. nam deus quando non regnat, in cuius manu cor omnium regum est? sed quicquid nobis optamus, in illum auguramur et illi deputamus quod ab illo expectamus. itaque si ad dei uoluntatem et ad nostram suspensionem pertinet regni dominici repraesentatio, quomodo quidam per tractum quendam in saeculo postulant, cum regnum dei, quod ut adueniat oramus, ad consummationem saeculi tendat? optamus maturius regnare et non diutius seruire. etiamsi praefinitum in oratione non esset de postulando regni aduentu, ultro eam uocem protulissemus festinantes ad spei nostrae complexum. clamant ad dominum inuidia | ⌊ani⌋mae f. 168v martyrum sub altari: quonam usque non ulcisceris, domine, sanguinem nostrum de incolis terrae? nam utique ultio illorum a saeculi fine dirigitur. immo quam celeriter ueniat, domine, regnum tuum, uotum Christianorum, confusio nationum, exultatio angelorum, propter quod conflictamur, immo potius propter quod oramus.

6. Sed quam eleganter diuina sapientia ordinem orationis instruxit, ut post caelestia, id est post dei nomen, dei uoluntatem et dei regnum terrenis quoque necessitatibus petitioni locum faceret! nam et edixerat dominus: quaerite prius regnum, et tunc uobis etiam haec adicientur. quamquam panem nostrum quotidianum da nobis hodie spiritaliter potius intellegamus. Christus enim panis noster est, quia uita Christus et uitae panis. ego sum, inquit, panis uitae, et paulo supra: panis est sermo dei uiui, qui descendit

3] Prou. 21, 1. 13] Apoc. 6, 10. 22] Matth. 6, 33. 26] Ioh. 6, 35.

1 quo et *Leopoldus:* quod et *AB,* quod est *Semlerus* 7 per tractum *Scal:* pertractum *B,* protractum *A* in *om. A* 10 prefinitum *A* 11 eam uocem] eum uoto *Lat* protulissemus *Rig:* postulissemus *A,* postulassemus *B, Lat,* post tulissemus *Scal* 12 domini *Hartelius* inuidia *AB,* in uisu *Gel,* ut uidit Iohannes *fort.,* iudicia *Hartelius* 15 caeleriter *A* 19 eliganter *A* 22 et edixerat *Gel:* et ei dixerat *AB* 23 regnum dei *x* 26 uitae panis *Semlerus:* uita panis *AB*

de caelis, tunc quod et corpus eius in pane censetur: hoc est corpus meum. itaque petendo panem quotidianum perpetuitatem postulamus in Christo et indiuiduitatem a corpore eius. sed et quia carnaliter admittitur ista uox, non sine religione potest fieri et spiritalis disciplinae. panem enim peti mandat, quod solum fidelibus necessarium est; cetera enim nationes requirunt. ita et exemplis inculcat et parabolis retractat, cum dicit: numquid panem filiis pater aufert et canibus tradit? item: numquid filio panem poscenti lapidem tradit? ostendit enim, quid a patre filii expectent. sed et nocturnus ille pulsator panem poscebat. merito autem adiecit: da nobis hodie, ut qui praemiserat: nolite de crastino cogitare quid edatis. cui rei parabolam quoque accommodauit illius hominis, qui prouenientibus fructibus am- f. 169 pliationem | horreorum et longae securitatis spatia cogitauit, is ipsa nocte moritur.

7. Consequens erat, ut obseruata dei liberalitate etiam clementiam eius precaremur. quid enim alimenta proderunt, si illi reputamur reuera quasi taurus ad uictimam? sciebat dominus se solum sine delicto esse. docet itaque petamus DIMITTI NOBIS DEBITA NOSTRA. exomologesis est petitio ueniae, quia qui petit ueniam, delictum confitetur. sic et paenitentia demonstratur acceptabilis deo, quia uult eam quam mortem peccatoris. debitum autem in scripturis delicti figura est, quod perinde iudicio debeatur et ab eo exigatur nec euadat iustitiam exactionis, nisi donetur exactio; sicut illi seruo dominus debitum remisit. huc enim spectat exemplum parabolae totius. nam et quod idem seruus a domino liberatus non perinde

1] Ioh. 6, 33. 2] Matth. 26, 26. Luc. 22, 19. 8] Matth. 15, 26. 9] ibid. 7, 8. 11] cf. Luc. 2, 5. 12] ibid. 6, 34.

5 spiritali disciplina *fort.* 6 cętera *A* 10 expectens *A corr.* 11 poscebat *Urs:* pulsabat *AB* 14 pro uenientibus *Iun* 15 longe *A* cogitans ipsa *x* 17 dei *Gel:* diei *AB* libertate *A* 18 praecaremur *A* 19 illi *Rig:* illis *AB,* in eis *Iun* 20 dimitte *susp. Oehlerus* 21 exhomologesis *A corr.* 22 patientia *B* 23 quia uult *AB,* qui mauult *Leopoldus* 24 figurata *A corr.* 28 dnm̃ *A*

parcit debitori suo ac propterea delatus penes dominum tortori delegatur ad soluendum nouissimum quadrantem, id est modicum usque delictum, eo competit, quod remittere nos quoque profitemur debitoribus nostris. iam et alibi ex hac specie orationis: remittite, inquit, et remittetur uobis. et cum interrogasset Petrus, si septies remittendum esset fratri, immo, inquit, septuagies septies; ut legem in melius reformaret, quod in Genesi de Cain septies, de Lamech autem septuagies septies ultio reputata est.

8. Adiecit ad plenitudinem tam expeditae orationis, ut non de remittendis tantum, sed etiam de auertendis in totum delictis supplicaremus: NE NOS INDUCAS IN TEMPTATIONEM, id est, ne nos patiaris induci, ab eo utique qui temptat. ceterum absit ut dominus temptare uideatur, quasi aut ignoret fidem cuiusque aut deicere | sit ˌgeˌstiens. diaboli est infirmitas et f. 169v malitia. nam et Abraham non temptandae fidei gratia sacrificare de filio iusserat, sed probandae, ut per eum faceret exemplum praecepto suo, quo mox praecepturus erat, ne qui pignora deo cariora haberet. ipse a diabolo temptatus praesidem et artificem temptationis demonstrauit. hunc locum posterioribus confirmat, orate, dicens, ne temptemini. adeo temptati sunt dominum deserendo, quia somno potius indulserant quam orationi. ergo respondet clausula, interpretans quid sit, ne nos deducas in temptationem. hoc est enim: SED DEUEHE NOS A MALO.

9. Compendiis pauculorum uerborum quot attinguntur edicta prophetarum, euangeliorum, apostolorum, sermones domini,

1] cf. Matth. 5, 25 sq. 5] Luc. 6, 37. 6] Matth. 18, 21 sqq. 21] Luc. 22, 46.

4 hac *om. Muratorius* spetię *A* 13 cęterum *A sic fere semper* 14 et fidem *B* 15 gestiens *Rig:* . . . nstiens *A*, consentiens *B* 17 probbandae *A* 18 ne qui *scripsi:* neque *AB*, ne quis *Mercerus*, ne quae *Oehlerus* 19 chariora *B*, carior *A* habenda *Gel* 21 a deo *B* 22 qui *Gel* 23 causula *A* 25 euehe *Gel* malos *B* 26 Compendiis] *incipit D* INC̃. TERTULLIANI DIVERSARṼ RERṼ NECESSARIARVM I Posse nos super adicere. II Ne orans patrem fratri irascaris. III Etiam omni animi contusione uacuum esse debere. IIII De

parabolae, exempla, praecepta! quot simul expunguntur officia! dei honor in patre, fidei testimonium in nomine, oblatio obsequii in uoluntate, commemoratio spei in regno, petitio uitae in pane, exomologesis debitorum in deprecatione, sollicitudo temptationum in postulatione tutelae. quid mirum? deus solus docere potuit, quomodo se uellet orari. ab ipso igitur ordinata religio orationis et de spiritu ipsius iam tunc cum ex ore diuino ferretur, animata suo priuilegio ascendit in caelum commendans patri quae filius docuit.

10. Quoniam tamen dominus prospector humanarum necessitatum seorsum post traditam orandi disciplinam, petite, inquit, et accipietis, et sunt, quae petantur pro circumstantia cuiusque, praemissa legitima et ordinaria oratione quasi fundamento, accedentium ius est desideriorum superstruendi ex-
f. 170 trinsecus petitiones, cum memoria tamen praeceptorum. |

11. Ne quantum a praeceptis, tantum ab auribus dei longe simus, memoria praeceptorum uiam orationibus sternit ad caelum; quorum praecipuum est, ne prius ascendamus ad altare dei, quam, si quid discordiae uel offensae cum fratribus contraxerimus, resoluamus. quale est enim ad pacem dei accedere sine pace? ad remissionem debitorum cum retentione?

11] Matth. 7, 7. Luc. 11, 9. 19] cf. Matth. 5, 23.

lauatione manuum. V Apostrophe. VI De expositis penulis VII De assidendo post orationem. VIII. De manibus elatis. VIIII. De uultu. X De osculo. XI De stationibus XII De habitu feminarum. XIII De uirginibus XIIII Responsio XV De genu ponendo XVI De loco XVII De tempore XVIII De fratrum digressu XVIIII De subiugendo psalmo XX De hostia spiritali quae oratio sit XXI De ui et affectu orationis. ANACEPHALESIS. Compendiis *D* ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩCΙC; Compendiis *A*, Ανακεφαλαίωσις. Compendiis *B* pauculorum *D*, paucorum *AB* quot *Rig:* quod *ABD* 27 eu*angeliorum *D*

1 parabole *A* quot *Rig:* quod *ABD* 2 fidei *D*, fides *AB* obsequi *A* 6 quomodo *D*, ut *AB* 10 POSSE NOS SVPER ADICERE *inscribitur in ABD* 11 tradita morandi *A* 13 legitime *A corr.* 14 accedentium ius est *D*, accidentium ius est *AB*, accedentium iuxta *Lat*, accidentium iuste *Scal*, accidentium iustorum *Urs* 16 quantum *B*, quam *AD* preceptis *A* 18 NE ORANS PATREM FRATRI IRASCARIS. Ne prius *ABD* altare dei *D*, dei altare *AB* 19 offense *A* 20 quale *AD*, quid *B* recedere *A corr.*

quomodo placabit patrem iratus in fratrem, cum omnis ira ab initio interdicta sit nobis? nam et Ioseph dimittens fratres suos ad perducendum patrem, et ne, inquit, irascamini in uia. nos scilicet monuit — alias enim uia cognominatur disciplina nostra — tum ne in uia orationis constituti ad patrem cum ira incedamus. exinde aperte dominus amplians legem iram in fratrem homicidio superponit. ne uerbo quidem malo permittit expungi: etiam si irascendum est, non ultra solis receptum, ut apostolus admonet. quam autem temerarium est aut diem sine oratione transigere, dum cessas fratri satisfacere, aut orationem perseuerante iracundia perdere?

12. Nec ab ira solummodo, sed omni omnino confusione animi libera esse debet orationis intentio de tali spiritu emissa, qualis est spiritus ad quem mittitur. neque enim agnosci poterit spiritu sancto spiritus inquinatus aut tristis a laeto aut impeditus a libero. nemo aduersarium recipit, nemo nisi comparem suum admittit.

13. Ceterum quae ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu uero sordente orationem obire, quando et ipsis manibus spiritales munditiae sint necessariae, ut a falso, a caede, a saeuitia, a ueneficiis, ab idololatria ceterisque maculis, quae spiritu conceptae manuum opera transiguntur, purae alleuentur? | ⌊ha⌋e sunt uerae munditiae, non quas plerique super- f. 170v stitiose curant, ad omnem orationem, etiam cum a lauacro totius corporis ueniunt, aquam sumentes. id cum scrupulosius percontarer et rationem requirerem, comperi commemorationem

3] Gen. 45, 24. 9] cf. Eph. 4, 26.

2 iosef *A* 4 alias *AB*, Helias *D* 5 in *sup. uers. A* 8 pungi *fort. etiam A* 9 ammonet *A* 10 $\overset{ut}{an}$ dum *D* 12 ETIAM OMNI ANIMI CONFVSIONE (CONTVSIONE *D*) VACVVM ESSE DEBERE (*om. D*) nec (ne *A*) *ABD* contusione *D* 13 esse debet *D*, debet esse *AB* 14 est spiritus ad quem *in ras. D* emititur *D* 15 spiritu *AB*, a spiritu *Gel* 18 DE LAVATIONE MANVVM *ABD* 20 spirituales *D* cede *D* 21 seuitia *D* beneficiis *D* idolatria *D* 22 opere *D* 23 uere *A* 24 omnememorationem *A* a *om. AB, Gel* 25 ueniunt *del. Gel* ad aquam *D* scrupulose *AB*

esse Pilatum manus abluisse in domini deditione. nos dominum adoramus, non dedimus, immo et aduersari debemus deditoris exemplo nec propterea manus abluere. nisi ob aliquod conuersationis humanae inquinamentum conscientiae causa lauemus, ceterum satis mundae sunt manus, quas cum toto corpore in Christo semel lauimus.

14. Omnibus licet membris lauet quotidie Israel, numquam tamen mundus est. certe manus eius semper inmundae, sanguine prophetarum et ipsius domini incrustatae in aeternum; et ideo conscientia patrum hereditarii rei nec attollere eas ad dominum audent, ne exclamet aliquis Eseias, ne exhorreat Christus. nos uero non attollimus tantum, sed etiam expandimus, et dominicam passionem modulantes et orantes confitemur Christo.

15. Sed quoniam unum aliquod attigimus uacuae obseruationis, non pigebit cetera quoque denotare, quibus merito uanitas exprobranda est, siquidem sine ullius aut dominici aut apostolici praecepti auctoritate fiunt. huiusmodi enim non religioni, sed superstitioni deputantur, affectata et coacta et curiosi potius quam rationalis officii, certe uel eo coercenda, quod gentilibus adaequent. ut est quorundam expositis paenulis orationem facere; sic enim adeunt ad idola nationes. quod utique si fieri oporteret, apostoli, qui de habitu orandi docent, comprehendissent; nisi si qui putant Paulum paenulam suam |
f. 170bis in oratione penes Carpum reliquisse. deus scilicet non audiat

24] cf. 2 Tim. 4, 13.

1 Pilatum manus abluisse *scripsi:* pilati manus abluisse *D, om. AB* deditione *D,* dedicationem *AB,* deditionem *Gel* 2 dedimus *AB,* dicimus *D* 3 ob aliqd *D,* quod *AB* 4 lauemus *om. AB* 7 APOSTROPHE *BD,* APOSTROFE *A* cottidie *D* 9 incrustatae *D,* cruentatae *AB* 11 dm̃ *A* esaias *BD* exorreat *D corr.* 12 etiam *sup. uers. D* 13 et] e *Rig,* ut *Hartelius* dominicam passionem *Leopoldus:* dominica passione *ABD,* de dominica passione *Oehlerus* modulantes *B,* modulatum *AD,* modulati *Oehlerus,* modulaturi *Hartelius* 15 attingimus *D* 16 pigebat *D* 17 exprobanda *A corr.* et siquidem *AB* sine *AB,* si *D* 18 definiunt *D,* definiuntur *fort.,* deficiunt *Hartelius* religionis *A* 20 cohercenda *D* 21 adaequent. DE EXPOSITIS PENVLIS (PENVLIS *A*) *ABD* positis *Gel* penulis *D* 23 si *om. D* oportere *D* apostoli qui *D,* apostoliq; *A,* apostoli quae *B* 24 penulam *D*

paenulatos, qui tres sanctos in fornace Babylonii regis orantes cum sarabaris et tiaris suis exaudiuit.

16. Item quod adsignata oratione assidendi mos est quibusdam, non perspicio rationem, nisi quam pueri uolunt. quid enim, si Hermas ille, cuius scriptura fere 'pastor' inscribitur, transacta oratione non super lectum assedisset, uerum aliud quid fecisset, id quoque ad obseruationem uindicaremus? utique non. simpliciter enim et nunc positum est, cum adorassem et assedissem super lectum, ad ordinem narrationis, non ad instar disciplinae. alioquin nusquam erit adorandum, nisi ubi fuerit lectus. immo contra scripturam fecerit, si quis in cathedra aut subsellio sederit. porro cum perinde faciant nationes adoratis sigillaribus suis residendo, uel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur. eo apponitur et inreuerentiae crimen, etiam ipsis nationibus, si quid saperent, intellegendum. si quidem inreuerens est assidere sub conspectu contraque conspectum eius quem cum maxime reuerearis ac uenereris, quanto magis sub conspectu dei uiui angelo adhuc orationis adstante factum istud inreligiosissimum est? nisi exprobramus deo, quod nos oratio fatigauerit.

17. Atquin cum modestia et humilitate adorantes magis commendabimus deo preces nostras ne ipsis quidem manibus sublimius elatis, sed temperate ac probe elatis, ne uultu quidem in audaciam erecto. nam et ille publicanus, qui non tantum prece, sed et uultu humiliatus atque deiectus orabat, iustificatior Pharisaeo | procacissimo discessit. sonos etiam uocis f. 170bis v

8] Herm. past. Vis. 5, 1.

1 penulatos *AD* babylonis *D* 2 sarabaris *Gel:* sabaris *ABD* tiariis *D*, tyaris *AB* 3 DE ASSIDENDO POST ORATIONEM *ABD* assignata *D* 4 perspici orationem *BD* quam pueri uolunt. quid enim *om. AB* 9 sedissem *D* 10 nos *D* 13 proinde *D* uel adoratis *ABD;* uel *del. Gel* 14 deprehendi *D* 16 saperet *D* 18 cum *B*, quam *A*, *om. D* 19 orationi *Iun* astante *D* 22 DE MANIBVS ELATIS *ABD* commendabimus *Oehlerus:* commendauimus *AD*, commendamus *B* 23 pręces *A sic semper* 24 *prius* elatis *deleri uult Iun* elatis. DE VVLTV ne uultu *ABD* 25 recto *D* et *om. D* 26 humilis *D* 27 discessit. DE SONO VOCIS *ABD* sono *D*

subiectos esse oportet, aut quantis arteriis opus est, si pro sono audiamur? deus autem non uocis, sed cordis auditor est, sicut conspector. daemonium oraculi Pythii, et mutum, inquit, intellego et non loquentem exaudio. dei aures sonum expectant? quomodo ergo oratio Ionae de imo uentre ceti per tantae bestiae uiscera ab ipsis abyssis per tantam aequoris molem ad caelum potuit euadere? quid amplius referent isti qui clarius adorant, nisi quod proximis obstrepunt? immo prodendo petitiones suas quid minus faciunt, quam si in publico orent?

18. Alia iam consuetudo inualuit. ieiunantes habita oratione cum fratribus subtrahunt osculum pacis, quod est signaculum orationis. quando autem magis conferenda cum fratribus pax est, nisi cum operantis oratio commendabilior ascendit, ut ipsi de nostra operatione participent, qua maduerint de sua pace fratri transigendo? quae oratio cum diuortio sancti osculi integra? quem domino officium facientem impedit pax? quale sacrificium est a quo sine pace disceditur? quaecumque oratio sit, non erit potior praecepti obseruatione, quo iubemur ieiunia nostra celare. iam enim de abstinentia osculi agnoscimur ieiunantes. sed et si qua ratio est, ne tamen huic praecepto reus sis, potes domi, si forte, inter quos latere ieiunium in totum non datur, differre pacem. ubicumque autem alibi operationem tuam abscondere potes, debes meminisse praecepti; ita et dis-

3] Herod. I 47.

1 esse *om.* *AD* 2 audimur *D* 3 phythii *A* 4 dš *D* 5 imo *om.* *AB* 6 coeti *D* abys. *sic* *A* 7 refeř *D* 10 *in mg. m. s. XII—XIII* ueraciter namque orare est. amaros in cōpunctione gemitus et incomposita uerba resonare Nota ğg (= Gregorius) in moral. libro *D* 11 DE OSCVLO *ABD* 13 quanto *D* 14 operantis oratio *scripsi:* operationis. cum oratio *D*, oratione *AB*, oratio *Rig*, operationis tempore oratio *Oehlerus*, operati⟨one orati⟩onis, cum oratio *Hartelius* ascendit. Ut *H. Kellnerus* 15 participes *Urs* qua maduerint *D*, quam auderent *AB*, iam audeant *Urs*, quam adiuuerint *Hartelius* 16 transigendo *Oehlerus:* transigend̄ *D*, transigendus *A*, transigere *B*, transigent *Kellnerus* 18 disceditur *D*, receditur *AB* oratio *AB*, ratio *D*, operatio *Rig* 21 praecepto reus sis *D*, praeceptore ussis *A*, praeceptor tu sis *B* 22 domi. Si f. i. quos latere ieiunium (*scil.* datur), in *Kellnerus* si *om.* *B* in *om.* *D* 24 debe& *D*

ciplinae foris et consuetudini domi satisfacies. sic et die paschae, quo communis et quasi publica ieiunii religio est, merito deponimus osculum, | nihil curantes de occultando quod cum f.171 omnibus faciamus.

19. Similiter et de stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendum, quod statio soluenda sit accepto corpore domini. ergo deuotum deo obsequium eucharistia resoluit an magis deo obligat? nonne sollemnior erit statio tua, si et ad aram dei steteris? accepto corpore domini et reseruato utrumque saluum est, et participatio sacrificii et executio officii. si statio de militari exemplo nomen accepit (nam et militia dei sumus), utique nulla laetitia siue tristitia obueniens castris stationes militum rescindit. nam laetitia libentius, tristitia sollicitius administrabit disciplinam.

20. De habitu uero dumtaxat feminarum uarietas obseruationis effecit post sanctissimum apostolum nos uel maxime nullius loci homines impudenter retractare, nisi quod non impudenter, si secundum apostolum retractemus. de modestia quidem cultus et ornatus aperta praescriptio est etiam Petri, cohibentis eodem ore, quia eodem et spiritu, quo Paulus, et uestium gloriam et auri superbiam et crinium lenonem operositatem.

21. Sed quod promisce obseruatur per ecclesias quasi incertum, id retractandum est, uelarine debeant uirgines, an non. qui enim uirginibus indulgent capitis immunitatem, hoc niti

19] cf. 1 Petr. 3, 3. 20] cf. 1 Tim. 2, 9.

1 foris *Gel:* iuris *ABD* satisfaci& *D* 2 ieiuniis *D* 3 occultando *D,* oscultando *A,* osculando *B* 5 DE STATIONIBVS *BD,* DE TESTIONIB; (TESTATIONIB *corr. m. rec.) A* et de *D,* de *B,* de *ex* d&e *A,* et *Urs* nos *D* 6 stationi *A corr.* 8 sollempnior *D* 9 et *ex* etiam *D* 10 utrunque *BD* 11 exsecutio *BD* 12 accepit *D,* accipit *AB* sine *B* 14 administrauit *D* disciplinam.] *hic deficit B; in ipso codice lacunae nullum indicium fuisse uidetur; sequitur enim* LIBRI TERTVLLIANI DE ORA-|tione finis. 15 DE HABITV FEMINARVM *AD* habitu* *A* duntaxat *D* faeminarum *A* 16 efficit *A* 20 ore *Rig:* more *AD* quo Paulus *om. A* 21 criminum *D* lenoniam *Leopoldus* morositatem *D* 23 DE VIRGINIBVS *AD* praemisce (praemisce *A) AD* quasi *D,* quas *A; reliqua in A non conparent; sequuntur enim* disposita utensilitas *et cetera* (de cultu feminarum *1, 5)*

uidentur, quod apostolus non uirgines nominatim, sed mulieres designauerit uelandas esse, nec sexum, ut diceret feminas, sed gradum sexus, dicendo mulieres. nam si sexum nominasset, feminas dicendo, absolute definisset de omni muliere, at cum unum gradum sexus nominat, alium tacendo secernit. potuit enim, inquiunt, aut et uirgines nominare specialiter aut compendio generaliter feminas.

22. Qui ita concedunt, recogitare debent de statu uocabuli ipsius. quid est mulier a primis quidem litteris sanctorum commentariorum? iam inueniunt sexus esse nomen, non gradum sexus; siquidem Euam nondum uirum expertam deus mulierem et feminam cognominauit, feminam, qua sexus generaliter, mulierem, qua gradus sexus specialiter. ita quoniam tunc innupta adhuc Eua mulieris uocabulo fuit, commune id uocabulum et uirgini factum est. nec mirum, si apostolus eodem utique spiritu actus, quo cum omnis scriptura diuina, tum et illa Genesis digesta est, eadem uoce usus est mulierem ponendo, quae exemplo Euae innuptae et uirgini competat. cetera denique consonant. nam et hoc ipso, quod uirgines non nominauit, sicut alio in loco, ubi de nubendo docet, satis praedicat de omni muliere et de toto sexu dictum, nec distinctum esse inter mulierem et uirginem, quam omnino non nominat. qui enim alibi distinguere meminit, ubi scilicet differentia postulat (distinguit autem utramque speciem suis uocabulis designans), ubi non distinguit, dum utramque non nominat, nullam uult differentiam intellegi. quid? quod Graeco sermone, quo litteras apostolus fecit, usui

1] cf. 1 Cor. 9, 5. 11] cf. Gen. 2, 23.

2 ut] cum *Hartelius* 4 diffinisset *D* at *x:* aut *D* 8 RESPONSIO *D* contendunt *x* 9 *post* ipsius *punctum, post* commentariorum *interrogationis signum posui* qđ *D* 10 iam *(aut* eam*)* *x:* nam *D* građ *D* 11 ęua *D* experta *D* 13 quã *D* ita quoniam *Oehlerus:* itaq. iam *D* cum innupta *x* 16 diuina tum *x:* diuinitatũ *D* 18 ęuae *D* 19 consonant *x:* ñ sonant *D* 22 mulierem et *add. x* 23 quam omnino *x:* omnino *D,* cum omnino *Oehlerus* 24. 26 utranque *D* 26 non *del. Hartelius* intelligi *D sic semper* 27 greco *D*

est mulieres uocare quam feminas, id est γυναῖκας quam θηλείας. igitur si pro sexus nomine uocabulum istud frequentatur, quod est in interpretatione pro eo quod est femina, sexum nominauit, dicens γυναῖκα. in sexu autem et uirgo contingitur. sed et manifesta pronuntiatio est: omnis, inquit, mulier adorans et prophetans intecto capite dedecorat caput suum. quid est omnis mulier, nisi omnis aetatis, omnis ordinis, omnis condicionis? nihil mulieris excipit dicendo omnis, sicut nec uiri nec uelandi; perinde enim omnis uir inquit. sicut ergo in masculino sexu sub uiri nomine etiam inuestis uelari uetatur, ita et in feminino sub nomine mulieris etiam uirgo uelari iubetur. aequaliter in utroque sexu minor aetas maioris sequatur disciplinam, aut uelentur et uirgines masculi, si non uelantur et uirgines feminae, quia nec isti nominatim tenentur; aliud sit uir et inuestis, si aliud est mulier et uirgo. nempe propter angelos ait uelari oportere, quod angeli propter filias hominum desciuerunt a deo. quis ergo contendat solas mulieres, id est nuptas iam et uirginitate defunctas, concupiscentiae esse, nisi si non licet et uirgines specie praestare et amatores inuenire? immo uideamus, ne uirgines solas concupierint, cum dicat scriptura filias hominum, quia potuit uxores hominum nominasse uel feminas indifferenter. etiam quod ait: et acceperunt sibi in uxores, eo facit, quod accipiuntur in uxores quae uacant scilicet. de non uacantibus autem aliter enuntiasset. itaque uacant tam uiduitate quam et uirginitate. adeo sexum nominando generaliter filias, et species in genere commiscuit. item cum dicit

5] 1 Cor. 9, 4. 5. 23] Gen. 6, 2.

1 tam feminas *Muratorius* τὺnaικac *D* *uerba* id est γυναῖκας *transponenda uidentur post* mulieres θhaεiac *D* 3 in *addidi* 4 τyΝaικa *D* continetur *x* 6 de*decor*at *D* 8 ordinas *D corr.* conditionis *D* 9 uiri *Muratorius:* uir *D* perinde *scripsi:* proinde *D* 10 sexu *in ras. D* 11 uelari uetatur *Muratorius:* uelare uertatur *D* 15 et *add. Muratorius* 18 uirginitate *Oehlerus:* uirginitatẽ *D,* uirginitati *Muratorius* 19 concupisci *x* esse *addidi* 20 uideamus *Oehlerus:* uidemus *D* ne] quod non *Muratorius* 24 uacat *D corr.* 25 utique *x* 27 filias *del. x* et] id est *fort.* filias, [et] species *Harnackius*

naturam ipsam docere uelandum feminis esse, quae capillum pro tegumento et ornamento mulieribus assignarit, nonne idem tegumentum et idem honor capitis uirginibus quoque adscriptus est? si mulieri turpe est radi, et uirgini perinde. in quibus ergo una condicio capitis deputatur, una et disciplina capitis exigitur, etiam ad eas uirgines, quas pueritia defendit; a primo enim femina nominata est. sic denique et Israel obseruat. sed si non obseruaret, nostra lex ampliata atque suppleta defenderet sibi adiectionem. uirginibus quoque iniciens uelamentum excusetur. nunc aetas, quae sexum suum ignorat, simplicitatis priuilegium teneat. nam et Eua et Adam, ubi eis contigit sapere, texerunt statim quod agnouerant. certe in quibus iam pueritia mutauit, sicut naturae, ita et disciplinae debet aetas esse munifica. nam et membris et officiis mulieribus resignantur. nulla uirgo est ex quo potest nubere, quoniam aetas iam in ea nupsit suo uiro, id est tempori. sed aliqua se deo uouit. tamen et crinem exinde transfigurat et omnem habitum ad mulieris conuertit. totum ergo asseueret et totum uirginis praestet: quod propter deum abscondit, plene obumbret. interest nostra, quod dei gratia exerceatur, solius dei conscientiae commendare, ne, quod a deo speramus, ab homine compensemus. quid denudas ante deum quod ante homines tegis? uerecundior eris in publico quam in ecclesia? si dei gratia est, et accepisti, quid gloriaris, inquit, quasi non acceperis? quid alias ostentatione tui iudicas? an alias gloria tua ad bonum inuitas? atqui et ipsa periclitaris amittere, si gloriaris, et alias ad eadem pericula cogis. facile

21] cf. 1 Cor. 11, 14. 24] 1 Cor. 4, 7.

1 feminas uelandas *Muratorius* 3 ascriptus *D* 4 perinde *Muratorius:* proinde *D* 11 ęua *D* 12 texuerunt *Muratorius* 13 iam *om. Muratorius* 17 tamen] iam *Muratorius* 18 mulieres *D corr.* 19 prestet *D* 20 plane *Muratorius* exerceatur *scripsi:* exerceat *D*, exerceamus *x* 23 ęclesia *D* 25 no *D corr.* ostentatione *Muratorius:* ostentione *D*, ostensione *Oehlerus* 27 amittere *Muratorius:* admittere *D* eadem *Muratorius:* eidẽ *D* pericula *Muratorius:* periculis *D*

eluditur quod affectione gloriae assumitur. uelare uirgo, si uirgo es; debes enim erubescere. si uirgo es, plures oculos pati noli. nemo miretur in tuam faciem; nemo mendacium tuum sentiat. bene mentiris nuptam, si caput ueles. immo mentiri non uideris; nupsisti enim Christo. illi carnem tuam tradidisti, age pro mariti tui disciplina. si nuptas alienas uelari iubet, suas utique multo magis. sed non puta institutionem uniuscuiusque antecessoris commouendam. multi alienae consuetudini prudentiam suam et constantiam eius addicunt. ne compellantur uelari, certe uoluntarias prohiberi non oportet; quae se etiam uirgines negare non possunt, concedo abuti in fama sua conscientiae apud deum securitate. de illis tamen, quae sponsis dicantur, constanter super meum modulum pronuntiare contestarique possum uelandas ex ea die esse qua ad primum uiri corpus osculo et dextera expauerint. omnia enim in his praenupserunt, et aetas per maturitatem, et caro per aetatem, et spiritus per conscientiam, et pudor per osculi experimentum, et spes per expectationem, et mens per uoluntatem. satisque nobis exemplo Rebecca est, quae sponso demonstrato tantum notitiae eius nubendo uelata est.

23. De genu quoque ponendo uarietatem obseruationis patitur oratio per pauculos quosdam qui sabbato abstinent genibus. quae dissensio cum maxime apud ecclesias causam dicit, dominus dabit gratiam suam, ut aut cedant aut sine aliorum scandalo sententia sua utantur. nos uero, sicut accepimus, solo die dominicae resurrectionis non ab isto tantum, sed omni anxietatis habitu et officio cauere debemus differentes etiam negotia, ne quem diabolo locum demus. tantundem et spatio Pentecostes, quae eadem exultationis

1 eluditur *scripsi:* eligitur *D,* eliditur *Routhius* 4 caput *** (*tuū eras.?*) *D* 7 puta *uel* putat *ex* putet *D* institutionem *Aug. Neander:* institutione *D* 8 uniuscuiusque *Muratorius:* unusquisque *D* 11 concedo *scripsi:* contenti *D,* contentae *Muratorius,* contendo *Harnackius* in *del. Oehlerus* 12 suae *Muratorius* 19 demonstrato *Muratorius:* demonstratum *D* 20 notitiae *scripsi:* notitia *D* 21 DE GENU PONENDO *D* 23 gentibus *D corr.* ęclesias *D* 24 dič *D,* dicat *Muratorius* 26 dominico *Muratorius* 27 officio *x:* officia *D* 29 quo *x,* quod *Oehlerus*

sollemnitate dispungitur. ceterum omni die quis dubitet prosternere se deo uel prima saltem oratione qua lucem ingredimur? ieiuniis autem et stationibus nulla oratio sine genu et reliquo humilitatis more celebranda est. non enim oramus tantum, sed et deprecamur et satisfacimus deo domino nostro. de temporibus orationis nihil omnino praescriptum est, nisi plane omni in tempore et loco orare.

24. Sed quomodo omni loco, cum prohibeamur in publico? omni, inquit, loco, quem opportunitas aut etiam necessitas importarit. neque enim contra praeceptum reputatur ab apostolis factum, qui in carcere audientibus custodiis orabant et canebant deo, aut a Paulo, qui in naui coram omnibus eucharistiam fecit.

25. De tempore uero non erit otiosa extrinsecus obseruatio etiam horarum quarundam, istarum dico communium quae diei interspatia signant, tertia, sexta, nona, quas sollemniores in scripturis inuenire est. primus spiritus sanctus congregatis discipulis hora tertia infusus est. Petrus, qua die uisionem communitatis omnis in illo uasculo expertus est, sexta hora orandi gratia ascenderat in superiora. idem cum Iohanne ad nonam in templum adibat, ubi paralyticum sanitati reformauit. quae etsi simpliciter se habent sine ullius obseruationis praecepto, bonum tamen sit aliquam constituere praesumptionem, quae et orandi admonitionem constringat et quasi lege ad tale munus extorqueat a negotiis interdum, ut, quod Danieli quoque legimus obseruatum utique ex Israelis disciplina, ne minus ter die saltem adoremus, debitores trium Patris et Filii

9] 1 Tim. 2, 8. 25] cf. Dan. 6, 10.

1 sollemnitate dispungitur *Routhius:* sollemnitatem dispungimur *D,* sollemnitas est, dispungimus *Muratorius,* sollemnitate dispungimur *x,* sollemnitate dispungimus *Oehlerus* 2 salutem *D corr.* 8 DE LOCO *D* 9 oportunitas *D* 10 importaret. Non *Muratorius* 12 aut a Paulo *Muratorius:* apud Paulum *D* 14 DE TEMPORE *D* erit**** *D* extrinsecus** *D* 15 orarum *D* 16 interspacia *D* sollempniores *D* 19 communicatis *D* 21 paraliticum *D* 22 quae etsi *x:* suae. etsi *D* habeant *Muratorius* sine *Muratorius:* si *D* 23 sit *Muratorius:* si *D* 24 quae *Routhius:* qua *D* 25 daniheli *D* 26 israhelis *D* 27 trium *om. Muratorius*

et Spiritus Sancti; exceptis utique legitimis orationibus, quae sine ulla admonitione debentur ingressu lucis et noctis. sed et cibum non prius sumere et lauacrum non prius adire quam interposita oratione fideles decet. priora enim habenda sunt spiritus refrigeria et pabula quam carnis, quia priora caelestia quam terrena.

26. Fratrem domum tuam introgressum ne sine oratione dimiseris (uidisti, inquit, fratrem, uidisti dominum tuum), maxime aduenam, ne angelus forte sit. sed nec ipse a fratribus exceptus priora fecerit refrigeria terrena caelestibus. statim enim iudicabitur fides tua. aut quomodo secundum praeceptum pax huic domui dices, nisi et eis qui in domo sunt pacem mutuam reddas?

27. Diligentiores in orando subiungere in orationibus Alleluia solent et hoc genus psalmos quorum clausulis respondeant qui simul sunt. et est optimum utique institutum omne quod praeponendo et honorando deo conpetit saturatam orationem uelut opimam hostiam admouere.

28. Haec est enim hostia spiritalis quae pristina sacrificia deleuit. quo mihi, inquit, multitudinem sacrificiorum uestrorum? plenus sum holocaustomatum arietum et adipem agnorum et sanguinem taurorum et hircorum nolo. quis enim requisiuit ista de manibus uestris? quae ergo quaesierit deus euangelium docet. ueniet hora, inquit, cum ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu et ueritate. deus enim spiritus est, et adoratores itaque tales requirit. nos sumus ueri adoratores et ueri sacerdotes, qui spiritu orantes spiritu sacrificamus orationem hostiam dei propriam et acceptabilem, quam scilicet requisiuit, quam sibi prospexit. hanc de toto corde deuotam, fide pastam, ueri-

12] Luc. 10, 5. 20] Es. 1, 11. 24] Ioh. 4, 23. 26] 2 Cor. 3, 17.

5 quia] et *Muratorius* 7 DE FR̃M DIGRESSV *D* 10 exceptus *x:* exeptis *D,* exemtis *Muratorius* 12 domu *D* 14 DE SUBIUNGENDO PSALMO *D* 17 proponendo *Muratorius* 18 opimam *x:* optimam *D* 19 DE HOSTIA SPIRITALI QVIA (*repone* QVAE' *Oehlerus*) ORATIO SIT *D* 22 adipe *ex* adipẽ *D* 24 eu*angelium *D* 30 sastam *D corr.*

tate curatam, innocentia integram, castitate mundam, agapen coronatam cum pompa operum bonorum inter psalmos et hymnos deducere ad dei altare debemus omnia nobis a deo impetraturam.

29. Quid enim orationi de spiritu et ueritate uenienti negabit deus, qui eam exigit? legimus et audimus et cernimus quanta documenta efficaciae eius! uetus quidem oratio et ab ignibus et a bestiis et ab inedia liberabat et tamen non a Christo acceperat formam. ceterum quanto amplius operatur oratio Christiana! non roris angelum in mediis ignibus sistit nec ora leonibus obstruit nec esurientibus rusticorum prandium transfert, nullum sensum passionis delegata gratia auertit, sed patientes et sentientes et dolentes sufferentia instruit, uirtute ampliat gratiam, ut sciat fides, quid a domino consequatur, intellegens quid pro dei nomine patiatur. sed et retro oratio plagas irrogabat, fundebat hostium exercitus, imbrium utilia prohibebat. nunc uero oratio iustitiae omnem iram dei auertit, pro inimicis excubat, pro persequentibus supplicat. mirum si aquas caelestes extorquere nouit, quae potuit et ignes impetrare? sola est oratio quae deum uincit; sed Christus eam nihil mali uoluit operari. omnem illi uirtutem de bono contulit. itaque nihil nouit, nisi defunctorum animas de ipso mortis itinere reuocare, debiles reformare, aegros remediare, daemoniacos expiare, claustra carceris aperire, uincula innocentium soluere. eadem diluit delicta, temptationes repellit, persecutiones extinguit, pusillanimos consolatur, magnanimos oblectat, peregrinantes deducit, fluctus mitigat, latrones obstupefacit, alit pauperes, regit diuites, lapsos erigit, cadentes suspendit, stantes continet. oratio murus est fidei, arma et tela

1 agapen *scripsi:* agape *D* 2 pompa *D* 5 DE VI ET AFFECTU (‘*repone* EFFECTU’ *Oehlerus*) ORATIONIS *D* negabit *x:* negauit *D* 6 cernimus *x:* credimus *D* 9 operatur *x:* oratur *D*, oratio *x (ibidem p. 218)* 10 angelum duntaxat *Muratorius* 11 leoni*b*us (b *ex* s) *D* 12 nec ullum *x* deligata *D* 13 uirtute* *D* 14 gratiam *del. x* dō *D* 18 excu*bat* *D* et mirum *x* 20 Christianus ea *alii apud Oehlerum* 21 uoluit *x:* nouit *D* 23 reuocare *x:* uocare *D* 24 demoniacos *D* innocentum *D corr.* 25 temptationis *D corr.*

nostra aduersus hostem, qui nos undique obseruat. itaque numquam inermes incedamus. die stationis, nocte uigiliae meminerimus. sub armis orationis signum nostri imperatoris custodiamus, tubam angeli expectemus orantes. orant etiam angeli omnes, orat omnis creatura, orant pecudes et ferae et genua declinant et egredientes de stabulis ac speluncis ad caelum non otioso ore suspiciunt uibrantes spiritum suo more. sed et aues mane exurgentes eriguntur ad caelum et alarum crucem pro manibus expandunt et dicunt aliquid quod oratio uideatur. quid ergo amplius de officio orationis? etiam ipse dominus orauit, cui sit honor et uirtus in saecula saeculorum.

1 hostem *x:* hominem *D* 2 nunquam *D* incidamus *D* 7 otioso *Muratorius:* otiosi *D* suspiciunt *Muratorius:* suscipiunt *D* spiritum suo more *x:* spũ suo mouere *D* 8 mane *scripsi:* nunc *D,* nido *x,* cum *alius uir doctus (idem* et *ante* dicunt *del.),* hinc *alius uir doctus* 9 extendunt *Muratorius*

VII.

DE BAPTISMO.

1. Felix sacramentum aquae nostrae, quia ablutis delictis pristinae caecitatis in uitam aeternam liberamur! non erit otiosum digestum istud, instruens tam eos qui cum maxime formantur, quam et illos qui simpliciter credidisse contenti non exploratis rationibus traditionum intemptatam probabilem fidem per imperitiam portant. atque adeo nuper conuersata istic quaedam de Gaiana haeresi uipera uenenatissima doctrina sua plerosque rapuit, inprimis baptismum destruens. plane secundum naturam. nam fere uiperae et aspides ipsique reguli serpentes arida et inaquosa sectantur. sed nos pisciculi secundum ἰχθύν nostrum Iesum Christum in aqua nascimur nec aliter quam in aqua permanendo salui sumus. itaque illa monstrosissima, cui nec integrae quidem docendi ius erat, optime norat pisciculos necare de aqua auferens.

2. Sed enim quanta uis est peruersitatis ad fidem labefactandam uel in totum non recipiendam, ut ex his eam impugnet, ex quibus constat! nihil adeo est quod tam obduret mentes hominum quam simplicitas diuinorum operum quae in actu uidetur et magnificentia quae in effectu repromittitur: ut hic quoque, quoniam tanta simplicitate, sine pompa, sine apparatu nouo aliquo, denique sine sumptu homo in aquam demissus et inter pauca uerba tinctus non multo uel nihilo mundior resurgit, eo incredibilis existimetur consecutio aeter-

2 DE BAPTISMO ADVERSVS QVINTILLAM *Pam* 3 qua *Urs* 7 in tentatum *Rig* 11 fere *Lat:* ferae *B* 13 nascimur *Pam:* nascamur *B* 14 itaque illa] ita Quintilla *Gel* 15 integrae *Iun:* integre *B* 19 quo *Iun* tam *add. Urs* 21 uidetur *Urs:* uidentur *B* 22 hic *Gel:* hinc *B* 23 aquam *Iun:* aqua *B*

nitatis. mentior, si non e contrario idolorum sollemnia uel arcana de suggestu et apparatu deque sumptu fidem et auctoritatem sibi extruunt. pro misera incredulitas, quae denegas deo proprietates suas, simplicitatem et potestatem! quid ergo? nonne mirandum et lauacro dilui mortem? atquin eo magis credendum, si, quia mirandum est, idcirco non creditur. qualia enim decet esse opera diuina, nisi super omnem admirationem? nos quoque ipsi miramur, sed quia credimus. ceterum incredulitas miratur, non credit. miratur enim simplicia quasi uana, magnifica quasi impossibilia. et sit plane ut putas, satis ad utrumque diuina pronuntiatio praecucurrit. stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientiam eius, et praedifficilia penes homines facilia penes deum. nam si deus et sapiens et potens, quod etiam praetereuntes eum non negant, merito in aduersariis sapientiae potentiaeque id est in stultitia et inpossibilitate materias operationis suae instituit; quoniam uirtus omnis ex his causam accipit, a quibus prouocatur.

3. Huius memores pronuntiationis tamquam praescriptionis, nihilominus quam stultum et impossibile sit aqua reformari tractamus. quid utique ista materia tantae dignationis meruerit officium? ut opinor, auctoritas liquidi elementi exigenda est. atquin plurima suppetit et quidem a primordio. nam unum ex his est quae ante omnem mundi suggestum impolita adhuc specie penes deum quiescebant. in primordio, inquit, fecit deus caelum et terram. terra autem erat inuisibilis et incomposita et tenebrae erant super abyssum et spiritus domini super aquas ferebatur. habes homo inprimis aetatem uenerari aquarum, quod antiqua substantia; dehinc dignationem, quod diuini spiritus sedes, gratior

24] Gen. 1, 12.

2 deque *Gel:* de quo *B* 6 creditur. atquin eo magis credendum est qualia *B;* atquin—est *del. Gel* 16 impossibilitate *Gel:* in possibilitate *B* 18 praenuntiationis *Bmg* praescriptionis *Bmg, Gel:* scriptionis *B* 19 quam non *fort.* aqua *Gel:* a qua *B* 20 tractemus *Rig* tantae *Gel:* et ante *B,* ante *Bmg* 21 elementi *Gel:* alimenti *B* 24 quiescebant *Gel:* quiescebat *B* 25 uisibilis *Semlerus* 27 dei *Pam*

scilicet ceteris tunc elementis. nam et tenebrae totae adhuc sine cultu siderum informes et tristis abyssus et terra inparata et caelum rude; solus liquor, semper materia perfecta, laeta, simplex, de suo pura, dignum uectaculum deo subiciebat. quid quod exinde dispositio mundi modulatricibus quodammodo aquis deo constitit? nam ut firmamentum caeleste suspenderet in medietate, distinctis aquis fecit; ut terram aridam suspenderet, segregatis aquis expediit. ordinato dehinc per elementa mundo cum incolae darentur, primis aquis praeceptum est animas proferre. primus liquor quod uiueret edidit, ne mirum sit in baptismo, si aquae animare nouerunt. non enim ipsius quoque hominis figurandi opus sociantibus aquis absolutum est? de terra materia conuenit, non tamen habili nisi humecta et sucida, quam scilicet ante quartum diem segregatae aquae in stationem suam superstite humore limo temperarant. si exinde uniuersa uel plura prosequar, quae de elementi istius auctoritate commemorem, quanta uis eius aut gratia, quot ingenia, quot officia, quantum instrumentum mundo ferat, uereor, ne laudes aquae potius quam baptismi rationes uidear congregasse: licet eo plenius docerem non esse dubitandum, si materiam, quam in omnibus rebus et operibus suis deus disposuit, etiam in sacramentis propriis parere fecit, si quae uitam terrenam gubernat, et in caelesti procurat.

4. Sed ea satis erit praecerpsisse, in quibus et ratio baptismi recognoscitur, primum illa, qua iam tunc etiam ipso habitu praenotabant ad baptismi figuram dei spiritum, qui ab initio superuectabatur super aquas, super aquas intinctorum moraturum. sanctum autem utique super sanctum ferebatur et ab eo, quod superferebatur, id quod ferebat sanctitatem mutua-

4 'uectabulum *alii sed nescio qui*' *Oehlerus* 4 [subiciebat—6 aquis deo] *sic uncis includ. B* 7 et ut *Gel* dispesceret *Iun* 8 et segregatis *B;* et *del. Gel* 11 non enim *B,* nam *Gel* 13 conuenit] '*al. deest*' *Bmg* habilis *Gel* 15 temperarant *Lat:* temperant *B* 22 terrenam *Urs:* aeternam *B* 25 primum *scripsi:* prima *B* qua *Urs:* quae *B* 26 praenotabant *scripsi:* praenotabatur *B* 27 super aquas *prius addidi* intinctorum *Rig:* intinctorem *B,* intinctos *Gel* moraturum *Bmg,* oraturum *B,* reformaturum *Gel* 28 et *Iun:* aut *B*

batur, quoniam subiecta quaeque materia eius, quae desuper imminet, qualitatem rapiat necesse est, maxime corporalis spiritalem et penetrare et insidere facilem per substantiae suae subtilitatem. ita de sancto sanctificata natura aquarum et ipsa sanctificare concepit. nemo dicat: numquid ipsis enim aquis tingimur, quae tunc in primordio fuerunt? non utique ipsis, nisi ex ea parte qua genus quidem unum, species uero complures. quod autem generi adtributum est, etiam in speciem redundat. ideoque nulla distinctio est, mari quis an stagno, flumine an fonte, lacu an alueo diluatur, nec quicquam refert inter eos quos Iohannes in Iordane et quos Petrus in Tiberi tinxit. nisi et ille spado, quem Philippus inter uias fortuita aqua tinxit, plus salutis aut minus retulit. igitur omnes aquae de pristina originis praerogatiua sacramentum sanctificationis consequuntur inuocato deo. superuenit enim statim spiritus de caelis et aquis superest sanctificans eas de semetipso, et ita sanctificatae uim sanctificandi combibunt. quamquam ad simplicem actum competat similitudo, ut, quoniam uice sordium delictis inquinamur, aquis abluamur. sed delicta sicut non in carne comparent, quia nemo super cutem portat maculam idololatriae aut stupri aut fraudis, ita eiusmodi in spiritu sordent, qui est auctor delicti. spiritus enim dominatur, caro famulatur. tamen utrumque inter se communicant reatum, spiritus ob imperium, caro ob ministerium. igitur medicatis quodammodo aquis per angeli interuentum et spiritus in aquis corporaliter diluitur et caro in eisdem spiritaliter mundatur.

5. Sed enim nationes extraneae ab omni intellectu spiritalium potestatem eadem efficacia idolis suis subministrant. sed uiduis aquis sibi mentiuntur. nam et sacris quibusdam per lauacrum initiantur, Isidis alicuius aut Mithrae; ipsos etiam

5 [numquid] *B* 6 nunc *Gel* ipsis *Gel:* ipsi *B* 7 species *scripsi:* specie *B* 11 in Iordane *Gel:* inter Iordanem *B* 15 [deo] *B* 17 combibunt, uice sordium aquis abluantur. Quamquam *B,* combibunt, ut et delicta uice sordium aquis abluantur. Quamquam *Wouweruis;* uice—abluantur *del. Gel* 29 potestatem *Gel:* potestatum *B* potestatum eadem efficacia *(suppl.* aquas*)* *Oehlerus,* potestatum eandem efficaciam *Hartelius* subministrant *Gel:* subministrauit *B*

deos suos lauationibus efferunt. ceterum uillas, domos, templa totasque urbes aspergine circumlatae aquae expiant passim. certe ludis Apollinaribus et Eleusiniis tinguuntur idque se in regenerationem et impunitatem periuriorum suorum agere praesumunt. item penes ueteres quisque se homicidio infecerat, purgatrices aquas explorabat. igitur si de sola natura aquae, quod propria materia sit abluendi, in auspicia emundationis blandiuntur, quanto id uerius aquae praestabunt per dei auctoritatem, a quo omnis natura earum constituta est? si religione aquam medicari putant, quae potior religio quam dei uiui? quo agnito hic quoque studium diaboli recognoscimus res dei aemulantis, cum et ipse baptismum in suis exercet. quid simile? immundus emundat, perditor liberat, damnatus absoluit. suam uidelicet operam destruet diluens delicta, quae inspirat ipse. haec quidem in testimonium posita sunt repellentibus fidem, si minime credant rebus dei, quarum adfectationibus apud aemulum dei credunt. annon et alias sine ullo sacramento immundi spiritus aquis incubant adfectantes illam in primordio diuini spiritus gestationem? sciunt opaci quique fontes et auii quique riui et in balneis piscinae et euripi in domibus uel cisternae et putei, qui rapere dicuntur, scilicet per uim spiritus nocentis. nam et † esietos et lymphaticos et hydrophobos uocant, quos aquae necauerunt aut amentia uel formidine exercuerunt. quorsum ista retulimus? ne quis durius credat angelum dei sanctum aquis in salutem hominis temperandis adesse, cum angelus malus profanum commercium eiusdem elementi in perniciem hominis frequentat. angelum aquis interuenire si nouum uidetur, exemplum futuri praecucurrit. piscinam Bethsaidam angelus interueniens com-

3 Eleusiniis *Urs:* Pelusiis *B* 5 quisquis *Gel* 6 purgatrice aqua *Bmg, Gel* expiabatur *Bmg,* se expiabat *Gel* aqua *Gel,* aquis *Urs* 7 abluendi *Urs:* adloquendi *B,* adlegendi *Bmg, Gel* in auspicia *Urs:* in auspicii *B,* auspicii *Bmg, Gel* 14 deluens *Iun: sic etiam supra* 18 [aquis] *B* 22 nam & esietos *B,* nam et enectos *Gel,* nam et apopnictos *Urs,* nam ἐξεστηκότας *uel* nam ἄταις ictos *fort.* nympholeptos *Oehlerus,* lymphatos *Gel* 23 hydrophobos *Gel:* hydrophobas *B* 24 exercuerunt *Bmg, Gel:* execuerunt *B* 26 angelus malus *Gel:* angelis malis *B* profanum *Urs:* profanus *B* 27 frequentet *Urs*

mouebat. obseruabant qui ualetudinem querebantur. nam si quis praeuenerat descendere illuc, queri post lauacrum desinebat. figuram ista medicinae corporalis spiritalem medicinam canebat, ea forma qua semper carnalia in figuram spiritalium antecedunt. proficiente itaque in hominibus gratia dei plus aquis et angelo accessit. qui uitia corporis remediabant, nunc spiritum medentur; qui temporalem operabantur salutem, nunc aeternam reformant; qui unum semel anno liberabant, nunc quotidie populos conseruant deleta morte per ablutionem delictorum. exempto scilicet reatu eximitur et poena. ita restituetur homo deo ad similitudinem eius, qui retro ad imaginem dei fuerat. imago in effigie, similitudo in aeternitate censetur. recipit enim illum dei spiritum, quem tunc de adflatu eius acceperat, sed post amiserat per delictum.

6. Non quod in aquis spiritum sanctum consequamur, sed in aqua emundati sub angelo spiritui sancto praeparamur. hic quoque figura praecessit; sic enim Iohannes antepraecursor domini fuit praeparans uias eius. ita et angelus baptismi arbiter superuenturo spiritui sancto uias dirigit ablutione delictorum, quam fides impetrat obsignata in Patre et Filio et Spiritu Sancto. nam si in tribus testibus stabit omne uerbum, quanto magis, dum habemus per benedictionem eosdem arbitros fidei quos et sponsores salutis, sufficit ad fiduciam spei nostrae etiam numerus nominum diuinorum? cum autem sub tribus et testatio fidei et sponsio salutis pignerentur, necessario adicitur ecclesiae mentio, quoniam ubi tres, id est Pater et Filius et Spiritus Sanctus, ibi ecclesia, quae trium corpus est.

7. Exinde egressi de lauacro perungimur benedicta unctione de pristina disciplina, qua ungi oleo de cornu in sacerdotio solebant; ex quo Aaron a Moyse unctus est, unde Christus dicitur a chrismate, quod est unctio, quae domino nomen ac-

3 figuram *scripsi:* figura *B* 5 itaque in hominibus *Gel:* ita qui nominibus *B* 7 spiritui *Gel,* spiritu *Urs* 10 restituitur *Urs* 12 factus fuerat *uel* fuerat formatus *fort.* effigie *Gel:* effigiem *B* 16 spiritui *Bmg, Gel:* spiritu *B* 17 ante praecursor *Pam* 21 uerbum dei *B;* dei *del. Gel* 22 dum *Gel:* donum *B* per *add. Gel* 29 sacerdotium *Pam*

commodauit, facta spiritalis, quia spiritu unctus est a deo patre, sicut in Actis: collecti sunt enim uere in ista ciuitate aduersus sanctum filium tuum, quem unxisti. sic et in nobis carnaliter currit unctio, sed spiritaliter proficit; quomodo et ipsius baptismi carnalis actus, quod in aqua mergimur, spiritalis effectus, quod delictis liberamur.

8. Dehinc manus imponitur per benedictionem advocans et inuitans spiritum sanctum. sane humano ingenio licebit spiritum in aquam arcessere et concorporationem eorum accommodatis desuper manibus alio spiritu tantae claritatis animare, deo autem in suo organo non licebit per manus sanctas sublimitatem modulari spiritalem? sed est hoc quoque de ueteri sacramento, quo nepotes suos ex Ioseph, Ephrem et Manassem, Iacob capitibus impositis et intermutatis manibus benedixerit, et quidem ita transuersim obliquatis in se, ut Christum deformantes iam tunc portenderent benedictionem in Christum futuram. tunc ille sanctissimus spiritus super emundata et benedicta corpora libens a patre descendit, super baptismi aquas tanquam pristinam sedem recognoscens conquiescit, columbae figura delapsus in dominum, ut natura spiritus sancti declararetur per animal simplicitatis et innocentiae, quod etiam corporaliter ipso felle careat columba. ideoque, estote, inquit, simplices sicut columbae; ne hoc quidem sine argumento praecedentis figurae. quemadmodum enim post aquas diluuii, quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismum, ut ita dixerim, mundi pacem caelestis irae praeco columba terris adnuntiauit dimissa ex arca et cum olea reuersa, quod signum etiam apud nationes paci praetenditur, eadem dispositione spiritalis effectus terrae id est carni nostrae emergenti de lauacro post uetera delicta columba sancti spiritus aduolat pacem dei

2] Act. 4, 27. 22] Matth. 10, 16.

1 spiritu *Gel:* spiritus *B* 2 enim uere *Gel:* enimuero *B* 5 et spiritus ipsius *B;* spiritus *del. Gel* 9 aerum *Scal* 13 Efrem *B,* Ephraim *Urs* 15 Chreston *Scal* deformantis *B* 18 labens *Scal* et super *Iun* 28 etiam apud *Gel:* apud etiam *B* 29 emergenti *Gel:* emergendi *B*

adferens, emissa de caelis, ubi ecclesia est arca figurata. sed mundus rursus deliquit; quo male comparatur baptismus diluuio. itaque igni destinatur, sicut et homo qui post baptismum delicta restaurat, ut hoc quoque in signum admonitionis nostrae debeat accipi.

9. Quot igitur patrocinia naturae, quot priuilegia gratiae, quot sollemnia disciplinae figurae praestructiones precationes religionem aquae ordinauerunt? primo quidem cum populus de Aegypto liber et expeditus uim regis Aegypti per aquam transgressus euadit, ipsum regem cum totis copiis aqua extinxit. quae figura manifestior in baptismi sacramento? liberantur de saeculo nationes per aquam scilicet et diabolum dominatorem pristinum in aqua oppressum derelinquunt. item aqua de amaritudinis uitio in usum commodae suauitatis Mosei ligno remediatur. lignum illud erat Christus uenenatae et amarae retro naturae uenas in saluberrimas aquas baptismi scilicet ex sese remedians. haec est aqua, quae de comite petra populo defluebat. si enim petra Christus, sine dubio aqua in Christo baptismum uidemus benedici. quanta aquae gratia penes deum et Christum eius est ad baptismi confirmationem! nunquam sine aqua Christus: siquidem et ipse aqua tinguitur, prima rudimenta potestatis suae uocatus ad nuptias aqua auspicatur, cum sermonem facit, sitientes ad aquam suam inuitat sempiternam, cum de agape docet, aquae calicem pauperi oblatum inter opera dilectionis probat, apud puteum uires resumit, super aquam incedit, libenter transfretat, aquam discentibus ministrat. perseuerat testimonium baptismi usque ad passionem: cum deditur in crucem, aqua interuenit; sciunt Pilati manus: cum uulneratur, aqua de latere prorumpit; scit lancea militis.

10. Diximus, quantum mediocritati nostrae licuit, de uniuersis quae baptismi religionem struunt; nunc ad reliquum

1 sed] si et *Iun* 2 delinquit *Urs* comparatur *Iun:* comparetur *B* diluuio itaque ignis *Iun* 5 *sq.* quot *ter Gel:* quod *ter B* 8 liber et *scripsi:* libere *B,* liber *Urs, del. Rig* expeditus *del. Urs.* 12 derelinquunt *Gel:* derelinquit *B* 13 usum *Lat:* suum *B* commodae *scripsi:* commodum *B* 15 in saluberrimas *Pam:* insaluberrimas *B* 18 aquae *Urs* praedici *fort.* 24 pauperi *Urs:* patri *B,* fratri *Pam*

statum eius aeque ut potero progrediar de quaestiunculis quibusdam. baptismus ab Iohanne denuntiatus iam tunc habuit quaestionem, ab ipso quidem domino propositam Pharisaeis, caelestisne is baptismus esset an uero terrenus? de quo illi non ualuerunt constanter respondere, utpote non intellegentes, quia nec credentes. nos porro quantula fide sumus, tantulo et intellectu possumus aestimare diuinum quidem eum baptismum fuisse, mandatu tamen, non et potestate, quod et Iohannem a domino missum legimus in hoc munus ceterum humanum condicione. nihil enim caeleste praestabat, sed caelestibus praeministrabat paenitentiae scilicet praepositus, quae est in hominis potestate. denique legis doctores et Pharisaei, qui credere noluerunt, nec paenitentiam egere. quod si paenitentia humanum est, et baptismus ipsius eiusdem condicionis fuerit necesse est, aut daret et spiritum sanctum et remissionem delictorum, si caelestis fuisset. sed neque peccatum dimittit neque spiritum indulget nisi deus solus. etiam ipse dominus, nisi ipse prius ascenderet ad patrem, aliter negauit spiritum descensurum. id quod dominus nondum conferebat, seruus utique praestare non potuisset. adeo postea in Actis Apostolorum inuenimus, quoniam, qui Iohannis baptismum habebant, non accepissent spiritum sanctum, quem ne auditu quidem nouerant. ergo non erat caeleste, quod caelestia non exhibebat, cum ipsum, quod caeleste in Iohanne fuerat, spiritus prophetiae, post totius spiritus in dominum translationem usque adeo defecerit, ut quem praedicauerat, quem aduenientem designauerat, postmodum an ipse esset miserit sciscitatum. agebatur itaque baptismus paenitentiae quasi candidatus remissionis et sanctificationis in Christo subsecuturae. nam quod praedicabat baptismum paenitentiae in remissionem delictorum, in futuram remissionem enuntiatum est: siquidem paenitentia antecedit, remissio subsequitur, et hoc est uiam praeparare; qui autem praeparat, non idem ipse perficit, sed alii perficiendum

4] cf. Marc. 11, 30. 18] cf. Ioh. 16, 7.

8 mandatu *Gel:* mandatum *B* 12 denique — 13 egere *fort. delenda censet Harnackius* 13 egere *Lat:* agere *B* 20 potuisset *scripsi:* posset *B* praestare posset? *Rig* 25 et prophetiae *B;* et *del. Gel* 33 perficit *Gel:* perfecit *B*

procurat. ipse profitetur sua non esse caelestia, sed Christi, dicendo: qui de terra est, de terra loquitur; qui de supernis uenit, super omnes est: item sola se paenitentia tinguere, uenturum mox qui tingueret in spiritu et igni. scilicet quia uera et stabilis fides aqua tinguitur in salutem, simulata autem et infirma igni tinguitur in iudicium.

11. Sed ecce, inquiunt, uenit dominus et non tinxit. legimus enim: et tamen is non tinguebat, uerum discipuli eius. quasi reuera ipsum suis manibus tincturum Iohannes praedicasset. non utique sic intellegendum est, sed simpliciter dictum more communi, sicut est uerbi gratia: imperator proposuit edictum aut praefectus fustibus cecidit: numquid ipse proponit aut numquid ipse caedit? semper is dicitur facere, cui praeministratur. ita erit accipiendum, ipse uos tinguet, pro eo quod est, per ipsum tinguemini uel in ipsum. sed ne moueat quosdam quod non ipse tinguebat. in quem enim tingueret? in paenitentiam? quo ergo illi praecursorem? in peccatorum remissionem, quam uerbo dabat? in semetipsum, quem humilitate celabat? in spiritum sanctum, qui nondum ad patrem ascenderat? in ecclesiam, quam nondum apostoli struxerant? itaque tinguebant discipuli eius ut ministri, ut Iohannes antepraecursor, eodem baptismo Iohannis, ne qui alio putet, quia nec exstat alius nisi postea Christi, qui tunc utique a discentibus dari non poterat, utpote nondum adimpleta gloria domini, nec instructa efficacia lauacri per passionem et resurrectionem, quia nec mors nostra dissolui posset nisi domini passione nec uita restitui sine resurrectione ipsius.

12. Cum uero praescribitur nemini sine baptismo competere salutem, ex illa maxime pronuntiatione domini qui ait: nisi natus ex aqua quis erit, non habet uitam, suboriuntur scrupulosi, immo temerarii retractatus quorundam, quomodo ex

2] Luc. 3, 16. Matth. 3, 11. 8] Ioh. 4, 2. 29] Ioh. 3, 5.

3 in sola *Urs* 5 stabilis fides aqua *Rig:* stabilis aquae fides qua *B* 9 quasi *B,* quia *Gel* 13 caedit *Gel:* caecidit *B* praeministratur *B,* fit *Bmg* 19 spiritum sanctum *Gel:* spiritusancto *B* ad patrem ascenderat *B,* a patre descenderat *Bmg, Gel* 27 resurrectione *Iun:* surrectione *B*

ista praescriptione apostolis salus competat, quos tinctos non inuenimus in domino praeter Paulum. immo cum Paulus solus ex illis baptismum Christi induerit, aut praeiudicatum esse de ceterorum periculo qui careant aqua Christi, ut praescriptio salua sit, aut rescindi praescriptionem, si etiam non tinctis salus statuta est. audiui, domino teste, eiusmodi, ne quis me tam perditum existimet, ut ultro excogitem libidine stili, quae aliis scrupulum incutiant. et nunc illis, ut potero, respondebo, qui negant apostolos tinctos. nam si humanum Iohannis baptismum inierant et dominicum desiderabant, quatenus unum baptismum definierat ipse dominus dicens Petro perfundi uolenti: qui semel lauit, non habet necesse rursum, quod utique non tincto non omnino dixisset, et haec est probatio exerta aduersus illos qui adimunt apostolis etiam Iohannis baptismum, ut destruant aquae sacramentum. an credibile uideri potest in his personis uiam tunc domini non praeparatam id est baptismum Iohannis, quae ad uiam domini per totum orbem aperiendam destinabantur? ipse dominus nullius paenitentiae debitor tinctus est: peccatoribus non fuit necesse? quod ergo alii tincti non sunt, non tamen comites Christi, sed aemuli fidei, legis doctores et Pharisaei? unde et suggeritur, cum aduersantes domini tingui noluerint, eos qui dominum sequebantur tinctos fuisse nec cum aemulis suis sapuisse, maxime quando dominus, cui adhaerebant, testimonio Iohannem extulisset, nemo, dicens, maior inter natos feminarum Iohanne baptizatore. alii plane satis coacte iniciunt tunc apostolos baptismi uicem implesse, cum in nauicula fluctibus adspersi operti sunt; ipsum quoque Petrum per mare ingre-

12] Ioh. 13, 6. 25] Math. 11, 11.

1 praescriptione *Bmg, Gel,* praescriptione praestructione *B* 6 tinctis *Gel:* tinctus *B* in eiusmodi *B;* in *del. Gel* 7 ut *Lat:* et *B* excogitem *Oehlerus:* excogitet *B,* exagitet *Gel,* exagitem *Lat* libidine *Urs:* libidinem *B* 8 incutiat *Gel* 11 definiebat *Urs* 12 uolenti *Iun:* nolenti *B* 18 destinabantur? ipse *Gel:* destinabatur ipse *B* 20 quid ergo *Pam* sint? *Urs* 21 fidei *Pam:* fide *B* *interrogationis signum posui* 22 et cum *B;* et *del. Gel* 23 nec *Gel:* ne *B* 24 si cui *B;* si *del. Gel* 28 dominum opperiti *fort.* operti aspersi *Hartelius*

dientem satis mersum. ut opinor autem, aliud adspergi uel intercipi uiolentia maris, aliud tingui disciplina religionis. ceterum nauicula illa figuram ecclesiae praeferebat, quod in mari id est saeculo fluctibus id est persecutionibus et temptationibus inquietatur, domino per patientiam uelut dormiente, donec orationibus sanctorum in ultimis suscitatus compescat saeculum et tranquillitatem suis reddat. nunc siue tincti quoquo modo fuerunt siue illoti perseuerauerunt, ut et illud dictum domini de uno lauacro sub Petri persona ad nos tantummodo spectet, de salute tamen apostolorum satis temerarium est aestimare, quia illis uel primae adlectionis et exinde indiuiduae familiaritatis praerogatiua compendium baptismi conferre posset, cum illi, opinor, sequebantur illum qui credenti cuique salutem pollicebatur. *fides tua te*, aiebat, *saluum fecit*, et, *remittentur tibi peccata*, credenti utique nec tamen tincto. id si apostolis defuit, nescio quorum fide uno uerbo domini suscitatus teloneum dereliquit, patrem et nauem et artem qua uitam sustentabat deseruit, patris exsequias despexit, summum illud domini praeceptum, *qui patrem aut matrem mihi praetulerit, non est me dignus*, ante perfecit quam audiuit.

13. Hic ergo scelestissimi illi prouocant quaestiones. adeo dicunt: baptismus non est necessarius quibus fides satis est; nam et Abraham nullius aquae nisi fidei sacramento deo placuit. sed in omnibus posteriora concludunt et sequentia antecedentibus praeualent. fuerit salus retro per fidem nudam ante domini passionem et resurrectionem; at ubi fides aucta est credendi in natiuitatem passionem resurrectionemque eius, addita est ampliatio sacramento, obsignatio baptismi, uestimentum quodammodo fidei, quae retro erat nuda nec potest iam sine sua lege. lex enim tinguendi imposita est et forma praescripta.

14] Marc. 10, 52. 19] Matth. 10, 37.

11 quia *Gel:* quae *B* cum illo familiaritatis *Iun* 12 cum illi *Urs:* cum illo *B*, cumulo *Scal*, cum ilico *Hartelius* 14 remittuntur *Gel* 16 quorum fide *Oehlerus:* quorum fides *B*, quorsum fidens *Scal* suscitata *Urs* 18 qui patris *B; qui del. Rig* illud *Urs:* illius *B* 27 credendo *fort.* 28 sacramenti *Harnackius* 29 potest iam *B*, potentiam habuit *Bmg, Gel*

ite, inquit, docete nationes tinguentes eas in nomen Patris et Filii et Spiritus Sancti. huic legi collata definitio illa, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum caelorum, obstrinxit fidem ad baptismi necessitatem. itaque omnes exinde credentes tinguebantur. tunc et Paulus, ubi credidit, tinctus est. et hoc est quod et dominus in illa plaga orbationis praeceperat, exsurge, dicens, et introi Damascum, illic tibi demonstrabitur, quid debeas agere, scilicet tingui, quod solum ei deerat. alioquin satis didicerat atque crediderat Nazarenum esse dominum dei filium.

14. Sed de ipso apostolo reuoluunt: quod dixerit: non enim me ad tinguendum Christus misit. quasi hoc argumento baptismus adimatur. cur enim tinxit Gaium et Crispum et Stephanae domum? quamquam etsi non eum miserat Christus ad tinguendum, tamen aliis apostolis praeceperat tinguere. uerum haec pro condicione tunc temporis ad Corinthios scripta sunt, quoniam schismata et dissensiones inter illos mouebantur, dum alius Paulo deputat, alius Apollo. propter quod pacificus apostolus, ne sibi omnia defendere uideretur, non ad tinguendum ait se missum, sed ad praedicandum. nam et prius est praedicare, posterius tinguere. et prius praedicatum. puto autem, licuit et tinguere, cui licuit praedicare.

15. Nescio si quid amplius ad controuersiam baptismi uentilatur. sane retexam quod supra omisi, ne imminentes sensus uidear intercidere. unus omnino baptismus est nobis, tam ex domini euangelio quam ex apostoli litteris, quoniam unus deus et unum baptisma et una ecclesia in caelis. sed circa haereticos sane quid custodiendum sit, digne quis retractet. ad nos enim editum est. haeretici autem nullum habent consortium nostrae disciplinae, quos extraneos utique testatur ipsa ademptio

1] Matth. 28, 19. 3] Ioh. 3, 5. 7] Act. 9, 6. 12] 1 Cor. 1, 17.

7 et *B*, ei *Urs*, *del. Gel* 19 Apollini *Harnackius* 22 et *scripsi:* sed *B*, si *Bmg*, *Gel*, sed sit *Urs*, sic *Oehlerus* 26 tam *Gel:* tamen *B* 27 unus deus et *Urs:* unus et *B*, unus dominus et *Lat* 28 baptisma *Urs:* baptismum *B* 29 quid *Pam:* quae *B*

communicationis. non debeo in illis cognoscere quod mihi est praeceptum, quia non idem deus est nobis et illis, nec unus Christus, id est idem, ideoque nec baptismus unus, quia non idem; quem cum rite non habeant, sine dubio non habent, nec capit numerari quod non habetur; ita nec possunt accipere, quia non habent. sed de isto plenius iam nobis in Graeco digestum est. semel ergo lauacrum inimus, semel delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet. ceterum Israel Iudaeus quotidie lauat, quia quotidie inquinatur. quod ne in nobis quoque factitaretur, propterea de uno lauacro definitum est. felix aqua, quae semel abluit, quae ludibrio peccatoribus non est, quae non adsiduitate sordium infecta rursus quos diluit inquinat.

16. Est quidem nobis etiam secundum lauacrum, unum et ipsum, sanguinis scilicet, de quo dominus, habeo, inquit, baptismo tingui, cum iam tinctus fuisset. uenerat enim per aquam et sanguinem, sicut Iohannes scripsit, ut aqua tingueretur, sanguine glorificaretur, perinde nos faceret aqua uocatos, sanguine electos. hos duos baptismos de uulnere perfossi lateris emisit, quatenus qui in sanguinem eius crederent, aqua lauarentur, qui aqua lauissent, etiam sanguinem portarent. hic est baptismus qui lauacrum et non acceptum repraesentat et perditum reddit.

17. Superest ad concludendam materiolam de obseruatione quoque dandi et accipiendi baptismi commonefacere. dandi quidem habet ius summus sacerdos, qui est episcopus; dehinc presbyteri et diaconi, non tamen sine episcopi auctoritate, propter ecclesiae honorem, quo saluo salua pax est. alioquin etiam laicis ius est. quod enim ex aequo accipitur, ex aequo dari potest. nisi episcopi iam aut presbyteri aut diaconi, uocantur discentes. domini sermo non debet abscondi ab ullo.

15] Luc. 12, 50. 16] cf. 1 Ioh. 5, 6.

1 agnoscere *Semlerus* 8 Iudaeus *delendum censet Harnackius* 18 perinde *scripsi:* proinde *B* ut nos *Lat* faceret *Lat:* facere *B* 20 omisit quia qui *Lat* 21 sanguine *fort.* potarent *Gel,* postularent *fort.* 25 baptismum *Gel* 30 uocarentur *Lat* 31 discentes *Lat:* dicentes *B*

perinde et baptismus, aeque dei census, ab omnibus exerceri potest. sed quanto magis laicis disciplina uerecundiae et modestiae incumbit, cum ea maioribus competant, ne sibi adsumant dicatum episcopis officium? episcopatus aemulatio schismatum mater est. omnia licere dixit sanctissimus apostolus, sed non omnia expedire. sufficiat scilicet in necessitatibus ut utaris, sicubi aut loci aut temporis aut personae condicio compellit. tunc enim constantia succurrentis excipitur, cum urget circumstantia periclitantis, quoniam reus erit perditi hominis, si supersederit praestare quod libere potuit. petulantia autem mulieris, quae usurpauit docere, utique non etiam tinguendi ius sibi pariet, nisi si quae noua bestia euenerit similis pristinae, ut, quemadmodum illa baptismum auferebat, ita aliqua per se eum conferat. quodsi quae Pauli perperam inscripta sunt exemplum Theclae ad licentiam mulierum docendi tinguendique defendunt, sciant in Asia presbyterum, qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, conuictum atque confessum id se amore Pauli fecisse loco decessisse. quam enim fidei proximum uideretur, ut is docendi et tinguendi daret feminae potestatem qui ne discere quidem constanter mulieri permisit? t a c e a n t, inquit, e t d o m i m a r i t o s s u o s c o n s u l a n t.

18. Ceterum baptismum non temere credendum esse sciunt quorum officium est. 'omni petenti te dato' suum habet titulum perinde ad eleemosynam pertinentem. immo illud potius perspiciendum: n o l i t e d a r e s a n c t u m c a n i b u s e t p o r c i s p r o i c e r e m a r g a r i t a m u e s t r a m, et: m a n u s n e f a c i l e im-

5] cf. 1 Cor. 6, 12. 10, 23. 21] 1 Cor. 14, 34. 25] Matth. 7, 6. 26] 1 Tim. 5, 22.

1 perinde *scripsi:* proinde *B* 3 competant *Rig:* competat *B* 4 episcopis *Urs:* episcopi *B* officium? episcopatus aemulatio *Iun:* officium episcopatus. aemulatio *B* 6 ut *del. Rig* 10 petulantiae *Oehlerus* mulieris *Urs:* mulier *B*, mulierum *Gel* 12 bestiae uenerit *Iun* 14 Paulo *Urs* inscripta *scripsi:* scripta *B*, adscripta *Urs* sunt *B*, legunt *Gel* 15 exemplum *Bmg*, *Gel*, scriptum *B* exemplum Theclae *del. Rig* tingendique *Gel:* tingendi quae *B* 17 titulum *fort.*, titulos *Hartelius* conuictum apud Ioannem atque *Iun* 20 discere *Gel:* docere *B*, doceri *Hartelius* 24 proinde *Urs* 26 margarita uestra *Urs*, margaritas uestras *Pam*

posueris, ne participes aliena delicta. si Philippus tam facile tinxit eunuchum, recogitemus manifestam et exertam dignationem domini intercessisse. spiritus Philippo praeceperat in eam uiam pertendere; spado et ipse inuentus est non otiosus, nec qui subito tingui concupisceret, sed ad templum orandi gratia profectus scripturae diuinae impressus sic oportebat deprendi, cui ultro deus apostolum miserat, quem rursus spiritus ut se curriculo eunuchi adiungeret iussit: scriptura ipsius fidei occurrit in tempore, exhortatus adsumitur, dominus ostenditur, fides non moratur, aqua non expectatur, apostolus perfecto negotio eripitur. sed et Paulus reuera cito tinctus est. cito enim cognouerat Simon hospes uas eum esse electionis constitutum. dei dignatio suas praemittit praerogatiuas; omnis petitio et decipere et decipi potest. itaque pro cuiusque personae condicione ac dispositione, etiam aetate, cunctatio baptismi utilior est, praecipue tamen circa paruulos. quid enim necesse, si non tam necesse est, sponsores etiam periculo ingeri, qui et ipsi per mortalitatem destituere promissiones suas possunt et prouentu malae indolis falli? ait quidem dominus: nolite illos prohibere ad me uenire. ueniant ergo, dum adolescunt; ueniant, dum discunt, dum quo ueniant docentur; fiant Christiani, cum Christum nosse potuerint. quid festinat innocens aetas ad remissionem peccatorum? cautius agetur in saecularibus, ut cui substantia terrena non creditur, diuina credatur? norint petere salutem, ut petenti dedisse uidearis. non minore de causa innupti quoque procrastinandi, in quibus temptatio praeparata est tam uirginibus per maturitatem quam uiduis per uacationem, donec aut nubant aut continentiae corroborentur. si qui pondus intellegant baptismi, magis timebunt consecutionem quam dilationem; fides integra secura est de salute.

19] Matth. 19, 14.

4 pertendere *Urs:* praetendere *B* 6 deprendi *B,* deprehendi *Rig* 11 tinctus *Pam:* unctus *B* 12 Simon *B,* Iudas *Pam,* Ananias *Lat* 15 ac *Gel:* a *B* 16 necesse est *Pam* 17 si non tam necesse *om. Gel* ingeri, qui *Gel:* integri, quid *B,* ingeri? quia *Urs* 19 prouentu *Gel:* prouentum *B* 22 quid *Gel:* quod *B* 24 ut *B,* nec *fort.* 25 *interrogationis signum posuit Hartelius* petenti *Gel:* petendi *B* 28 uacationem *Urs:* uagationem *B* aetate corroborentur *fort.*

19. Diem baptismo sollemniorem Pascha praestat, cum et passio domini in qua tinguimur adimpleta est. nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quod cum ultimum Pascha dominus esset acturus, missis discipulis ad praeparandum, conuenietis, inquit, hominem aquam baiulantem, Paschae celebrandae locum de signo aquae ostendit. exinde Pentecoste ordinandis lauacris laetissimum spatium est, quo et domini resurrectio inter discipulos frequentata est, et gratia spiritus sancti dedicata, et spes aduentus domini subostensa, quod tunc in caelos recuperato eo angeli ad apostolos dixerunt sic uenturum, quemadmodum et in caelos conscendit, utique in Pentecoste. sed enim Hieremias cum dicit: et congregabo illos ab extremis terrae in die festo, Paschae diem significat et Pentecostes, qui est proprie dies festus. ceterum omnis dies domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo: si de sollemnitate interest, de gratia nihil refert.

20. Ingressuros baptismum orationibus crebris, ieiuniis et geniculationibus et peruigiliis orare oportet et cum confessione omnium retro delictorum, ut exponant etiam baptismum Iohannis. tinguebantur, inquit, confitentes delicta sua. nobis gratulandum est, si nunc publice confitemur iniquitates aut turpitudines nostras. simul enim et de pristinis satisfacimus conflictatione carnis et spiritus et subsecuturis temptationibus munimenta praestruimus. uigilate et orate, inquit, ne incidatis in temptationem. et ideo, credo, temptati sunt, quoniam obdormierunt, ut adprehensum dominum destituerint, et qui cum eo perstiterit et gladio sit usus, ter etiam negauerit; nam et praecesserat dictum, neminem intemptatum regna caelestia consecuturum. ipsum dominum post lauacrum statim temptationes circumsteterunt quadraginta diebus ieiuniis functum. ergo et nos, dicet aliquis, a lauacro potius ieiunare oportet.

4] Marc. 14, 13. 12] Hier. 31, 8. 20] Matth. 3, 6. 24] Matth. 26, 41. 28] cf. Luc. 22, 28. 29.

2 quam *Urs* 3 ad *Gel:* aut *B,* quis ad *Urs* 4 inuenietis *Pam* 7 latissimum *Bmg, Gel* quo *Gel:* quod *B* 16 solemnitate *B* 21 nunc *Iun:* non *B, del. Heraldus* 24 munimenta *Gel:* monumenta *B* 26 adpraehensum *B* 27 perstiterit *Gel:* praestitit *B* 31 protinus *Scal*

et quis enim prohibet, nisi necessitas gaudii et gratulatio salutis? sed dominus, quantulum aestimo, de figura Israelis exprobrationem in ipsum retorsit. namque populus mare transgressus et in solitudinem translatus per quadraginta annos illic cum diuinis copiis aleretur, nihilominus uentris et gulae meminerat quam dei. deinde dominus post aquam segregatus in deserta quadraginta dierum ieiunia emensus ostendit non pane uiuere hominem dei, sed dei uerbo temptationesque plenitudini et immoderantiae uentris appositas abstinentia elidi. igitur benedicti, quos gratia dei expectat, cum de illo sanctissimo lauacro noui natalis ascenditis et primas manus apud matrem cum fratribus aperitis, petite de patre, petite de domino, peculia gratiae, distributiones charismatum subiacere. petite, et accipietis, inquit. quaesistis enim et inuenistis; pulsastis et apertum est uobis. tantum oro, ut, cum petitis, etiam Tertulliani peccatoris memineritis.

13] Matth. 7, 6.

1 ecquis *Oehlerus* 2 quantum existimo *Urs* 4 et *Gel:* est *B, om. Rig* solitudinem *Iun:* solitudine *B* 6 proinde *Lat* deserto *Urs* 12 domino] petite de spiritu sancto *addenda fort.* 13 gratiae *Oehlerus:* gratia *B,* gratias *Gel* subiacente *Gel,* subiiciente *Pam* distributiones charismatum subiacere *ut glossam delet Harnackius*

VIII.

DE PUDICITIA.

1. Pudicitia, flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, praeiudicium omnibus bonae mentis, quamquam rara nec facile perfecta uixque perpetua, tamen aliquatenus in saeculo morabitur, si natura praestruxerit, si disciplina persuaserit, si censura compresserit, siquidem omne animi bonum aut nascitur aut eruditur aut cogitur. sed ut mala magis uincunt, quod ultimorum temporum ratio est, bona iam nec nasci licet, ita corrupta sunt semina, nec erudiri, ita deserta sunt studia, nec cogi, ita exarmata sunt iura. denique de qua incipimus eo usque iam exoleuit, ut non eiuratio, sed moderatio libidinum pudicitia credatur isque satis castus habeatur, qui minus non castus fuerit. sed uiderit saeculi pudicitia cum saeculo ipso, cum suo ingenio si nascebatur, cum suo studio si erudiebatur, cum suo seruitio si cogebatur; nisi quod infelicior etiam, si stetisset ut infructuosa, quae non apud deum egisset. malim nullum bonum quam uanum. quid prodest esse, quod non prodest? nostrorum bonorum status iam mergitur, Christianae pudicitiae ratio concutitur, quae omnia de caelo trahit, et naturam per lauacrum regenerationis, et disciplinam per instrumentum praedicationis, et censuram per iudicia ex utroque

6] cf. Iuuenal. VI, 1 sqq.

omnis *Gel* 13 eiuratio *Ciacconius*: ei ratio *B*, eius ratio *Gel* 14 minus non *scripsi:* non minus *B*, minus *Rig*, a nonariis *Iun*, non nimis *Urs, Harrisius*, nomine *Oehlerus* 15 incestus *Urs* 18 malim *Urs:* malum *B*, malo *Gel* 19 nullum *Gel:* nullumque *B* quid *Gel:* quod *B* quod *addidi*, quod esse *add. Gel* 20 mergitur *B*, exigitur *Urs*

testamento coacta constantius ex metu et uoto aeterni ignis et regni. aduersus hanc nonne dissimulare potuissem? audio etiam edictum esse propositum, et quidem peremptorium. pontifex scilicet maximus, quod est episcopus episcoporum, edicit: ego et moechiae et fornicationis delicta paenitentia functis dimitto. o edictum cui adscribi non poterit BONUM FACTUM! et ubi proponetur liberalitas ista? ibidem, opinor, in ipsis libidinum ianuis, sub ipsis libidinum titulis. illic eiusmodi paenitentia promulganda est, ubi delinquentia ipsa uersabitur. illic legenda est uenia, quo cum spe eius intrabitur. sed hoc in ecclesia legitur, et in ecclesia pronuntiatur, et uirgo est. absit, absit a sponsa Christi tale praeconium! illa, quae uera est, quae pudica, quae sancta, carebit etiam aurium macula. non habet, quibus hoc repromittat, et si habuerit, non repromittit, quod et terrenum dei templum citius spelunca latronum appellari potuit a domino quam moechorum et fornicatorum. erit igitur et hic aduersus psychicos titulus, aduersus meae quoque sententiae retro penes illos societatem, quo magis hoc mihi in notam leuitatis obiectent. numquam societatis repudium delicti praeiudicium. quasi non facilius sit errare cum pluribus, quando ueritas cum paucis ametur. at enim me non magis dedecorabit utilis leuitas quam ornarit nocens. non suffundor errore quo carui, quia caruisse delector, quia meliorem me et pudiciorem recognosco. nemo proficiens erubescit. habet et in Christo scientia aetates suas, per quas deuolutus est et apostolus. cum paruulus, inquit, essem, tamquam paruulus loquebar, tamquam paruulus sapiebam; at ubi uir sum

15] cf. Matth. 21, 13. 26] 1 Cor. 13, 11.

1 et coacta *B;* et *del. Lat* 2 nonne *B,* nuncne *Gel,* nunc, ne *Iun,* nec *Hartelius* potuissem, audio *Iun* 3 peremptorium *Gel:* peremptorem *B* 4 quod *del. Gel* est *add. Urs* 5 delicta paenitentia *add. Gel* functis *Gel:* funes *B* 10 cum spe eius *Gel:* conspectius *B* 14 habebit *Urs* repromittet *Urs* 15 quoniam *Gel* 17 erit igitur *Gel:* erigitur *B* 19 obiectent *Gel:* obiicient *B* 20 praeiudicium est *Gel* 21 non *Gel:* nos *B* 22 decorabit *Rig* utilis *Ciacconius:* inutilis *B* 23 carui quia *del. Urs* 27 tanquam paruulus sapiebam *C (= liber Clementis), om. B, Gel*

factus, ea quae paruuli fuerant euacuaui. adeo deuertit a sententiis pristinis nec idcirco deliquit, quod aemulator factus est non paternarum traditionum, sed Christianarum, optans etiam ut praeciderentur qui circumcisionem detinendam suadebant. atque utinam et isti, qui meram et ueram integritatem carnis obtruncant amputantes non summam superficiem, sed intimam effigiem pudoris ipsius, cum moechis et fornicatoribus ueniam pollicentur aduersus principalem Christiani nominis disciplinam, quam ipsum quoque saeculum usque adeo testatur, ut, si quando, eam in feminis nostris inquinamentis potius carnis quam tormentis punire contendat id uolens eripere quod uitae anteponunt. sed iam haec gloria extinguitur et quidem per eos quos tanto constantius oportuerat eiusmodi maculis nullam subscribere ueniam, quanto propterea, quotiens uolunt, nubunt, ne moechiae et fornicationi succidere cogantur, quod melius est nubere quam uri. nimirum propter continentiam incontinentia necessaria est, incendium ignibus extinguetur. cur ergo et crimina postmodum indulgent paenitentiae nomine, quorum remedia praestituunt multinubentiae iure? nam et remedia uacabunt, cum crimina indulgentur et crimina manebunt, si remedia uacabunt. itaque utrobique de sollicitudine et neglegentia ludunt, praecauendo uanissime quibus parcunt et parcendo ineptissime quibus praecauent, cum aut praecauendum non sit ubi parcitur aut parcendum non sit ubi praecauetur. praecauent enim, quasi nolint admitti tale quid, indulgent autem, quasi uelint admitti; quando si admitti nolint, non debeant indulgere, si indulgere uelint, non debeant praecauere. nec enim moechia et fornicatio de modicis et de mediis delictis deputabuntur, ut utrumque competat, et sollicitudo quae praecauet et securitas quae indulget. sed cum ea sint quae culmen criminum teneant, non capit et indulgeri

4] cf. Gal. 5, 12. 16] 1 Cor. 7, 9.

1 deuertit *C*, diuertit *B, Gel* 3 Christianarum *C*, Christianorum *B, Gel* 6 obtruncant amputantes *Gel:* obtruncatam putantes *B* 12 anteponunt *Gel:* anteponent *B*, anteponant *Urs* 14 quanto *Urs:* quando *B* 15 nubunt *Urs:* nubant *B* 16 quoniam *Gel* 18 et crimina *C*, crimine *B* 26 tale quid *C*, aliquid *B* 29 mediis *B*, maximis *Urs* ut *add. Gel* 31 capit *Urs:* capiunt *B*

quasi modica et praecaueri quasi maxima. nobis autem maxima aut summa sic quoque praecauentur, dum nec secundas quidem post fidem nuptias permittitur nosse, nuptialibus et dotalibus, si forte, tabulis a moechiae et fornicationis opere diuersas, et ideo durissime nos infamantes paracletum disciplinae enormitate digamos foris sistimus. eundem limitem liminis moechis quoque et fornicatoribus figimus ieiunas pacis lacrimas profusuris nec amplius ab ecclesia quam publicationem dedecoris relaturis.

2. Ceterum deus, inquiunt, bonus et optimus et misericors et miserator et misericordiae plurimus, quam omni sacrificio anteponit, non tanti ducens peccatoris mortem quam paenitentiam, salutificator omnium hominum et maxime fidelium. itaque et filios dei misericordes et pacificos esse oportebit, donantes inuicem sicut et Christus donauit nobis, non iudicantes, ne iudicemur. domino enim suo stat quis uel cadit: tu quis es, ut seruum iudices alienum? dimitte, et dimittetur tibi. talia et tanta futilia eorum, quibus et deo adulantur et sibi lenocinantur, effeminantia magis quam uigorantia disciplinam, quantis et nos et contrariis possumus repercutere, quae et dei seueritatem intemptent et nostram constantiam prouocent? quia etsi bonus natura deus, tamen et iustus. ex causa enim, sicut sanare nouit, ita et caedere, faciens pacem, sed et condens mala, paenitentiam malens, sed et Hieremiae mandans, ne pro populo peccatore deprecaretur. quod, et si ieiunauerint, inquit, non exaudiam obsecrationem eorum. et rursus: et tu ne adoraueris pro populo et ne postulaueris pro his in prece et oratione, quoniam non exaudiam in tempore, quo inuocauerint me, in tempore adflictionis suae. et adhuc supra, idem misericordiae praelator quam sacrificii: et tu ne adoraueris pro populo

9] cf. Ioel 2, 13. 10] cf. Hos. 6, 6. 11] cf. Ezech. 33, 6. 12] 1 Tim. 4, 10. 15] Rom. 14, 4. 22] cf. Es. 45, 7. 23] Hier. 14, 12. 24] ibid. 11, 14 sqq. 26] ibid. 7, 15 sqq.

2 ne *Lat* 4 et ideo *Urs:* sed ideo *B* 5 paracletum istum *fort.* 12 saluificator *Urs* 17 futilia *B,* sparsilia *C et codex Remensis a Pithoeo inspectus* 24 quod et] quoniam *C* 28 inuocauerint *C,* inuocauerit *B* in *C,* et in *B* 29 idem *Gel:* hisdem *B*

isto et ne postulaueris misericordiam consequi eos et ne accesseris pro his ad me, quoniam non exaudiam utique misericordiam postulantes, utique ex paenitentia flentes et ieiunantes et adflictationem suam offerentes deo. deus enim zelotes, et qui naso non deridetur, adulantium scilicet bonitati eius, et qui licet patiens, tamen per Esaiam comminatur patientiae finem: tacui, numquid et semper tacebo et sustinebo? quieui uelut parturiens, exsurgam et arescere faciam. ignis enim procedet ante faciem ipsius, et exuret inimicos eius, non solum corpus, uerum et animas occidens in gehennam. ceterum iudicantibus quomodo dominus comminetur ipse demonstrat: quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis. ita non prohibuit iudicare, sed docuit. unde et apostolus iudicat et quidem in causa fornicationis, dedendum eiusmodi hominem satanae in interitum carnis, increpans etiam quod fratres non apud sanctos iudicarentur. adiciens enim inquit: ut quid mihi eos qui foris sunt iudicare? dimittis autem, ut dimittatur tibi a deo. delicta mundantur, quae quis in fratrem, non deum admiserit. debitoribus denique dimissuros nos in oratione profitemur, sed non decet ultra de auctoritate scripturarum eiusmodi funem contentiosum alterno ductu in diuersa distendere, ut haec restringere frenos disciplinae, illa laxare uideatur, quasi incertae et paenitentiae subsidium illa prosternere per lenitatem, haec negare per austeritatem. porro et auctoritas scripturae in suis terminis stabit sine alterutra oppositione. et paenitentiae subsidium suis condicionibus determinatur sine passiua concessione, et ipsae prius causae eius distinguuntur sine confusa propositione. causas paenitentiae delicta condicimus. haec di-

4] Ex. 20, 5. Gal. 6, 7. 7] Es. 42, 14 sqq. 9] Ps. 96, 3. Matth. 10, 28. 12] Matth. 7, 2. 14] 1 Cor. 5, 3 sq. 17] 1 Cor. 5, 12.

5 bonitati *C*, bonitatem *B* 6 comminatur *Oehlerus:* comminetur *B* 17 inquit *add. Gel* ut *B*, ad *Oehlerus* 18 dimittis — 19 mundantur] dimitti autem, ut dimittantur tibi a deo, delicta mandantur *Ciacconius* 20 profitemur *BC*, profitetur *Gel* 23 uideantur *Gel* quasi *Gel:* quia si *B* in certae *Iun* 24 et *del. Gel, Iun* 26 si et *Urs* 27 determinatur *Gel:* determinetur *B* 28 eius *Gel:* enim *B*

uidimus in duos exitus. alia erunt remissibilia, alia inremissibilia. secundum quod nemini dubium est alia castigationem mereri, alia damnationem. omne delictum aut uenia dispungit aut poena, uenia ex castigatione, poena ex damnatione. de ista differentia iam et quasdam praemisimus altercationes scripturarum hinc retinentium hinc dimittentium delicta. sed et Iohannes docebit: si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit et dabitur uita ei; quia non ad mortem delinquit, hoc erit remissibile. est delictum ad mortem; non pro illo dico, ut quis postulet, hoc erit inremissibile. ita ubi est postulationis ratio, illic etiam remissionis; ubi nec postulationis, ibi aeque nec remissionis. secundum hanc differentiam delictorum paenitentiae quoque condicio discriminatur. alia erit quae ueniam consequi possit, in delicto scilicet remissibili, alia quae consequi nullo modo possit, in delicto scilicet inremissibili. et superest specialiter de moechiae et fornicationis statu examinare, in quam delictorum partem debeant redigi.

3. Sed prius decidam intercedentem ex diuerso responsionem ad eam paenitentiae speciem, quam cum maxime definimus uenia carere. si enim, inquiunt, aliqua paenitentia caret uenia, iam nec in totum agenda tibi est. nihil enim agendum est frustra. porro frustra agetur paenitentia, si caret uenia. omnis autem paenitentia agenda est. ergo omnis ueniam consequatur, ne frustra agatur, quia non erit, si frustra agatur. porro frustra agitur, si uenia carebit. merito itaque opponunt, quod huius quoque paenitentiae fructum, id est ueniam, in sua potestate usurpauerunt. quantum enim ad illos, a quibus pacem humanam consequitur, frustra agitur. quantum

7] 1 Ioh. 5, 16.

3 dispungit *BC,* expungit *Gel* 9 ei qui non *Lat* 11 postulationis ratio *Urs:* postulationis *B,* postulationis uis *Oehlerus,* postulationis ius *Hartelius* 16 et *del. Lat* 20 cum maxime definimus uenia carere *Gel:* maxime definiui uenia caret *B* 23 omni *Rig* 24 ueniam *Gel:* uenia *B* consequitur *Lat* 25 erit agenda *Gel* 26 agetur *Urs* itaque *B,* utique ita *Urs* 27 quoniam *Gel* 29 frustra agitur *add. Ciacconius*

autem ad nos, qui solum dominum meminimus delicta concedere, et utique mortalia, non frustra agetur. ad dominum enim remissa et illi exinde prostrata, hoc ipso magis operabitur ueniam, quod eam a solo deo exorat, quod delicto suo humanam pacem sufficere non credit, quod ecclesiae mauult erubescere quam communicare. adsistit enim pro foribus eius et de notae suae exemplo ceteros admonet et lacrimas fratrum sibi quoque aduocat et redit plus utique negotiata, compassionem scilicet quam communicationem. et si pacem hic non metit, apud dominum seminat. nec amittit, sed praeparat fructum. non uacabit ab emolumento, si non uacauerit ab officio. ita nec paenitentia huiusmodi uana nec disciplina eiusmodi dura est. deum ambae honorant. illa nihil sibi blandiendo facilius impetrabit, ista nihil sibi adsumendo plenius adiuuabit.

4. Possumus igitur demandata paenitentiae distinctione ad ipsorum iam delictorum regredi censum, an ea sint, quae ueniam ab hominibus consequi possint. inprimis quod moechiam et fornicationem nominamus, usus expostulat. habet et fides quorundam nominum familiaritatem. ita in omni opusculo usum custodimus. ceterum si adulterium et si stuprum dixero, unum erit contaminatae carnis elogium. nec enim interest nuptam alienam an uiduam quis incurset, dum non suam feminam; sicut nec locis refert, in cubiculis an in turribus pudicitia trucidetur. omne homicidium et extra siluam latrocinium est. ita et ubicunque uel in quacunque semetipsum adulterat et stuprat, qui aliter quam nuptiis utitur. ideo penes nos occultae quoque coniunctiones, id est non prius apud ecclesiam professae, iuxta moechiam et fornicationem iudicari periclitantur. nec inde consertae nuptiae obtentu matrimonii crimen eludant. reliquas autem libidinum furias impias et in cor-

8 plus utique *Urs:* plusque *B,* precibusque *Lat,* plus plusque *Scal,* plus quid *Iun,* plus usque *Oehlerus* 17 ea *C,* hae *B,* haec *Urs* 18 hominibus *Lat:* omnibus *B* 23 alienam *del. Ciacconius* feminam *del. Ciacconius* 24 curribus *Ciacconius,* toris *Hartelius* 25 et *add. Oehlerus* intra *Pam* 26 quamcunque *Gel* 30 ne *Lat* nuptiae *addidi* 31 et in *C,* in *B*

pora et in sexus ultra iura naturae non modo limine, uerum omni ecclesiae tecto submouemus, quia non sunt delicta, sed monstra.

5. Ergo moechia, quod etiam fornicationis est res, secundum opus criminis quanti aestimanda sit sceleris prima lex dei praesto est. siquidem post interdictam alienorum deorum superstitionem ipsorumque idolorum fabricationem, post commendatam sabbati uenerationem, post imperatam in parentes secundam a deo religionem nullum aliud in talibus titulis firmandis muniendisque substruxit praeceptum quam non moechaberis. post spiritalem enim castitatem sanctitatemque corporalis sequebatur integritas. et hanc itaque muniuit hostem statim eius prohibendo moechiam. quale delictum iam intellege, cuius cohibitionem post idololatriam ordinauit. nihil secundum longinquat a primo. nihil tam proximum primo quam secundum. quod fit ex primo, aliud quodammodo primum est. itaque moechia adfinis idololatriae. nam et idololatria moechiae nomine et fornicationis saepe populo exprobrata etiam sorte coniungetur illi, sicut et serie; etiam damnatione cohaerebit illi, sicut et dispositione. eo amplius praemittens non moechaberis, adiungit non occides. honorauit itaque moechiam, quam homicidio anteponit, in prima utique fronte sanctissimae legis, in primis titulis caelestis edicti, principalium utique delictorum proscriptione signatam. de loco modum, de ordine statum, de confinio meritum cuiusque dignoscas. est et mali dignitas, quod in summo aut in medio pessimorum collocatur. pompam quandam atque suggestum aspicio moechiae, hinc ducatum idololatriae antecedentis, hinc comitatum homicidii insequentis. inter duos apices facinorum eminentissimos sine dubio digna consedit, et per medium eorum quasi uacantem locum pari criminis auctoritate compleuit. quis eam talibus lateribus inclusam, talibus costis circumfultam a cohae-

10] Ex. 20, 14.

10 muniendisque *Lat:* monendisque *B* 12 hanc *Gel:* hunc *B* muniuit *Gel:* minuit *B* 18 sorte *Gel:* forte *B* 21 honorauit itaque *Lat:* onerauit utique *B*, onerauit itaque *Gel* 22 utique *Iun:* itaque *B*, ubique *C* 24 signata *Urs*

rentium corpore diuellet, de uicinorum criminum nexu, de propinquorum scelerum complexu, ut solam eam secernat ad paenitentiae fructum? nonne hinc idololatria, inde homicidium detinebunt et, si qua uox fuerit, reclamabunt, noster hic cuneus est, nostra compago? ab idololatria initiamur, illa distinguente coniungimur, illi de medio emicanti adunamur; concorporauit nos scriptura diuina, litterae ipsae glutina nostra sunt, iam nec ipsa sine nobis potest. ego quidem idololatria saepissime moechiae occasionem subministro. sciunt luci mei et mei montes, et uiuae aquae ipsaque in urbibus templa quantum euertendae pudicitiae procurem. ego quoque homicidium nonnumquam moechiae elaboro. ut tragoedias omittam, sciunt hodie uenenarii, sciunt magi, quot pellicatus ulciscar, quot riualitates defendam, quot custodes, quot delatores, quot conscios auferam. sciunt etiam obstetrices, quot adulteri conceptus trucidentur. etiam apud Christianos non est moechia sine nobis. ibidem sunt idololatriae, ubi immundi spiritus res est; ibidem est et homicidium, ubi homo, cum inquinatur, occiditur. igitur aut nec illis aut etiam nobis paenitentiae subsidia conuenient. aut detinemus eam, aut sequimur. haec ipsae res loquuntur. si res uoce deficiunt, adsistit idololatres, adsistit homicida, in medio eorum adsistit et moechus. pariter de paenitentiae officio sedent, in sacco et cinere inhorrescunt, eodem fletu ingemiscunt, eisdem precibus ambiunt, eisdem genibus exorant, eandem inuocant matrem. quid agis, mollissima et humanissima disciplina? aut omnibus eis hoc esse debebis, beati enim pacifici, aut, si non omnibus, nostra esse. idololatren quidem et homicidam semel damnas, moechum uero de medio excipis? idololatrae successorem, homi-

27] Matth. 5, 6.

4 uox *B*, uis *Ciacconius* 5 initiamur *scripsi:* inuitamur *B*, metamur *Gel* 6 adunamur *Lat:* adulamur *B* 11 procurem *Ciacconius:* procuremus *B* 12 moechiae elaboro *Rig:* moechia elaboro *B*, moechiae laboro *Ciacconius* 13 uenenarii *Gel:* uenerarii *B* 13 *sq.* quot *quinquiens Rig:* quod *quinquiens B* 19 illi *fort.* 21 ipsae res *Urs:* ipsi rei *B* 23 sedent *Gel:* sedere *B*, sedentes *Urs* 24 flatu *Gel* ingemiscunt *C*, gemiscunt *B* 28 idololatrem *B*

suspicareris et fidelius argumentareris aliquem potius longe alium apud Corinthios tunc in eadem causa fuisse, ut increpitus et territus et maerore saucius propterea permittente modulo delicti ueniam postea ceperit, quam ut eam incesto fornicatori interpretareris? hoc enim legisse debueras, etsi non in epistola, sed in ipsa apostoli secta, a pudore clarius quam stilo eius impressum, ne scilicet Paulum apostolum Christi, doctorem nationum in fide et ueritate, uas electionis, ecclesiarum conditorem, censorem disciplinarum, tantae leuitatis inficeres, ut aut damnauerit temere quem mox esset absoluturus aut temere absoluerit quem non temere damnasset, ob solam licet fornicationem simplicis impudicitiae, nedum ob incestas nuptias et impiam luxuriam et libidinem parricidalem, quam nec nationibus comparauerat, ne consuetudini deputaretur, quam absens iudicarat, ne spatium reus lucraretur, quam aduocata etiam domini uirtute damnauerat, ne humana sententia uideretur. lusit igitur et de suo spiritu et de ecclesiae angelo et de uirtute domini, si quod de consilio eorum pronuntiauerat, rescidit.

15. Si etiam sequentia illius epistolae ad intentationem apostoli extendas, nec ipsa comparabuntur ad obliterationem incesti, ne et hic suffundatur apostolus posteriorum incongruentia sensuum. quale est enim, ut cum maxime incesto fornicatori postliminium largitus ecclesiasticae pacis statim ingesserit de auersatione immunditiarum, de amputatione macularum, de exhortatione sanctimoniarum, quasi nihil contrarium paulo ante decreuerit? compara denique, an eius sit dicere: propterea habentes ministrationem istam, secundum quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, qui non dedecoris tantum, sed

15] cf. 1 Cor. 5, 4. 26] 2 Cor. 4, 1 sq.

1 suspicareris *Gel:* suspirareris *B* 3 iam saucius *Gel* 4 ceperit *Gel:* coeperit *B* 5 in *add. Urs* 7 et paulum *B;* et *del. Gel* 8 nationum— conditorem *add. Gel* 9 infamares *fort.* 13 nationibus *Gel*: rationibus *B* 14 comparat *Rig* consuetudini *Gel:* in consuetudinem *B* 15 iudicarat *scripsi:* iudicaret *B* 19 intentionem *Scal* 21 incongruentia *Gel:* in congruentia *B* 24 auersatione *Urs:* aduersatione *B*

et sceleris manifestum dedamnauerit: an eiusdem sit excusare aliquam impudicitiam qui inter titulos laborum suorum post angustias atque pressuras, post ieiunia et uigilias castimoniam quoque praedicarit: an eiusdem sit recipere in communicationem reprobos quosque qui scribat: quae enim societas iustitiae et iniquitati? quae autem communicatio luci et tenebris? quae consonantia Christo et Belial? aut quae pars fideli cum infideli? aut quis consensus templo dei et idolis? nonne constanter audire debebit, et quomodo discernis quae supra incesti restitutione iunxisti? illo enim concorporato rursus ecclesiae et iustitia cum iniquitate sociatur et tenebrae cum luce communicant et Belial consonat Christo et infidelis cum fideli sacramenta participat. et uiderint idola, ipse templi dei uitiator in templum dei conuenit. nam et hic, uos enim, inquit, estis templum dei uiui. dicit enim, quia inhabitabo in uobis, et inambulabo, et ero deus illorum, et illi erunt mihi populus. propter quod discedite de medio eorum, separamini et immundum ne attigeritis. hoc quoque euoluis, o apostole, ut cum maxime ipse tanto immunditiarum gurgiti manum tradis, immo et ** adhuc superdicis: habentes igitur promissionem istam, dilecti, emundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus perficientes castimoniam in dei timore. oro te, qui talia infigit mentibus nostris, reuocauerat aliquem fornicatorem in ecclesiam? an ideo scribit, ne tibi nunc reuocasse uideatur? haec sicuti et praeteritis praescribere, ita et sequentibus praeiudicare debebunt. in finem enim epistolae dicens, ne rursus cum uenero, humiliet

5] 2 Cor. 6, 14 sqq. 15] ibid. 6, 16 sqq. 21] ibid. 7, 1. 28] ibid. 12, 21.

1 manifestum dedamnauerit *Gel:* manifestando damnauerat *B*, manifestum praedamnauerit *Lat* sit *C, om. B* 9 dei *C, om. B* 13 infidelis *C,* infidelitas *B* 14 uitiator *Gel:* uitiatur *B* 17 ego *Rig* 19 euoluas *fort.* 20 ut] et *Hartelius* malum *Lat* 21 *lacunam signaui;* osculum *uel simile quid desideratur* supra dicis *Urs,* superadicis *Wissowa* 22 dilecti *Harrisius:* delicti *B* 23 perficientes *Pam:* perficientis *B* 24 dei *Pam:* fidei *B* 26 sicuti *Gel:* sicubi *B* 27 praescribere *Gel:* praescriberet *B*

me deus, et lugeam multos eorum qui ante deliquerunt et paenitentiam non egerunt super immunditia quam admiserunt, fornicatione et uilitate, non utique recipiendos constituit, si paenitentiam inissent, quos in ecclesia inuenturus erat, sed lugendos et sine dubio eiciendos, ut paenitentiam perderent. et ceterum non competit eum de communicatione aliquid hic ostendisse, qui eam supra luci et tenebris, iustitiae et iniquitati negarat. sed ignorant apostolum omnes isti, qui aliquid contra naturam atque propositum hominis ipsius, contra formam et regulam doctrinarum eius intellegunt, ut sanctitatis omnis etiam ex semetipso magistrum, impuritatis omnis exsecratorem et expiatorem et ubique talem citius incesto quam alicui humaniori reo ecclesiam reddidisse praesumant.

16. Necesse est igitur usque illis apostolum ostendi quem ego et in secunda Corinthiorum talem defendam qualem in omnibus litteris noui. qui et in prima primus omnium templum dei dedicauit: non scitis uos templum dei esse et in uobis dominum habitare? qui et templo sanciendo purificandoque aeditualem legem scripsit: si quis templum dei uitiauerit, uitiabit illum deus; templum enim dei sanctum est, quod estis uos. age iam, quis omnino uitiatum a deo redintegrauit id est traditum satanae in interitum carnis, cum idcirco substruxerit: nemo seducat semetipsum id est nemo praesumat uitiatum a deo redintegrari denuo posse? sicut rursus inter cetera, immo et ante cetera, moechos et fornicatores et molles et masculorum concubitores negans regnum dei consecuturos praemisit: ne errraueritis, scilicet si putaueritis eos consecuturos. quibus autem regnum adimitur, utique nec uita permittitur quae inest regno. etiam ingerens: sed haec quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu Christi et in spiritu dei nostri, quanto delicta ista ante lauacrum accepto

18] 1 Cor. 3, 16 sq. 24] ibid. 3, 18. 28] ibid. 6, 9. 31] ibid. 6, 11.

3 uilitate *Pam:* utilitate *B* 16 qualem et in *B;* et *del. Gel* 21 uitiabit *Harrisius:* uitiauit *B* 23 a *del. Gel* 25 a *del. Gel* 28 nec *Pam*

facit, tanto post lauacrum inremissibilia constituit, siquidem denuo ablui non licet. agnosce et in sequentibus Paulum columnam immobilem disciplinarum: cibi uentri, et uenter cibis, deus et hunc et illos conficit; corpus autem non fornicationi, sed deo. faciamus enim hominem, ait deus, ad imaginem et similitudinem nostram, et fecit hominem deus, ad imaginem et similitudinem dei fecit illum. dominus corpori; et sermo enim caro factus est. deus autem et dominum suscitauit et nos suscitabit per uirtutem suam, propter corporis scilicet nexum cum illo. et ideo: non scitis corpora uestra membra Christi? quia et Christus dei templum. euertite templum hoc, et ego illud in triduo resuscitabo. auferens membra Christi faciam membra fornicariae? non scitis, quod, qui adglutinatur fornicariae, unum corpus efficitur? erunt enim duo in unam carnem. qui autem adglutinatur domino, unus est spiritus. fugite fornicationem. si reuocabilem uenia, quomodo fugiam moechus denuo futurus? nihil profecero, si eam fugero; unum ero corpus, cui communicando adglutinabor. omne delictum quod admiserit homo extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. ac ne hoc dictum in licentiam fornicationis inuaderes, ut in rem tuam, non domini delicturus, aufert te tibi, et Christo, sicut disposuerat, addicit, et non estis uestri, statim opponens, empti enim estis pretio, sanguine scilicet domini; glorificate et tollite dominum in corpore uestro. hoc qui praecipit, uide an ignouerit ei, qui dedecorauerit deum et

3] 1 Cor. 6, 13. 5] Gen. 1, 26 sqq. 8] Ioh. 1, 14. 1 Cor. 6, 14. 11] ibid. 6, 15. 12] Ioh. 2, 19. 13] 1 Cor. 6, 15 sqq.

4 conficiet *Lat* 5 domino *Lat* 8 et dominus *Lat* 9 suscitabit *Gel:* suscitauit *B* 11 non ideo *B;* non *del. Gel* non *alterum quoque del. Urs* 18 uenia *Gel:* ueniam *B* moechus *Gel:* moechum *B* 19 profecero *C,* proficere *B,* fecero *Gel* si *C,* si ergo *B* 21 qui *Gel:* quae *B* 23 aufert te *Ciacconius:* auferat *B,* aufert *Gel* 24 addicit *Ciacconius:* adiicit *B* apponens *Urs* 26 deum *Ciacconius* 27 ignouerit *Gel:* ignorauerit *B* dedecorauerit *Gel:* decorauerit *B* deum *C,* dominum *B*

qui deiecerit eum de corpore suo et quidem per incestum. si uis omnem notitiam apostoli ebibere, ut intellegas, quanta secure censurae omnem siluam libidinum caedat et eradicet et excaudicet, ne quidquam de recidiuo fruticare permittat, aspice illum a iusta fruge naturae, a matrimonii dico pomo, animas ieiunare cupientem. de quibus autem scripsistis, bonum est homini mulierem non contingere; sed propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat; uir uxori et uxor uiro debitum reddat. huius boni fibulam quis illum nesciat inuitum relaxasse, ut fornicationi obuiam esset? quam si cui indulsit uel indulget, utique consilium remedii sui infregit et tenebitur iam frenandis continentiae coniugiis, si fornicatio, ob quam permittuntur, non timebitur. non enim timebitur quae ignoscetur. et tamen ignouisse se profitetur matrimonii usum, non imperasse. uult enim omnes sibi esse aequales. quando autem licita ignoscuntur, inlicita qui sperant? innuptis quoque et uiduis bonum esse dicit exemplo eius perseuerare, si uero deficerent, nubere; quia praeest nubere quam uri. quibus, oro, ignibus deterius est uri, concupiscentiae an poenae? atquin si fornicatio habet ueniam, non uritur concupiscentia eius. apostoli autem magis est poenae ignibus prouidere. quod si poena est quae urit, ergo ueniam non habet fornicatio, quam manet poena. interea et diuortium prohibens pro eo aut uiduitatis perseuerantiam aut reconciliationem pacis dominico praecepto aduersus moechiam procurat, quia qui dimiserit uxorem praeter causam moechiae, facit eam moechari, et qui dimissam a uiro ducit, moechatur. quanta remedia spiritus sanctus instaurat, ne id scilicet denuo admittatur quod ignosci denuo non uult? iam si usquequaque

6] 1 Cor. 7, 1 sqq. 18] 1 Cor. 7, 9. 25] Matth. 5, 32.

2 securi *Gel* 4 excaudicet *Gel:* audi *B* fruticare *Pam:* fructificare *B* permittatur *Hartelius* aspice *Gel:* ut aspicias *B,* aspicias *Hartelius* 6 scripsistis *Urs:* scriptis *B,* scribitis *Gel* 10 isset *Pam,* iret *Scal* 11 infregit *BC,* infringit *Gel* 15 esse aequales *B,* adhaerere *Gel* 16 quando *Oehlerus:* Adae *B,* si *Gel* sperant ignosci *fort.* 18 praestat *Lat* 20 uritur *scripsi:* erit *B,* urit *Iun,* uret *Lat,* deerit *Hartelius* concupiscentiae *Hartelius* 21 apostoli *Gel:* apostolum *B* 23 manet *Gel:* inuret *B*

optimum dicit homini sic esse: iunctus es uxori, ne quaesieris solutionem, ut moechiae locum non des: solutus es ab uxore, ne quaesieris uxorem, ut opportunitatem tibi serues: quod et si duxeris uxorem, et si nupserit uirgo, non peccat, pressuram tamen carnis habebunt huiusmodi, — et hic parcendo permittit. ceterum tempus in collecto constituit, ut et qui habent uxores sic sint tamquam non habentes. praeterit enim habitus huius mundi, iam scilicet non desiderantis: crescite et multiplicamini. sic uult nos praeter sollicitudinem degere, quia innupti de domino curent quomodo placeant deo, nupti uero de mundo recogitent quomodo placeant coniugio. sic melius facere pronuntiat uirginis conseruatorem quam erogatorem. sic et illam beatiorem discernit quae amisso uiro fidem ingressa amauerit occasionem uiduitatis. sic haec omnia continentiae consilia ut diuina commendat; puto, inquit, et ego spiritum dei habeo. quis iste est adsertor audacissimus omnis impudicitiae, moechorum et fornicatorum et incestorum plane fidelissimus aduocatus, quibus honorandis suscepit hanc causam aduersus spiritum sanctum, ut falsum testimonium recitet de apostolo eius? nihil tale Paulus indulsit, qui totam carnis necessitatem de probis etiam titulis obliterare conatur. indulget sane non adulteria, sed nuptias. parcit sane matrimoniis, non stupris. temptat ne naturae quidem ignoscere, ne culpae blandiatur? studet compescere benedictionis concubitum, ne maledictionis excusetur. hoc ei supererat, carnem uel a sordibus purgare; a maculis enim non potest. sed est hoc sollemne peruersis et idiotis haereticis, iam et psychicis uniuersis, alicuius capituli ancipitis

1] 1 Cor. 7, 27 sqq. 9] Gen. 1, 28. 11] 1 Cor. 7, 32 sq. 13] cf. ibid. 7, 38 sqq. 17] ibid. 7, 40.

4 uxorem, non peccas *fort.* 9 desiderantis *Gel:* desiderantes *B* 10 pater praeter *Pam in ed.,* Paulus praeter *Pam* 13 coniugi *Lat* uirginis *Gel:* uirginem *B* 14 decernit *Urs* 16 sic *Urs:* si *B* 20 honorandis *Gel:* honorari *B,* honorariis *Hartelius* 25 ne *Gel:* quique *B,* Quine *fort.* 29 iam *Gel:* etiam *B*

occasione aduersus exercitum sententiarum instrumenti totius armari.

17. Prouoca ad apostolicam aciem, aspice epistulas eius, omnes pro pudicitia, pro castitate, pro sanctitate praetendunt, omnes in luxuriae et lasciuiae et libidinis negotia iaculantur. quid denique et Thessalonicensibus scribit? aduocatio enim nostra non ex seductione nec ex immunditia, et: haec est uoluntas dei, sanctimonia uestra, abstinere uos a fornicatione, scire unumquemque uas suum possidere in sanctimonia et honore, non in libidine concupiscentiae, sicut nationes, quae deum ignorant. quid Galatae legunt? manifesta sunt opera carnis. quaenam ista? in primis posuit fornicationem immunditiam lasciuiam, quae praedico uobis, sicut praedixi, quod qui talia agunt, regnum dei non sunt consecuturi hereditati. Romani uero quid magis discunt quam non derelinquere dominum post fidem? quid ergo dicimus? perseueramus in delinquentia, ut superet gratia? absit. qui mortui sumus delinquentiae, quomodo uiuemus in ea adhuc? an ignoratis, quod, qui tincti sumus in Christo, in mortem eius sumus tincti? consepulti ergo sumus per baptismum in mortem, ut, sicut Christus resurrexit a mortuis, ita et nos in nouitate uitae incedamus. si enim consepulti sumus simulacro mortis eius, sed et resurrectionis erimus, hoc scientes quod uetus homo noster confixus est illi. si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod et conuiuemus cum illo, scientes quod Christus suscitatus a mortuis iam non moriatur, mors non iam dominetur eius. quod enim mortuus est delinquentiae, mortuus est semel. quod autem uiuit, deo uiuit. ita

6] 1 Thess. 2, 3 7] ibid. 4, 3 sqq. 12] Gal. 5, 19 sq. 17] Rom. 6, 1 sqq.

1 occasione *Gel:* occasionem *B* 3 prouoca *Gel:* prouocat *B* 11 deum *Gel:* dñm *B* 13 primis *Gel:* primo *B* 15 haereditati *C,* haereditatem *B* 17 dicemus *Pam* perseuerabimus *Pam* 19 quomodo *Gel:* qũo *B* 20 sumus *Gel:* sunt *B* Christo Iesu *Pam* 21 ergo illi *Pam,* illi ergo *Oehlerus* 23 consati *Pam*

et uos reputate uosmetipsos mortuos quidem delinquentiae, uiuentes autem deo per Christum Iesum. igitur semel Christo mortuo nemo potest, qui post Christum mortuus, delinquentiae, et maxime tantae, reuiuiscere. aut si possit fornicatio et moechia denuo admitti, poterit et Christus denuo mori. instat autem apostolus prohibens regnare delinquentiam in corpore nostro mortali, cuius infirmitatem carnis nouerat. sicut enim exhibuistis membra uestra famulari immunditiae et iniquitati, ita et nunc exhibete ea famula iustitiae in sanctimoniam. nam etsi habitare bonum in carne sua negauit, sed secundum legem litterae, in qua fuit, secundum autem legem spiritus, cui nos annectit, liberat ab infirmitate carnis. lex enim, inquit, spiritus uitae manumisit te a lege delinquentiae et mortis. licet enim ex parte ex Iudaismo disputare uideatur, sed in nos dirigit integritatem et plenitudinem disciplinarum, propter quos laborantes in lege miserit deus per carnem filium suum in similitudine carnis delinquentiae, et propter delinquentiam damnauerit delinquentiam in carne, uti ius legis, inquit, impleretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum incedimus. qui enim secundum carnem incedunt, ea quae carnis sunt sapiunt, et qui secundum spiritum, ea quae sunt spiritus. sensum autem carnis mortem adfirmauit esse, dehinc et inimicitiam et in deum, et eos qui sunt in carne, id est in sensu carnis, deo placere non posse, et, si secundum carnem uiuitis, inquit, futurum est ut moriamini. quid autem intellegimus carnis sensum et carnis uitam nisi quodcumque pudet pronuntiare? cetera enim carnis et apostolus nominasset. proinde et Ephesiis pristina reputans de futuro monet: in quibus et nos conuersati sumus fa-

13] Rom. 8, 2. 16] ibid. 8, 3 sqq. 26] ibid. 8, 13. 30] Eph. 2, 3.

1 uos *om. Pam* 3 qui *om. Pam* 8 nouerat *Gel:* *uestrae *B* famula *Gel* 9 iniquitati ad iniquitatem *Pam* 13 manumisit te a *Gel:* manum misit ea *B* 15 Iudaismo *Gel:* iudaeis modo *B* 17 per carnem miserit *Pam* similitudinem *Pam* 24 dei et in deum *fort.* deum *C,* dominum *B* 29 repetens *fort.*

cientes concupiscentias et uoluptates carnis. notans denique illos qui se negassent, scilicet Christianos, eo quod se tradidissent in operationem immunditiae omnis, uos autem, inquit, non sic didicistis Christum. et iterum sic dicit: qui furabatur, iam non furetur. sed et qui moechabatur hactenus, non moechetur, et qui fornicabatur hactenus, non fornicetur. adiecisset enim et haec, si talibus ueniam porrigere consuesset uel porrigi omnino uoluisset, qui nec uerbo pollui uolens, omnis, inquit, sermo turpis non procedat ex ore uestro. item: fornicatio autem et immunditia omnis ne nominetur quidem inter uos, sicut decet sanctos, tanto abest ut excusetur, hoc scientes, quod omnis fornicator aut immundus non habeat dei regnum. nemo uos seducat inanibus uerbis. propter hoc uenit ira dei super filios incredulitatis. quis seducit inanibus uerbis, nisi qui contionatur remissibilem esse moechiam? non intuens etiam fundamenta eius ab apostolo effossa, cum ebrietates et comessationes compescit, sicut et hic: et nolite inebriari uino, in quo est luxuria. demonstrat et Colossensibus, quae membra mortificent super terram, fornicationem immunditiam libidinem concupiscentiam malam et turpiloquium. concede iam tot ac talibus sententiis unum illud quod tenes. pauca multis, dubia certis, obscura manifestis adumbrantur. etiam si pro certo apostolus Corinthio illi fornicationem donasset, esset aliud, quod semel contra institutum suum pro ratione temporis faceret. circumcidit Timotheum solum et tamen abstulit circumcisionem.

18. Sed haec, inquit, ad interdictionem pertinebunt omnis impudicitiae et ad indictionem omnis pudicitiae, saluo tamen loco ueniae, quae non statim denegatur, si delicta damnantur, quando

3] Eph. 4, 20. 28. 9] ibid. 4, 29. 10] ibid. 5, 3. 5 sqq. 18] ibid. 5, 18. 19] cf. Coloss. 3, 5.

1 uoluntates *Iun* 2 eo *C,* gratia *B,* gratia, eo *Gel* 4 sic *alterum Gel:* si *B* 5 moechabatur *Gel:* moechatur *B* 17 effossa *Gel:* effusa *B* 18 nolite *Gel:* noli te *B* 23 adnumerantur *fort.* 25 esset *Harrisius:* esse *B* 29 ad indictionem *Lat:* addictionem *B* saluo *Gel:* salua *B* 30 ueniae *Gel:* ueniet *B*

ueniae tempus cum damnatione concurrat, quam excludit. sequebatur et hoc psychicos sapere, et ideo reseruauimus huic loco quae aperte ad communicationem ecclesiasticam causis eiusmodi negandam etiam antiquitus cauta sunt. nam et in prouerbiis Salomon, quae παροιμίας dicimus, specialiter de moecho nusquam expiabili, m o e c h u s a u t e m, inquit, p e r i n d i g e n t i a m s e n s u u m p e r d i t i o n e m a n i m a e s u a e a d q u i r i t, d o l o r e s e t d e h o n e s t a t i o n e s s u s t i n e t. i g n o m i n i a a u t e m e i u s n o n a b o l e b i t u r i n a e u u m. p l e n a e n i m z e l i i n d i g n a t i o u i r o n o n p a r c e t i n d i e i u d i c i i. hoc si de ethnico putaueris dictum, certe de fidelibus iam audisti per Esaiam: e x c e d i t e d e m e d i o e o r u m e t s e p a r a m i n i e t i m m u n d u m n e t e t i g e r i t i s. habes statim in psalmis b e a t u m u i r u m, q u i n o n a b i e r i t i n c o n s i l i o i m p i o r u m n e c i n u i a p e c c a t o r u m s t e t e r i t e t i n c a t h e d r a p e s t i l e n t i a e n o n s e d e r i t. cuius et postea uox: n o n s e d i c u m c o n s e s s u u a n i t a t i s e t c u m i n i q u e a g e n t i b u s n o n i n t r o i b o, o d i u i e c c l e s i a m m a l i g n a n t i u m e t c u m i m p i i s n o n s e d e b o, et: l a u a b o c u m i n n o c e n t i b u s m a n u s m e a s e t a l t a r e t u u m c i r c u m d a b o, d o m i n e, ut solus plures, quoniam quidem c u m s a n c t o s a n c t u s e r i s: e t c u m u i r o i n n o c e n t e i n n o c e n s e r i s, e t c u m e l e c t o e l e c t u s e r i s, e t c u m p e r u e r s o p e r u e r s u s e r i s. et alibi: p e c c a t o r i a u t e m d i c i t d o m i n u s, u t q u i d t u e x p o n i s i u s t i f i c a t i o n e s m e a s e t a d s u m i s t e s t a m e n t u m m e u m p e r o s t u u m? s i u i d e b a s f u r e m, c u r r e b a s c u m e o e t c u m a d u l t e r i s p o r t i o n e m t u a m p o n e b a s. hinc igitur informatus et apostolus, s c r i p s i, inquit, u o b i s i n e p i s t o l a, n o n c o m-

6] Prou. 6, 32 sqq. 12] Es. 52, 11. 2 Cor. 6, 17. 14] Ps. 1, 1 sqq. 16] ibid. 26, 4 sqq. 21] ibid. 18, 26. 23] ibid. 50, 16 sqq. 28] 1 Cor. 5, 9 sqq.

1 non concurrat *Hartelius* 4 sunt *BC*, sint *Gel* 9 aeuum *C*, eum *B* 10 parcet *C*, paret *B* 12 Esaiam *Lat:* cassum *B* 13 tetigeritis *Pam:* egeritis *B*, attigeritis *Lat* 17 consessu *Pam:* consensu *B* et *Gel:* sed *B* 18 odiui ecclesiam malignantium *Lat:* hoc de ecclesia male agentium *B* 20 solius *Lat* plures solus *fort.* 21 quoniam quidem *Gel:* quod quid est *B* 24 ut] et *fort.* exponis *Gel:* expones *B*

misceri fornicatoribus, non utique fornicatoribus huius mundi, et reliqua. ceterum oportebat uos exire de mundo. nunc autem scribo uobis, si quis frater nominatur in uobis fornicator aut idololatres (quid enim tam coniunctum?) aut fraudator (quid enim tam propinquum?) et cetera, cum talibus ne cibum quidem sumere, nedum eucharistiam; quoniam scilicet et fermentum modicum totam desipit conspersionem. item ad Timotheum: manus nemini cito imponas neque communices delictis alienis. item ad Ephesios: nolite ergo participes esse eorum; fuistis enim aliquando tenebrae. et adhuc pressius: nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, immo et reuincite ea. quae enim in occulto ab eis fiunt, turpe est edicere. quid turpius impudicitiis? si autem et ab otiose incedente fratre denuntiat subduci Thessalonicensibus, quanto magis et a fornicatore? haec enim consultata sunt Christi ecclesiam diligentis, qui se pro ea tradidit, uti eam sanctificet emundans lauacro aquae in uerbo et sistat sibi ecclesiam gloriosam non habentem maculam aut rugam, utique post lauacrum, sed sit sancta et sine opprobrio, exinde scilicet sine ruga uetustatis ut uirgo, sine macula fornicationis ut sponsa, sine probro uilitatis ut emundata. quid, si et hic respondere concipias, adimi quidem peccatoribus uel maxime carne pollutis communicationem, sed ad praesens, restituendam scilicet ex paenitentiae ambitu, secundum illam clementiam dei, quae mauult peccatoris paenitentiam quam mortem? hoc enim fundamentum opinionis uestrae usquequaque pulsandum est. dicimus itaque, clementiae diuinae si ita esse competisset

7] 1 Cor. 5, 6. 8] 1 Tim. 5, 22. 10] Eph. 5, 7 sqq. 11 sqq. 15] cf. 2 Thess. 3, 6. 17] cf. Eph. 5, 25 sq.

1 huius mundi *Gel:* huiusmodi *B* 5 enim tam *Gel:* tam in *B* 7 quoniam *Oehlerus:* modicam *B,* modicum *Urs* et *del. Urs* modicum *del. Urs* desipit *Gel:* despicit *B* 14 dicere *Gel* 16 consultata sunt *Gel: om. lacuna tredecim fere litterarum relicta B,* consulta sunt *Semlerus* 18 et] ut *Gel* 21 uetustatis *Rig:* ueritatis *B,* uanitatis *Lat* 22 quodsi *Lat* 25 quae mauult *Gel:* qua ei uult *B,* qua mauult *Urs,* quae uult *Hartelius* 28 ita esse *B,* cauisse *Oehlerus,* statuisse *fort.*

demonstrationem sui etiam post fidem lapsis, ita apostolus diceret: nolite communicare operibus tenebrarum, nisi paenitentiam egerint, et, cum talibus ne cibum quidem sumere, nisi posteaquam caligas fratrum uolutando deterserint, et, qui templum dei uitiauerit, uitiabit illum deus, nisi omnium focorum cineres in ecclesia de capite suo excusserit. debuerat enim quae damnauerat proinde determinasse, quonam usque et sub qua condicione damnasset, si temporali et condicionali et non perpetua seueritate damnasset. porro cum in omnibus epistolis et post fidem talem prohibeat admitti et admissum a communicatione detrudat, sine spe condicionis ullius aut temporis, nostrae magis sententiae adsistit, eam paenitentiam ostendens dominum malle, quae ante fidem, quae ante baptisma morte peccatoris potior habeatur, semel diluendi per Christi gratiam semel pro peccatis nostris morte functi. nam hoc etiam in sua persona apostolus statuit. adfirmans enim Christum ad hoc uenisse, ut peccatores saluos faceret, quorum primus ipse fuisset, quid adicit? et misericordiam sum consecutus, quoniam ignorans feci in incredulitate. ita clementia illa dei malentis paenitentiam peccatoris quam mortem ad ignorantes adhuc et adhuc incredulos spectat, quorum causa liberandorum uenerit Christus, non qui iam deum norint et sacramentum didicerint fidei. quod si clementia dei ignorantibus adhuc et infidelibus competit, utique et paenitentia ad se clementiam inuitat, salua illa paenitentiae specie post fidem, quae aut leuioribus delictis ueniam ab episcopo consequi poterit aut maioribus et inremissibilibus a deo solo.

19. Sed quonam usque de Paulo, quando etiam Iohannes nescio quid diuersae parti subplaudere uideatur? quasi in Apocalypsi manifeste fornicationi posuerit paenitentiae auxilium,

2] cf. Eph. 5, 11. 3] cf. 1 Cor. 5, 11. 4] cf. ibid. 3, 17. 18] 1 Tim. 1, 16. 29] cf. Apoc. 2, 20 sqq.

1 demonstrationem sui *B*, dari restitutionem suis *Lat*, demonstra⟨re ra⟩tionem sui *Hartelius* 5 deus *Gel*, *om. B* 7 et] aut *Lat* 8 qua *add. Urs* 8 si — 9 damnasset *C*, *om. B* 10 a communicatione *Gel:* ad communicationem *B* 12 adsistit *Gel:* adsciscite *B* 14 diluendi *Gel:* diluendae *B* 19 quoniam *C*, quod *B* 26 leuioribus *Gel:* lenioribus *B*

ubi ad angelum Thyatirenorum spiritus mandat habere se aduersus eum, quod teneret mulierem Iezabel, quae se propheten dicit et docet, atque seducit seruos meos ad fornicandum et edendum de idolothytis. et largitus sum illi temporis spatium, ut paenitentiam iniret, nec uult eam inire nomine fornicationis. ecce dabo eam in lectum et moechos eius cum ipsa in maximam pressuram, nisi paenitentiam egerint operum eius. bene autem quod apostolis et fidei et disciplinae regulis conuenit. siue enim ego, inquit, siue illi, sic praedicamus. totius itaque sacramenti interest nihil credere ab Iohanne concessum quod a Paulo sit denegatum. hanc aequalitatem spiritus sancti qui obseruauerit, ab ipso deducetur in sensus eius. haereticam enim feminam, quae quod didicerat a Nicolaitis docere susceperat, in ecclesiam latenter introducebat et merito ad paenitentiam urgebat. cui enim dubium est haereticum institutione deceptum cognito postmodum casu et paenitentia expiato et ueniam consequi et in ecclesiam redigi? unde et apud nos, ut ethnico par, immo et super ethnicum, haereticus etiam per baptisma ueritatis utroque nomine purgatus admittitur. aut si certus es mulierem illam post fidem uiuam in haeresin postea exspirasse, ut non quasi haereticae, sed quasi fideli peccatrici cui ueniam ex paenitentia uindices, sane agat paenitentiam, sed in finem moechiae, non tamen et restitutionem consecutura. haec enim erit paenitentia, quam et nos deberi quidem agnoscimus multo magis, sed de uenia deo reseruamus. denique ea Apocalypsis in posterioribus propudiosos et fornicatores, sicut timidos et incredulos et homicidas et ueneficos et idololatras, qui tale quid in fide fuerint, in stagnum ignis sine ulla condicionali damnatione decreuit. non enim de ethnicis uidebitur sapere, cum de fidelibus pronuntiarit: qui uicerint, heredi-

9] 1 Cor. 15, 11. 31] Apoc. 21, 7 sq.

2 teneret *C, om. B* mulierem *C,* mulier *B* prophetin *Scal* 20 nomine *Lat:* homine *B* 21 es *Urs:* est *B* haeresin *Urs:* haeresi *B* 22 haereticae *Gel:* haeretico *B* cui *om. Gel* 23 uindicet *Gel* in *add. Gel* 24 finem *Rig:* fidem *B* 26 ea *del. Hartelius* 29 fuerint *Urs:* fuerit *B* 31 haereditatem habebunt istam *B,* haereditate habebunt ista *C*

tatem habebunt istam, et ero illis deus, et illi mihi in filios, et ita subiunxerit: timidis autem et incredulis et propudiosis et fornicatoribus et homicidis et ueneficis et idololatris particula in stagno ignis et sulphuris, quod est mors secunda. sic et rursus: beati qui ex praeceptis agunt, ut in lignum uitae habeant potestatem et in portas ad introeundum in sanctam ciuitatem. canes uenefici, fornicator, homicida foras, utique qui non ex praeceptis agant. illorum est enim foras dari qui intus fuerunt. ceterum quid mihi eos, qui foris sunt, iudicare? praecesserat. de epistola quoque Iohannis carpunt statim. dictum est: sanguis filii eius emundat nos ab omni delicto. semper ergo et omnifariam delinquemus, si semper et ab omni delicto emundat nos ille; aut si non semper, non etiam post fidem, et si non ab delicto, non etiam a fornicatione. unde autem exorsus est? lumen praedixerat deum et tenebras non esse in illo et mentiri nos, si dicamus nos communionem habere cum eo et in tenebris incedamus. si uero, inquit, in lumine incedamus, communionem cum eo habebimus, et sanguis Iesu Christi domini nostri emundat nos ab omni delicto. ergo in lumine incedentes delinquimus et in lumine delinquentes emundabimur? nullo pacto. qui enim delinquit, non in lumine est, sed in tenebris. unde et ostendit, quomodo emundabimur a delicto in lumine incedentes, in quo delictum agi non potest. a deo sic emundari nos ait, non quasi delinquamus, sed quia non delinquamus. incedentes enim in lumine, tenebris uero non communicantes, emundati agemus, non deposito, sed non admisso delicto. haec est enim uis dominici sanguinis, ut quos iam a delicto mundarit et exinde in lumine constituerit,

5] Apoc. 22, 14 sq. 10] 1 Cor. 5, 12. 12] 1 Ioh. 1, 7. 19] ibid. 1, 5 sq.

4 particula in *Gel:* particulam *B* 8 canes uenefici *BC,* canis ueneficus *Gel* homicida *Gel:* homicidae *B* 9 ex *add. Gel* 13 delinquemus *Gel:* delinquimus *B* 14 emundat nos *Gel:* emundandus *B* 16 exorsus est? lumen *Gel:* exorsum est lumen *B* 25 non *add. Gel* 26 adeo *Gel* quasi *B,* qua *Pam* quia *B,* qua *Pam* 30 a *add. Lat*

mundos exinde praestet, si in lumine incedere perseuerauerint. sed subicit, inquis, si dicamus nos delictum non habere, seducimus nosmetipsos, et ueritas non est in nobis. si confitemur delicta nostra, fidelis et iustus est, ut dimittat ea nobis et emundet nos ab omni iniustitia. numquid ab immunditia? at si ita est, ergo et ab idololatria. sed aliud in sensu est. ecce enim et rursus, si dicamus, ait, nos non deliquisse, mendacem facimus illum, et sermo eius non est in nobis. eo amplius, filioli, haec scripsi uobis, ne delinquatis, et si deliqueritis, aduocatum habemus apud deum patrem, Iesum Christum iustum, et ipse placatio est pro delictis nostris. secundum haec, inquis, et delinquere nos et ueniam habere constabit. quid ergo fiet, cum procedens aliud inuenio? negat enim nos omnino delinquere, et in hoc plurimum tractat, ut nihil tale concedat, proponens semel a Christo delicta deleta, non habitura postea ueniam, in quo nos sensus ad admonitionem castimoniae demandat. omnis, inquit, qui habet spem istam, castificat semetipsum, quia et ille castus est. omnis qui facit delictum, et iniquitatem facit, et delictum est iniquitas. et scitis quod ille manifestatus sit, ut auferat delicta, utique hactenus admittenda. siquidem subiungit: omnis, qui manet in illo, non delinquet. omnis qui delinquit, neque uidit neque cognouit eum. filioli, nemo uos seducat. omnis qui facit iustitiam, iustus est, sicut et ille iustus est. qui facit delictum, ex diabolo est, quoniam diabolus a primordio delinquit. in hoc enim manifestatus est filius dei, ut soluat opera diaboli. nam et soluit liberans hominem per lauacrum donato ei chirographo mortis. et ideo omnis, qui ex deo nascitur

2] 1 Ioh. 1, 8 sq. 9] ibid. 2, 1 sq. 18] ibid. 3, 3 sq. 29] cf. Col. 2, 14. 30] 1 Ioh. 3, 9 sq.

1 praestet *Gel:* perstare *B* 6 at *scripsi:* aut *B* 11 deum *Gel:* dominum *B* 14 nos *Gel:* hos *B* 15 hoc *Gel:* hos *B* 17 quo *Lat:* quae *B* 18 et spem *B;* et *del. Gel* 23 delinquet *Gel:* delinquat *B*, delinquit *Pam* 27 quoniam *C*, quod *B* 30 ei *del. Rig* qui ex *Gel:* quae a *B*

non facit delictum, quia semen dei manet in illo, et non potest delinquere, quia ex deo natus est. in hoc manifesti sunt filii dei et filii diaboli. in quo, nisi illi non delinquendo, ex quo de deo nati sunt, isti delinquendo, quia de diabolo sunt, perinde atque si numquam sint ex deo nati? quod si dicit, qui non est iustus, ex deo non est, qui non pudicus, quomodo rursus ex deo fiet, qui iam esse desiit? iuxta est igitur ut excidisse sibi dicamus Iohannem in primore quidem epistola negantem nos sine delicto esse, nunc uero praescribentem non delinquere omnino, et illic quidem aliquid de uenia blandientem, hic uero districte negantem filios dei quicumque deliquerint. sed absit. nam nec ipsi excidimus a qua digressi sumus distinctione delictorum. et hic enim illam Iohannes commendauit, quod sint quaedam delicta cotidianae incursionis, quibus omnes simus obiecti. cui enim non accidet aut irasci inique et ultra solis occasum, aut et manum immittere aut facile maledicere aut temere iurare aut fidem pacti destruere aut uerecundia aut necessitate mentiri? in negotiis, in officiis, in quaestu, in uictu, in uisu, in auditu quanta temptamur? ut, si nulla sit uenia istorum, nemini salus competat. horum ergo erit uenia per exoratorem patris Christum. sunt autem et contraria istis, ut grauiora et exitiosa, quae ueniam non capiant, homicidium, idololatria, fraus, negatio, blasphemia, utique et moechia et fornicatio, et si qua alia uiolatio templi dei. horum ultra exorator non erit Christus; haec non admittet omnino, qui natus ex deo fuerit, non futurus dei filius, si admiserit. ita Iohannis ratio constabit diuersitatis, distinctionem delictorum disponentis, cum delinquere filios dei nunc adnuit, nunc abnuit. prospiciebat enim clausulam litterarum suarum, et illi praestruebat hos sensus dicturus in fine manifestius: si quis scit fratrem suum delinquere delictum non ad mortem, postulabit, et dabit

6] 1 Ioh. 1, 8. 31] 1 Ioh. 5, 16.

5 perinde *Urs:* proinde *B* 9 primore *Gel:* priore *B* negantem *Gel:* negante *B* 16 accidet *Urs:* accedet *B* 27 Ioanni *Gel* 28 diuersitatis *Gel:* diuersitates *B* disponenti *Gel* 30 praestruebat *Gel:* perstruebat *B*

ei uitam dominus, qui non ad mortem delinquit. est enim delictum ad mortem; non de eo dico, ut quis postulet. meminerat et ipse Hieremiam prohibitum a deo deprecari pro populo mortalia delinquente. omnis iniustitia delictum est, et est delictum ad mortem. scimus autem, quod omnis, qui ex deo natus sit, non delinquit, scilicet delictum quod ad mortem est. ita nihil iam superest quam aut neges moechiam et fornicationem mortalia esse delicta, aut inremissibilia fatearis, pro quibus nec exorare permittitur.

20. Disciplina igitur apostolorum proprie quidem instruit ac determinat principaliter sanctitatis omnis erga templum dei antistitem et ubique de ecclesia eradicantem omne sacrilegium inpudicitiae sine ulla restitutionis mentione. uolo tamen ex redundantia alicuius etiam comitis apostolorum testimonium superducere, idoneum confirmandi de proximo iure disciplinam magistrorum. extat enim et Barnabae titulus ad Hebraeos, a deo satis auctorati uiri, ut quem Paulus iuxta se constituerit in abstinentiae tenore: aut ego solus et Barnabas non habemus operandi potestatem? et utique receptior apud ecclesias epistola Barnabae illo apocrypho Pastore moechorum. monens itaque discipulos omissis omnibus initiis ad perfectionem magis tendere nec rursus fundamenta paenitentiae iacere ab operibus mortuorum, impossibile est enim, inquit, eos qui semel inluminati sunt et donum caeleste gustauerunt et participauerunt spiritum sanctum et uerbum dei dulce gustauerunt, occidente iam aeuo cum exciderint, rursus reuocari in paenitentiam, refigentes cruci in semetipsos filium dei et dedecorantes. terra enim quae bibit saepius deuenientem in se humorem

4] 1 Ioh. 5, 17 sq. 19] 1 Cor. 9, 6. 24] Hebr. 6, 4 sqq.

9 orari *Urs* 11 instruit ac determinat *Gel:* instrumenta determinant *B* 12 circa *quidam* 13 antistitem *Gel:* sanctitatem et *B,* anxietatem et *Hartelius* et] ut *Iun,* ad *Oehlerus* eradicandum *Oehlerus* 14 impudicitiae *Lat:* pudicitiae *B* 15 redundanti *Lat* 17 a deo *Scal:* adeo *B* 18 auctorati *Scal:* auctoritati *B,* auctoritatis *Urs* 20 hoc operandi *Pam* 26 et participauerunt — 27 gustauerunt *C, om. B* 28 renouari *Lat*

et peperit herbam aptam his propter quos et colitur, benedictionem dei consequitur; proferens autem spinas reproba et maledictioni proxima, cuius finis in exustionem. hoc qui ab apostolis didicit et cum apostolis docuit, numquam moecho et fornicatori secundam paenitentiam promissam ab apostolis norat. optime enim legem interpretabatur et figuras eius iam in ipsa ueritate seruabat. ad hanc denique speciem disciplinae de leproso cautum fuit: si autem uarietas effloruerit in cutem et totam cutem texerit a capite usque ad pedes per omnem conspectum, et sacerdos cum uiderit, emundabit eum, quoniam conuertit in album, mundus est. qua uero die uisus fuerit in eiusmodi color uiuus, inquinatus est. conuersum enim hominem de pristino carnis habitu in candorem fidei, quae uitium et macula aestimatur in saeculo, et totum nouatum mundum uoluit intellegi, qui iam non sit uarius, non sit de pristino et nouo aspersus. si uero post abolitionem in uetustatem aliquid ex illa reuixerit, rursum in carne eius quod emortuum delicto habebatur immundum iudicari nec expiari iam a sacerdote. ita moechia de pristino recidiua et unitatem noui coloris, a quo fuerat exclusa, commaculans immundabile est uitium. item de domo: si quae maculae et cauositates adnuntiatae in parietibus sacerdoti fuissent, priusquam introiret ad inspiciendam eam, iubet auferri de domo omnia, ita immunda non futura quae domus essent. dehinc introgressus sacerdos si inuenisset cauositates uiridicantes uel rubescentes, et aspectum earum humiliorem citra parietinam formam, exiret ad ianuam et secerneret domum illam septem diebus. dehinc die septima regressus si animaduertisset diffusum in parietibus tactum illum, imperaret exter-

8] Leu. 13, 12 sqq. 22] ibid. 14, 36 sqq.

7 eius *Gel:* ei *B* seruabat *Pam:* seruabant *B* 11 quoniam *Pam:* quod *B* 16 uoluit *C, om. B* 17 abolitiem *C* 19 emortuum *Gel:* emortuo *B* habebitur *fort.* 20 moechia *Gel:* moechiam *B* recidiua *Gel:* recidiuam *B* 28 parietinam *Gel:* parietem non *B* 31 exterminari *C,* extrahi *B*

minari eos lapides, in quibus tactus leprae fuisset, et abici extra ciuitatem in locum immundum, et sumi alios lapides politos et solidos et reponi loco pristinorum et puluere alio inliniri domum. oportet enim, cum peruenitur ad summum sacerdotem patris Christum, de domo hominis nostri in tempore hebdomadis auferri omnia impedimenta prius, ut munda sit quae remanet domus, caro et anima, et ubi introierit eam sermo dei et inuenerit maculas ruboris et uiroris, extrahi statim et abici foras sensus mortiferos et cruentos (nam et Apocalypsis uiridi equo mortem, russeo autem proeliatorem imposuit), proque illis politos et in compaginem aptos et firmos substrui lapides, quales in Abrahae filios fiunt, ut ita homo habilis deo sit. quod si post recuperationem et reformationem rursus sacerdos animaduerterit in eadem domo de pristinis cauis aliquid et maculis, immundam eam pronuntiauit, et iussit deponi materias et lapides et omnem structuram eius et abici in locum immundum. hic erit homo caro atque anima, qui post baptisma et introitum sacerdotum reformatus denuo resumit scabra et maculas carnis, et abicitur extra ciuitatem in locum immundum, deditus scilicet satanae in carnis interitum, nec amplius reaedificatur in ecclesia post ruinam. sic et de famulae concubitu, quae homini esset reseruata, necdum redempta, necdum liberata. prospicietur, inquit illi, et non morietur, quia nondum est manumissa, cui seruabatur. nondum enim caro a Christo manumissa, cui seruabatur, impune contaminabatur, ita iam manumissa non habet ueniam.

21. Haec si apostoli magis norant, magis utique curabant. sed et in hunc iam gradum decurram, excernens inter doctrinam apostolorum et potestatem. disciplina hominem gubernat, potestas adsignat. sed rursum quid potestas? spiritus, spiritus

10] cf. Apoc. 6, 4. 8. 23] Leu. 19, 20.

1 tactus *del. Gel* leprae *Iun:* lepra *B* 3 solitos *Gel* 4 illini *Urs* 8 et ubi *Gel:* ut ubi *B* 11 russeo *Gel:* roseo *B* 12 substruit *Urs* 13 filios *addidi* 15 cauis *Lat:* causis *B* 19 resumit *Gel:* respuit *B* scabram *Scal* 31 sed rursum *Lat:* seorsum *B* quid potestas? *Lat:* quod potestas *B,* quod potest *Scal* spiritus] aspirat *Scal* spiritus *alterum add. Lat*

autem deus. quid autem docebat? non communicandum operibus tenebrarum. obserua quod iubet. quis autem poterat donare delicta? hoc solius ipsius est. quis enim dimittit delicta, ni solus deus? et utique mortalia, quae in ipsum fuerint admissa et in templum eius? nam tibi quae in te reatum habeant etiam septuagies septies iuberis indulgere in persona Petri. itaque si et ipsos beatos apostolos tale aliquid indulsisse constaret, cuius uenia a deo, non ab homine competeret, non ex disciplina, sed ex potestate fecissent. nam et mortuos suscitauerunt, quod deus solus, et debiles redintegrauerunt, quod nemo nisi Christus, immo et plagas inflixerunt, quod noluit Christus. non enim decebat eum saeuire qui pati uenerat. percussus est Ananias et Elimas, Ananias morte, Elimas caecitate, ut hoc ipso probaretur Christum et haec facere potuisse. sic et prophetae caedem et cum ea moechiam paenitentibus ignouerant, quia et seueritatis documenta fecerunt. exhibe igitur et nunc mihi, apostolice, prophetica exempla, ut agnoscam diuinitatem, et uindica tibi delictorum eiusmodi remittendorum potestatem. quod si disciplinae solius officia sortitus es, nec imperio praesidere, sed ministerio, quis aut quantus es indulgere, qui neque prophetam nec apostolum exhibens cares ea uirtute cuius est indulgere? sed habet, inquis, potestatem ecclesia delicta donandi. hoc ego magis et agnosco et dispono, qui ipsum paracletum in prophetis nouis habeo dicentem: potest ecclesia donare delictum, sed non faciam, ne et alia delinquant. quid, si pseudopropheticus spiritus pronuntiauit? atqui magis euersoris fuisset et semetipsum de clementia commendare et ceteros ad delinquentiam temptare. aut si et hoc secundum spiritum ueritatis adfectare gestiuit, ergo spiritus ueritatis potest quidem indulgere fornicatoribus ueniam, sed cum plurium malo non uult. de tua nunc sententia quaero, unde hoc ius

3 ipsius *B*, spiritus *Lat* 4 quae *Gel:* quod *B* 7 ipsos beatos apostolos *C*, ipsos ab ea apostolos *B*, ipsis beatis apostolis *Gel* indulsisse *C*, indulsisset *B* 9 fecisse *Gel* 13 morte et Elimas *B;* et *del. Gel* 14 ipso probaretur *C*, ipsum probaret *B* 16 ignouerant *Gel:* ignorauerant *B* 17 ut *Oehlerus:* et *B* 18 uendica *B* 24 nouis habeo *Gel:* nobis ab eo *B* 25 alii *Harnackius* 28 temptare *Scal:* temperare *B* 31 ius *Gel:* iussisse *B*

ecclesiae usurpes. si quia dixerit Petro dominus: super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, tibi dedi claues regni caelestis, uel, quaecumque alligaueris uel solueris in terra, erunt alligata uel soluta in caelis, idcirco praesumis et ad te deriuasse soluendi et alligandi potestatem, id est ad omnem ecclesiam Petri propinquam? qualis es, euertens atque commutans manifestam domini intentionem personaliter hoc Petro conferentem? super te, inquit, aedificabo ecclesiam meam, et, dabo tibi claues, non ecclesiae, et, quaecumque solueris uel alligaueris, non quae soluerint uel alligauerint. sic enim et exitus docet. in ipso ecclesia extructa est id est per ipsum, ipse clauem imbuit, uide quam: uiri Israelitae, auribus mandate quae dico: Iesum Nazarenum uirum a deo uobis destinatum, et reliqua. ipse denique primus in Christi baptismo reserauit aditum caelestis regni, quo soluuntur alligata retro delicta et alligantur quae non fuerint soluta, secundum ueram salutem, et Ananiam uinxit uinculo mortis et debilem pedibus absoluit uitio ualetudinis. sed et in illa disceptatione custodiendae necne legis primus omnium Petrus spiritu instinctus et de nationum uocatione praefatus, et nunc, inquit, cur temptastis dominum de imponendo iugo fratribus, quod neque nos neque patres nostri sufferre ualuerunt? sed enim per gratiam Iesu credimus nos salutem consecuturos, sicut et illi. haec sententia et soluit quae omissa sunt legis et alligauit quae reseruata sunt. adeo nihil ad delicta fidelium capitalia potestas soluendi et alligandi Petro emancipata. cui si praeceperat dominus etiam septuagies septies delinquenti in eum fratri indulgere, utique nihil postea alligare id est retinere mandasset, nisi forte ea quae in dominum, non in fratrem, quis admiserit. praeiudicatur enim non dimittenda in deum delicta, cum in homine admissa donantur. quid nunc

1] Matth. 16, 18 sq. 13] Act. 2, 22. 21] ibid. 15, 10 sq.

7 es, euertens *Gel:* sese uertens *B* manifestam *Gel:* manifestum *B* 13 uide *Urs:* fidei *B,* uides *Gel* 17 secundum *Gel:* secundam *B* 18 uinxit *Gel:* iunxit *B* 20 necne *add. Pam* 30 ea *Gel:* eam *B*

et ad ecclesiam et quidem tuam, psychice? secundum enim Petri personam spiritalibus potestas ista conueniet aut apostolo aut prophetae. nam et ipsa ecclesia proprie et principaliter ipse est spiritus, in quo est trinitas unius diuinitatis, pater et filius et spiritus sanctus. illam ecclesiam congregat quam dominus in tribus posuit. atque ita exinde etiam numerus omnis qui in hanc fidem conspirauerint ecclesia ab auctore et consecratore censetur. et ideo ecclesia quidem delicta donabit, sed ecclesia spiritus per spiritalem hominem, non ecclesia numerus episcoporum. domini enim, non famuli est ius et arbitrium; dei ipsius, non sacerdotis.

22. At tu iam et in martyras tuos effundis hanc potestatem. ut quisque ex confessione uincula induit adhuc mollia in nouo custodiae nomine, statim ambiunt moechi, statim adeunt fornicatores, iam preces circumsonant, iam lacrimae circumstagnant maculati cuiusque, nec ulli magis aditum carceris redimunt quam qui ecclesiam perdiderunt. uiolantur uiri ac feminae in tenebris plane ex usu libidinum notis, et pacem ab his quaerunt qui de sua periclitantur. alii ad metalla confugiunt et inde communicatores reuertuntur, ubi iam aliud martyrium necessarium est delictis post martyrium nouis. quis enim in terris et in carne sine culpa? quis martyr saeculi incola, denariis supplex, medico obnoxius et feneratori? puta nunc sub gladio iam capiti librato, puta in patibulo iam corpore expanso, puta in stipite iam leoni concesso, puta in axe iam incendio adstructo, in ipsa, dico, securitate et possessione martyrii, quis permittit homini donare quae deo reseruanda sunt, a quo ea sine excusatione damnata sunt, quae nec apostoli, quod sciam, martyres et ipsi donabilia iudicauerunt? denique iam ad bestias depugnauerat Paulus Ephesi, cum interitum

3 ipsa *Iun:* ipse *B, del. Rig* 7 ecclesia *Lat:* ecclesiae *B* 13 confessione *Lat:* consensione *B* mollia *Gel:* immollia *B* 17 ecclesiae *Ciacconius* 22 saeculi *Gel:* sacculi *B* donariis *Lat,* damnatis *Rig* 23 medio *Scal,* moecho *Rig* fornicatori *Rig* 24 capiti *Lat:* capite *B* 25 leoni *Lat:* leone *B* in axe iam *add. Gel* 26 adstructo *Urs:* adstricto *B* 28 ea sine *Gel:* eas in *B* damnata sunt *Gel:* damnatas *B* 29 iudicauerunt *Gel:* indicauerant *B*

1 incursare *fort.* 9 abundabimus *Harrisius:* abundauimus *B* 13 ieiunarit *C,* ieiunauit *B* 17 in ordinaria *Gel:* inordinaria *B* 18 diuitias *om. Gel* 21 uoluntates *Pam:* uoluptates *B* 28 monumenta *Gel:* munimenta *B* 29 ortygometras *Rig:* ortygometra *B,* ortygometram *Scal*

gometras cruditando. eliditur pro templi foribus senior Heli, filii eius in acie ruunt, nurus expirat in partu. hanc enim meruerat a deo plagam domus impudens, sacrificiorum carnalium defraudatrix. Sameas, homo dei, cum exitum prophetasset idololatriae introductae a rege Hieroboam, post manum eius regis arefactam et statim restitutam, post altare diffissum, ob haec signa ad satisfactionem inuitatus a rege plane excusauit (prohibitus enim a deo fuerat) illic cibum in totum attingere; sed ab alio mox sene mentito prophetam temere pastus secundum uerbum dei ibidem factum super mensam non est in paternis sepultus. leonis enim in uia occursu prostratus et apud exteros conditus poenam deserti ieiunii luit. haec erunt exempla et populo et episcopis, etiam spiritalibus, si quam incontinentiam gulae admiserint. sed nec apud inferos admonitio cessauit, ubi in diuite epulone quidem conuiuia cruciantur, in paupere uero ieiunia recreantur, habentia praeceptores Moysen et prophetas. nam et Iohel exclamauit: sancite ieiunium et praedicate curationem, prospiciens iam tunc et alios apostolos et prophetas sancituros ieiunium et praedicaturos officia curantia deum. unde et qui in idolis comendis et in hac re ornandis et ad singulas horas salutandis diis adulantur, curationem facere dicuntur. sed et omnem ταπεινοφρόνησιν ethnici agnoscunt. cum stupet caelum et aret annus, nudipedalia denuntiantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro auertunt, precem indigitant, hostiam instaurant. apud quasdam uero colonias praeterea annuo ritu saccis uelati et

1] cf. 1 Sam. 4, 17 sqq. 11] cf. 1 Reg. 13. 15] cf. Luc. 16, 19 sqq. 17] Ioel 1, 14.

1 cruditando *Gel:* conditando *B,* eructando *Pam* 2 partu *Gel:* pastu *B* 6 difissum *Harrisius:* diffusum *B* 7 ad satisfactionem *Lat:* et satisfactione *B,* de satisfactione *Oehlerus* recusauit *quidam* 9 prophetam *BC,* prophetiam *Pam* 15 ubi in *Gel:* de *B* epulone *del. Gel* cruciantur *Gel:* conciliantur *B* 17 sancite *C,* sanctificate *B* 18 praedicate curationem *Pam:* orationem *B,* curationem *Oehlerus* iam et tunc *Gel* 20 idolis *Gel:* idoliis *B* comendis *Gel:* comedissent *B* 21 in hac re *B,* in aris *Urs,* in sacro *Oehlerus,* auro *fort.,* in aere *(cf. 137, 15) Hartelius* ornandis *Gel:* ordinandis *B* diis *add. Urs* 24 magistratus *Gel:* magis *B* 26 annuo *Gel*: animo *B*

cinere conspersi idolis suis inediam supplicem obiciunt, balnea et tabernae in nonam usque cluduntur. unus in publico ignis apud aras, aquae nec in lancibus. Niniuiticum credo iustitium. Iudaicum certe ieiunium ubique celebratur, cum omissis templis per omne litus quocumque in aperto aliquando iam precem ad caelum mittunt. et licet cultu et ornatu maeroris munus infament, tamen fidem abstinentiae adfectant et stellae auctoritatem demorantis suspirant. sed bene quod tu nostris xerophagiis blasphemias ingerens casto Isidis et Cybeles eas adaequas. admitto testimonialem comparationem. hinc diuinam constabit, quam diabolus diuinorum aemulator imitatur. ex ueritate mendacium struitur, ex religione superstitio compingitur. hinc tu eo inreligiosior, quanto ethnicus paratior. ille denique idolo gulam suam mactat, tu deo non uis. deus enim tibi uenter est et pulmo templum et aqualiculus altare et sacerdos cocus et sanctus spiritus nidor et condimenta charismata et ructus prophetia.

17. Vetus es, uera si uelimus dicere, tu qui tantum gulae indulges, et merito te priorem iactitas; semper agnosco sapere Esau uenatorem ferarum; ita passim indagandis turdis studes, ita de campo laxissimae disciplinae tuae uenis, ita spiritu deficis. si tibi lenticulam defruto inrufatam obtulero, statim totos primatus tuos uendes; apud te agape in caccabis feruet, fides in culmis calet, spes in ferculis iacet. sed maioris est agape, quia per hanc adulescentes tui cum sororibus dormiunt. appendices scilicet gulae lasciuia atque luxuriae. quam societatem et apostolus sciens cum praemisisset non in ebrietatibus nec in comessationibus, adiunxit nec in cubi-

27] Rom. 13, 13.

1 inediam *scripsi:* inuidiam *B* supplices *Barthius* 2 tabernae *Ciacconius:* tabernacula *B* unus *Gel, om. B* 3 Niniuiticum *Gel:* in Niniuiticum *B,* Niniuiticam *C* credo *Gel:* crede *B* iustitium *Gel:* iustitiam *C,* institutum *B* 8 tu *Urs:* in *B* 9 casto *Gel:* sacco *B* 10 hinc *Gel:* huic *B* diuinam *Urs:* diuina *B* 14 deo idolo *B; deo del. Urs* 18 es *Gel:* est *B* uera *Gel:* et *B* 20 turdis *Gel:* turbis *B* 23 agape in caccabis feruet *Gel:* agapẽ caccabis sero et *B* 24 culmis *Gel:* culinis *B* 26 luxuriae *scripsi:* luxuria est *B,* luxuria *Rig*

libus et libidinibus. ad elogium gulae tuae pertinet, quod duplex apud te praesidentibus honor binis partibus deputatur, cum apostolus duplicem honorem dederit ut et fratribus et praepositis. quis sanctior inter uos, nisi conuiuandi frequentior, nisi obsonandi pollucibilior, nisi calicibus instructior? merito homines solius animae et carnis spiritalia recusatis. talibus si placerent prophetae, mei non erant. cur ergo non constanter praedicatis: manducemus et bibamus, cras enim moriemur? sicuti nos non dubitamus exerte mandare: ieiunemus fratres et sorores, ne forte cras moriamur. palam disciplinas nostras uindicemus. nos certi sumus eos qui in carne sunt deo placere non posse, non utique in substantia carnis, sed in cura, sed in affectione, sed in operatione, sed in uoluntate. macies non displicet nobis; neque enim ad pondus deus carnem tribuit, sicut nec spiritum ad mensuram. facilius, si forte, per angustam salutis ianuam introibit caro exilior; citius resuscitabitur caro leuior, diutius in sepultura durabit caro aridior. saginentur pugiles et pyctae Olympici. illis ambitio corporis competit, quibus et uires necessariae, et tamen illi quoque xerophagiis inualescunt. sed nostra alia robora aliaeque uires, sicut et alia certamina, quibus non est luctatio aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus mundi potestates, aduersus spiritalia malitiae. aduersus haec non carne et sanguine, sed fide et spiritu robusto oportet adsistere. ceterum saginatior Christianus ursis et leonibus forte quam deo erit necessarius, nisi quod et aduersus bestias maciem exercere debebit.

3] cf. 1 Tim. 5, 17. 8] Es. 22, 13. 1 Cor. 15, 32. 11] Rom. 8, 8. 15] cf. Ioh. 3, 34. 21] Eph. 6, 12.

11 nostras *BC*, uestras *Gel* 12 in *add. Lat* 20 illi *Gel:* alii *B* 23 potentes *Lat* spiritus *fort.* 25 saginator *Gel* 26 necessarior *fort.* 27 Explicit de ieiunio aduersus psychicos. *B*

X.

DE ANIMA.

1. De solo censu animae congressus Hermogeni, quatenus et istum ex materiae potius suggestu quam ex dei flatu constitisse praesumpsit, nunc ad reliquas conuersus quaestiones plurimum uidebor cum philosophis dimicaturus. etiam in carcere Socratis de animae statu uelitatum est. nescio iam hoc primum, an opportuno in tempore magisterii, etsi nihil de loco

2 Q SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS DE ANIMA LIBER. *B* 3 DE IMMORTALITATE ANIMAE ‖ Si substantia animae, et an corporalis, et an effigiata, unum esse animam et spiritum, non separari animam et animum, an sit, ubi sit quod dicitur hegemonicon, de quinque sensibus corporalibus, quod philosophi et haeretici distinguunt inter sensualia et intellectualia, Intellectum semper animae inesse, De caeteris naturalibus animae, Unde anima aduersus haereticos qui eam de coelis deferunt: Aduersus argumentum Platonis, quod discentias reminiscentias dicat: De contemptu animae aduersus eos qui post partum corpori eam inducunt: Aduersus Platonicum dogma, quod non ex mortuis fiant uiui: Ad Pythagorae et Empedoclis opiniones de metempsychosi et metensomatisimo: Aduersus Simonis opinionem et Carpocratis haereticorum: De sexu animae et carnis, quod simul in utero formentur, in eum: De aetate carnis et animae: De cibis, quomodo ad animam pertinere uideantur: Nullam pene animam sine daemonio esse: Quomodo caro peccatrix dicatur: De bono et malo animae: De morte: De somno pertinente ad tractatum mortis: Et de anima Hermotimi: De Hermotimo: De somniis, quomodo ea patiatur anima, et unde eueniant: De ui mortis, et de Menandro haeretico: Nihil animae in corpore manere post mortem, ut uidetur quibusdam: De animae excessu, De receptu, De inferis, et an illuc omnes animae compellentur: An commorentur hic animae post mortem, uel ab inferis commeent, An aliquid interim animae patiantur apud inferos, De solo censu animae *B; in A principium libri deest usque ad pag. 307 u. 4* 7 Socrati *Scal* uelitatum *Gel:* uel ita uelificatum *B* 8 magisterii *Scal:* magistri *B*

interest. quid enim liquido saperet anima tunc Socratis, iam sacro nauigio regresso, iam cicutis damnationis exhaustis, iam morte praesente utique consternata ad aliquem motum, secundum naturam, aut externata, si non secundum naturam? quamuis enim placida atque tranquilla, quam nec coniugis fletus statim uiduae nec liberorum conspectus exinde pupillorum lege pietatis inflexerat, uel in hoc tamen mota, ne moueretur, ipsa constantia concussa est aduersus inconstantiae concussionem. quid autem aliud saperet uir quilibet iniuria damnatus praeter iniuriae solamen? nedum philosophus, gloriae animal, cui nec consolanda est iniuria, sed potius insultanda. denique post sententiam obuiae coniugi et muliebriter inclamanti: iniuste damnatus es Socrates! iam et de gratulatione responderat: uolebas autem iuste? quo nihil mirandum, si et in carcere inuiscatas Anyti et Meliti palmas gestit infringere ipsa morte coram immortalitatem uindicans animae necessaria praesumptione ad iniuriae frustrationem. adeo omnis illa tunc sapientia Socratis de industria uenerat consultae aequanimitatis, non de fiducia compertae ueritatis. cui enim ueritas comperta sine deo? cui deus cognitus sine Christo? cui Christus exploratus sine spiritu sancto? cui spiritus sanctus accommodatus sine fidei sacramento? sane Socrates facilius diuerso spiritu agebatur. siquidem aiunt daemonium illi a puero adhaesisse, pessimum reuera paedagogum, etsi post deos et cum deis daemonia deputantur penes poetas et philosophos. nondum enim Christianae potestatis documenta processerant, quae uim istam perniciosissimam nec umquam bonam atquin omnis erroris artificem, omnis ueritatis auocatricem sola traducit. quodsi idcirco sapientissimus Socrates secundum Pythii quoque daemonis suffragium

3 motum *Lat:* modum *B* 4 externata *Rig:* externum *B* naturam *Gel:* consternata *B* 13 es *Gel*: est *B* gratulatione] Socratica ratione *fort.*, grat⟨a sim⟩ulatione *Hartelius* 14 quo *del. Gel* 15 inuiscatas *Gel:* in te inuiscatas *B,* lemniscatas *Lat,* et inte⟨r uincula⟩ inuiscatas *Hartelius* gestit *scripsi:* gestio *B,* gestiens *Bmg, Gel* 16 immortalitatem uindicans animae *Gel:* inmortaltem uindicans animam *B,* immortalitatem uindicat animae *Lat,* immortalem uindicans animam *Hartelius* 27 atquin omnis *Oehlerus:* atqui hominis *B,* antiqui *Lat*

scilicet negotium nauantis socio suo, quanto dignior atque constantior Christianae sapientiae adsertio, cuius adflatui tota uis daemonum cedit? haec sapientia de schola caeli deos quidem saeculi negare liberior, quae nullum Aesculapio gallinaceum reddi iubens praeuaricetur nec noua inferens daemonia, sed uetera depellens nec adulescentiam uitians, sed omni bono pudoris informans ideoque non unius urbis, sed uniuersi orbis iniquam sententiam sustinens pro nomine ueritatis tanto scilicet perosioris quanto plenioris, ut et mortem non de poculo per habitum iocunditatis absorbeat, sed de patibulo et uiuicomburio per omne ingenium crudelitatis exhauriat, interea in isto tenebrosiore carcere saeculi inter suos Cebetas et suos Phaedonas, si quid de anima examinandum est, ad dei regulas diriget. certe nullum alium potiorem animae demonstratorem habemus quam auctorem. a deo discas quod a deo habeas, aut nec ab alio, si nec a deo. quis enim reuelabit quod deus texit? unde sciscitandum est? unde et ignorare tutissimum est. praestat per deum nescire, quia non reuelauerit, quam per hominem scire, quia ipse praesumpserit.

2. Plane non negabimus aliquando philosophos iuxta nostra sensisse. testimonium est ueritatis euentus ipsius. nonnumquam et in procella confusis uestigiis caeli et freti aliqui portus offenditur prospero errore, nonnumquam et in tenebris aditus quidam et exitus deprehenduntur caeca felicitate. sed et natura pleraque suggeruntur quasi de publico sensu, quo animam deus dotare dignatus est. hunc nacta philosophia ad gloriam propriae artis inflauit prae studio (non mirum si istud ita dixerim) eloquii quiduis struere atque destruere eruditi magisque dicendo persuadentis quam docendo. formas rebus imponit, eas

1 constantior Christianae *Urs:* constantiae Christianae atque *B* 4 gallinaceum *Gel:* galliceum *B* 8 scilicet *Gel:* scilicet et *B* 11 isto tenebrosiore carcere *Gel:* istos tenebrosiores carceres *B* 13 examinandum *Gel:* examine examinandum *B* dirigat. certe *Pam,* diriget, certa *Hartelius* 14 demonstras demonstratorem *Oehlerus* habemus *addidi* 15 auctorem reperiet *Urs* 16 inde *Rig* 17 *interrogationis signum posui* inde *Scal* 21 inuentus *Pam* 27 mirum si *Gel:* mirum *(sequitur lacuna undecim duodecimue litterarum, in media asteriscus positus est)* non *B,* mirum, si et ego *fort.*

nunc peraequat, nunc priuat, de certis incerta praeiudicat, prouocat ad exempla, quasi comparanda sint omnia, omnia praescribit, proprietatibus etiam inter similia diuersis, nihil diuinae licentiae seruat, leges naturae opiniones suas facit: ferrem, si naturalis ipsa, ut compos naturae de condicionis consortio probaretur. uisa est quidem sibi et ex sacris, quas putant, litteris hausisse, quia plerosque auctores etiam deos existimauit antiquitas, nedum diuos, ut Mercurium Aegyptium, cui praecipue Plato adsueuit, ut Silenum Phrygem, cui a pastoribus perducto ingentes aures suas Midas tradidit, ut Hermotimum, cui Clazomenii mortuo templum contulerunt, ut Orpheum, ut Musaeum, ut Pherecydem Pythagorae magistrum. quid autem, si philosophi etiam illa incursauerunt, quae penes nos apocryphorum confessione damnantur, certos nihil recipiendum quod non conspiret germanae et ipso iam aeuo pronatae propheticae paraturae, quando et pseudoprophetarum meminerimus et multo prius apostatarum spirituum, qui huiusmodi quoque ingeniorum calliditate omnem faciem saeculi instruxerint? postremo si etiam ad ipsos prophetas adisse credibile est indagatorem quemque sapientiae ex negotio curiositatis, tamen plus diuersitatis inuenias inter philosophos quam societatis, cum et in ipsa societate diuersitas eorum deprehendatur. siquidem uera quaeque et consonantia prophetis aut aliunde commendant aut aliorsum subornant cum maxima iniuria ueritatis, quam efficiunt aut adiuuari falsis aut patrocinari. hoc itaque commiserit nos et philosophos in ista praesertim materia, quod interdum communes sententias propriis argumentationibus uestiant, contrariis alicubi regulae nostrae, interdum sententias proprias communibus argumentationibus muniant, consentaneis alicubi regulae illorum, ut prope exclusa sit ueritas a philosophia per ueneficia in illa sua, et ideo utroque titulo societatis aduersario ueritatis urgemur et communes sententias ab argumentationibus philo-

2 sint omnia *Urs:* sit, omnia *B,* omnia *Gel,* sic omnia *Hartelius* 3 proprietatibus *Lat:* propria aetatibus *B* 4 leges *Gel*: legis *B* facit *Gel:* fecit *B* 5 compos *Gel:* cum post *B* 10 ingentes *Gel:* ingentem *B* Hermotimum *Paulus Leopardus cf. infra c. 44:* Hermippum *B* 21 inter] prophetas et *addiderim* 31 illa *scripsi:* illam *B*

sophorum liberare et communes argumentationes a sententiis eorum separare, reuocando quaestiones ad dei litteras, exceptis plane quae sine laqueo alicuius praeiudicii ad simplex testimonium licebit adsumere, quia et ex aemulis nonnumquam testimonium necessarium, si non aemulis prosit. nec ignoro, quanta sit silua materiae istius apud philosophos pro numero etiam ipsorum commentatorum, quot uarietates sententiarum, quot palaestrae opinionum, quot propagines quaestionum, quot implicationes expeditionum. sed et medicinam inspexi, sororem, ut aiunt, philosophiae, sibi quoque hoc negotium uindicantem, quippe ad quam magis animae ratio pertinere uideatur per corporis curam. unde et plurimum sorori refragatur, quod animam quasi coram in domicilio suo tractando magis norit. sed uiderit utriusque praestantiae ambitio. habuit et philosophia libertatem ingenii et medicina necessitatem artificii ad extendendos de anima retractatus; late quaeruntur incerta, latius disputantur praesumpta. quanta difficultas probandi, tanta operositas suadendi, ut merito Heraclitus ille tenebrosus uastiores caligines animaduertens apud examinatores animae taedio quaestionum pronuntiarit: terminos animae nequaquam inuenies omnem uiam ingrediens. Christiano autem paucis ad scientiam huius rei opus est. nam et certa semper in paucis, et amplius illi quaerere non licet quam quod inueniri licet; infinitas enim quaestiones apostolus prohibet. porro non amplius inueniri licet quam quod a deo discitur; quod autem a deo discitur, totum est.

3. Atque utinam nullas haereses oportuisset existere, ut probabiles quique emicarent. nihil omnino cum philosophis super anima quoque experiremur, patriarchis, ut ita dixerim, haereticorum. siquidem et ab apostolo iam tunc philosophia concussio ueritatis prouidebatur; Athenis enim expertus linguatam ciuitatem cum omnes illic sapientiae atque facundiae

20] cf. Diog. Laert. IX 7 (fr. 61 Byw.). 24] cf. 1 Tim. 1, 4. 27] cf. 1 Cor. 11, 19. 30] cf. Col. 2, 8.

11 quippe ad quam *scripsi:* quidem ad quam *B,* ut ad quam *Gel,* ad quam quidem *Hartelius* 14 praestantiae] scientiae *fort.* 20 inuenies *scripsi:* inueniens *B,* inuenisse *Gel* 21 ingrediendo *Gel*

caupones degustasset, inde concepit praemonitorium illud edictum. perinde enim et animae ratio per philosophatas doctrinas hominum miscentes aquas uino. alii immortalem negant animam, alii plus quam immortalem adfirmant, alii de substantia, alii de forma, alii de unaquaque dispositione disceptant, hi statum eius aliunde ducunt, hi exitum aliorsum abducunt, prout aut Platonis honor aut Zenonis uigor aut Aristotelis tenor aut Epicuri stupor aut Heracliti maeror aut Empedoclis furor persuaserunt. deliquit, opinor, diuina doctrina ex Iudaea potius quam ex Graecia oriens. errauit et Christus piscatores citius quam sophistam ad praeconium emittens. si qua igitur in hunc modum de nidoribus philosophiae candidum et purum aerem ueritatis infuscant, ea erunt Christianis enubilanda et percutientibus argumentationes originales id est philosophicas et opponentibus definitiones caelestes id est dominicas, ut et illa, quibus ethnici a philosophia capiuntur, destruantur, et haec, quibus fideles ab haeresi concutiuntur, retundantur. una iam congressione decisa aduersus Hermogenem, ut praefati sumus, quia animam ex dei flatu, non ex materia uindicauimus, muniti et illic diuinae determinationis inobscurabili regula — et flauit, inquit, deus flatum uitae in faciem hominis, et factus est homo in animam uiuam, utique ex dei flatu — de isto nihil amplius reuoluendum. habet suum titulum et suum haereticum. ceteris hinc exordium inducam.

4. Post definitionem census quaestionem status patitur. consequens enim est ut ex dei flatu animam professi initium ei deputemus. hoc Plato excludit innatam et infectam animam uolens. et natam autem docemus et factam ex initii constitutione. nec statum errauimus utrumque dicentes, quia scilicet aliud sit natum, aliud factum, utpote illud animalibus competens. differentiae autem sua habendo loca et tempora

3] cf. Es. 1, 22. 20] Gen. 2, 7. 27] cf. Plat. Phaedr. p. 245 D.

1 praemonitorium *Gel:* praemonitorum *B* 2 perinde *scripsi:* proinde *B* et] it *Hartelius* 6 aliunde ducunt *Gel:* alium deducunt *B* 7 rigor *Iun* 11 sophistas *Urs* 18 ut *Gel:* En, ut *B* 19 uindicauimus *Iun:* uindicamus *B* 25 DE INNATA. *B*, DE SVBSTANTIA ANIMAE ET AN CORPORALIS *Gel* 27 deputemus *Urs:* deputaremus *B* 29 statum *scripsi:* statim *B*

habent aliquando et passiuitatis commercia. capit itaque et facturam prouenisse poni, siquidem omne quod quoquo modo accipit esse generatur. nam et factor ipse parens facti potest dici; sic et Plato utitur. igitur, quantum ad fidem nostram, factae nataeue animae. depulsa est philosophi opinio auctoritate prophetiae quoque.

5. Accerserint Eubulum aliquem et Critolaum et Xenocratem et isto in loco amicum Platonis Aristotelem. fortasse an exstruentur magis ad auferendam animae corpulentiam, si non alios e contrario inspexerint et quidem plures corpus animae uindicantes. nec illos dico solos qui eam de manifestis corporalibus effingunt, ut Hipparchus et Heraclitus ex igni, ut Hippon et Thales ex aqua, ut Empedocles et Critias ex sanguine, ut Epicurus ex atomis, si et atomi corpulentias de coitu suo cogunt, ut Critolaus et Peripatetici eius ex quinta nescio qua substantia, si et illa corpus, quia corpora includit, — sed etiam Stoicos allego, qui spiritum praedicantes animam paene nobiscum, qua proxima inter se flatus et spiritus, tamen corpus animam facile persuadebunt. denique Zeno consitum spiritum definiens animam hoc modo instruit. quo, inquit, digresso animal emoritur, corpus est: consito autem spiritu digresso animal emoritur, ergo consitus spiritus corpus est; consitus autem spiritus anima est, ergo corpus est anima. uult et Cleanthes non solum corporis lineamentis, sed et animae notis similitudinem parentibus in filiis respondere, de speculo scilicet morum et ingeniorum et adfectuum, corporis autem similitudinem et dissimilitudinem capere et animam. itaque corporis similitudini uel dissimilitudini obnoxiam. interim corporalium et incorporalium passiones inter se non communicare. porro et animam compati corpori, cui laeso ictibus uulneribus ulce-

19] cf. Diog. L. VII 156. 24] cf. Nemes. de nat. hom. p. 32 sq. (76 sq. Matth.).

2 prouenisse *Oehlerus:* pro inesse *B,* pro nasci *Pam,* dici generari, pro in esse *Urs,* perinde esse *Hartelius* 7 accerserint *scripsi:* accerserit *B* 20 digresso *add. Gel* 22 spiritus *Gel:* autem spiritus *B* 24 Cleantes *B* 25 filiis *Iun:* filios *B* 27 corporis *scripsi:* corpus *B* 28 obnoxiam *scripsi:* obnoxium *B* interim *scripsi:* item *B*

ribus condolescit, et corpus animae, cui adflictae cura angore amore coaegrescit per detrimentum scilicet uigoris cuiusque pudorem et pauorem rubore atque pallore testetur. igitur animam corpus ex corporalium passionum communione. sed et Chrysippus manum ei porrigit constituens corporalia ab incorporalibus derelinqui omnino non posse, quia nec contingantur ab eis (unde et Lucretius: tangere enim et tangi nisi corpus nulla potest res), derelicto autem corpore ab anima hominem affici morte. igitur corpus anima, quae nisi corporalis corpus non derelinqueret, uidetur.

6. Haec Platonici subtilitate potius quam ueritate conturbant. omne, inquiunt, corpus aut animale sit necesse est aut inanimale. et si quidem inanimale est, extrinsecus mouebitur, si uero animale, intrinsecus. anima autem nec extrinsecus mouebitur, ut quae non sit inanimalis, nec intrinsecus, ut quae ipsa potius moueat corpus. itaque non uideri eam corpus, quae non corporalium forma ex aliqua regione moueatur. ad hoc nos mirabimur incongruentiam primo definitionis prouocantis ad ea quae in animam non conueniunt. non enim potest anima animale corpus dici aut inanimale, cum ipsa sit quae aut faciat corpus animale, si adsit, aut inanimale, si absit ab illo. itaque quod facit non potest esse ipsa, ut dicatur animale uel inanimale. anima enim dicitur substantiae suae nomine. quodsi non capit animale corpus dici aut inanimale, quod est anima, quomodo prouocabitur ad animalium et inanimalium corporum formam? dehinc si corporis est moueri extrinsecus ab aliquo, ostendimus autem supra moueri animam et ab alio, cum uaticinatur, cum furit, utique extrinsecus, quia ab alio, merito quod mouebitur extrinsecus ab alio secundum exempli

5] cf. Nemesius l. c. p. 34 (81 Matth.). 7] Lucr. I 304.

2 coaegrescit *Lat:* cohaerescit *B* scilicet *Urs:* socii et *B*, socii *Gel*, saucii *Hartelius* cuiusque *scripsi:* cuius *B* 3 pauorem *Gel:* pauore *B* 4 animam *scripsi*: anima *B* 9 hominem *addidi;* corpus *mente supplendum censet Hartelius* quae nisi corporalis *Gel:* quam si corporali *B* 10 derelinqueret, uidetur *scripsi:* derelinquet. Videntur *B*, derelinqueret *Gel*, derelinquere uideretur *Hartelius* 11 Platonici *Gel:* Platonicis *B* 21 si adsit, aut inanimale *add. Gel* 28 quia *Oehlerus:* qui *B*, cum *Gel*, quis *Urs, del. Iun*

propositionem corpus adagnoscam. iam uero si ab alio moueri corporis est, quanto magis mouere aliud? anima autem mouet corpus, et conatus eius extrinsecus foris parent. ab illa est enim impingi et pedes in incessum et manus in contactum et oculos in conspectum et linguam in effatum, uelut sigillaria motu superficiem intus agitante. unde haec uis incorporali animae, unde uacuae rei solida propellere? sed quomodo diuisi uidentur in homine sensus corporales et intellectuales? corporalium aiunt rerum qualitates, ut terrae, ut ignis, corporalibus sensibus renuntiari, ut tactui, ut uisui, incorporalium uero intellectualibus conueniri, ut benignitatis, ut malignitatis. itaque incorporalem esse animam constat, cuius qualitates non corporalibus, sed intellectualibus sensibus comprehendantur. plane, si non huius definitionis gradum exclusero. ecce enim incorporalia ostendo corporalibus sensibus subici, sonum auditui, colorem conspectui, odorem odoratui, quorum exemplo etiam anima corpori accedit, ne dicas idcirco ea per corporales renuntiari sensus quia corporalibus accedant. igitur si constat incorporalia quoque a corporalibus comprehendi, cur non et anima, quae corporalis, ab incorporalibus renuntietur? certe definitio exclusa sit. de insignioribus argumentationibus erit etiam illa, quod omne corpus corporalibus ali iudicant, animam uero ut incorporalem incorporalibus, sapientiae scilicet studiis. sed nec hic gradus stabit etiam Sorano methodicae medicinae instructissimo auctore respondente animam corporalibus quoque ali, denique deficientem eam cibo plerumque fulciri. quidni? quo adempto in totum dilabitur ex corpore. ita etiam ipse Soranus plenissime super anima commentatus quatuor uoluminibus et cum omnibus philosophorum sententiis expertus corporalem animae substantiam uindicat, etsi illam immortalitate fraudauit. non enim omnium est credere quod Christianorum

1 agnoscam *Gel* iam uero *scripsi:* enimuero *B* 5 sigillaria *scripsi:* sigillario *B* 6 motu *Gel:* motus *B* agitante *Gel:* agitantem *B* uis *Lat:* uisio *B* incorporali *Gel:* incorporalis *B* 9 terrae *Gel:* terra *B* 10 tactu, ut uisu *Urs* 22 ali iudicant *Gel:* adiudicant *B* 26 deficientem eam *Urs:* deficiente in ea *B,* deficientem a *Gel* 27 etiam *Gel:* et ne *B* 31 fraudauit *Gel:* fraudabit *B*

est. sicut ergo Soranus ipse rebus ostendit animam corporalibus ali, perinde et philosophus exhibeat illam incorporalibus pasci. sed nemo umquam cunctanti de exitu animae mulsam f. 118v aquam de eloquio Platonis infudit aut micas de minutiloquio Aristotelis infersit? quid autem facient tot ac tantae animae rupicum et barbarorum, quibus alimenta sapientiae desunt, et f. 119 tamen | indocta prudentia pollent et sine academiis et porticibus Atticis et carceribus Socratis, denique ieiunantes a philosophia nihilominus uiuunt? non enim substantiae ipsi alimenta proficiunt studiorum uel disciplinae, quia nec opimiorem animam efficiunt, sed ornatiorem. bene autem quod et artes Stoici corporales affirmant. adeo sic quoque anima corporalis, si et artibus ali creditur. sed enormis intentio philosophiae solet plerumque nec prospicere pro pedibus. sic Thales in puteum. solet et sententias suas non intellegendo ualetudinis corruptelam suspicari. sic Chrysippus ad elleborum. tale aliquid opinor ei accidit, cum duo in unum corpora negauit, alienato a prospectu et recogitatu praegnantum, quae non singula cotidie corpora, sed et bina et terna in unius uteri ambitu perferunt. inuenitur etiam in iure ciuili Graeca quaedam quinionem enixa filiorum, semel omnium mater, unici fetus parens multiplex, unici uteri puerpera numerosa, quae tot stipata corporibus, paene dixerim populo, sextum ipsa corpus fuit. uniuersa condicio testabitur corpora de corporibus processura iam illic esse unde procedunt. secundum sit necesse est quod ex alio est. nihil porro ex alio est nisi dum gignitur; sed tunc duo sunt.

2 perinde *scripsi:* proinde *B* incorporalibus *Gel:* ita corporalibus *B* 3 mulsam *Gel:* mulsiam *B* 4 de minutiloquio] *ab his uerbis incipit A* deminuti loquio *A,* multiloquio *Bmg* 5 aristotilis *A* intersit *B* *interrogationis signum posui* 6 baronum *P. Pithoeus et Urs* et *om. B* 7 indocta *Gel:* indoctae *AB* 8 caesaribus sacratis *A* a *om. B* 10 uel *scripsi:* sed *AB* quiu *A corr.* 14 sic] scit *Heraldus* tales *A* 15 et *om. A* 16 sic] scit *Heraldus* ad elleborum *Gel:* ad Delleborum *B,* adelborum *ABmg* 17 in *del. Rig* uno *Rig* 18 alienato *Iun:* alienata *AB,* alienatus *Urs* pregnata umquam e non singulatim *A* 19 quotidie *A* et bina *B,* labina *A,* uel bina *Wissowa* terrena *A, Gel* 22 festus *A* 25 seorsum *Bmg* 26 est nihil *A,* sit nihil *B* 27 sed tunc *om. A*

7. Quantum ad philosophos satis haec, quia quantum ad nostros ex abundanti; quibus corporalitas animae in ipso euangelio relucebit. dolet apud inferos anima cuiusdam et punitur in flamma et cruciatur in lingua et de digito animae felicioris implorat solacium roris. imaginem existimas exitum illum pauperis laetantis et diuitis maerentis? et quid illic Lazari nomen, | f. 119v si non in ueritate res est? sed et si imago credenda est, testimonium erit ueritatis. si enim non haberet anima corpus, non caperet imago animae imaginem corporis, nec mentiretur de corporalibus membris scriptura, si non erant. quid est autem illud quod ad inferna transfertur post diuortium corporis, quod detinetur illic, quod in diem iudicii reseruatur, ad quod et Christus moriendo descendit? puto, ad animas patriarcharum. sed quamobrem, si nihil anima sub terris? nihil enim, si non corpus. incorporalitas enim ab omni genere custodiae libera est, immunis et a poena et a fouella. per quod enim punitur aut fouetur, hoc erit corpus. reddam de isto plenius et opportunius. igitur si quid tormenti siue solacii anima praecerpit in carcere seu diuersorio inferum, in igni uel in sinu Abrahae, probata erit corporalitas animae. incorporalitas enim nihil patitur non habens per quod pati possit, aut si habet, hoc erit corpus. in quantum enim omne corporale passibile est, in tantum quod passibile est corporale est.

8. Abruptum alioquin et absurdum idcirco quid de corporalium eximere censu quia ceteris corporalibus exemplis non adaequet. et ubi proprietatum priuata discrimina, per quae magnificentia auctoris ex operum eorundem diuersitate signatur, ut sint tam discreta quam paria, tam amica quam et aemula? siquidem et ipsi philosophi ex contrariis uniuersa constare condicunt secundum amicitiam et inimicitiam Empedoclis. sic

2] cf. Luc. 16, 23 sqq.

6 eleazari *A* 12 illic *om. A* 14 sed quamobrem *om. A* sub] detinet sub *B* 15 *alterum* enim *om. A* 16 liber ęst *A* et *prius om. B* 18 oportunius *A* 19 praecepit *Rig* in carcere *Gel:* carcere in corpore *B,* in corpore *A,* sine corpore in carcere *Hartelius cf. u. 11* 22 quan*tum *A* 25 exime recensu *A* 26 et ubi *AB,* ubi *Gel,* ubique *fort.* 28 discretam *A* 30 empedoclis *om. A*

igitur etsi corporalia incorporalibus obiacent, ipsa quoque ita inter se differunt, ut differentia species eorum ampliet, non genus mutet, ut sint corporalia, sic multa in dei gloriam, dum uaria, sic uaria, dum diuersa, sic diuersa, dum his alii f. 120 qualitatum | sensus, alii illis, dum his alia alimenta, alia illis, dum haec inuisibilia, illa uisibilia, dum haec grauia, illa leuia. aiunt enim et idcirco animam incorporalem renuntiandam, quia digressa ea grauiora efficiantur corpora defunctorum, cum leuiora esse deberent, unius corporis pondere exempto, si anima corpus. quid enim, inquit Soranus, si mare negent corpus, quia extra mare immobilis et grauis nauis efficitur? quanto ergo ualidius corpus animae, quod tanti postea ponderis corpus leuissima mobilitate circumfert? ceterum est inuisibilis anima et pro condicione corporis sui et pro proprietate substantiae et pro natura etiam eorum quibus inuisibilis esse sortita est. solem noctuae nesciunt oculis: aquilae ita sustinent ut natorum suorum generositatem de pupillarum audacia iudicent; alioquin non educabunt ut degenerem, quem solis radius auerterit. est adeo alteri quid inuisibile, alteri non, quod non ideo incorporale sit quia non ex aequo uis ualet. sol enim corpus, siquidem ignis, sed quod aquila confiteatur, neget noctua, non tamen praeiudicans aquilae. tantundem et animae corpus inuisibile carni, si forte, spiritui uero uisibile est. sic Iohannes in spiritu dei factus animas martyrum conspicit.

9. Cum animae corpus asserimus propriae qualitatis et sui generis, iam haec condicio proprietatis de ceteris accidentibus corpulentiae praeiudicabit aut haec adesse ei, quam corpus ostendimus, sed et ipsa sui generis pro corporis proprietate,

23] cf. Apoc. 6, 9.

1 incorporalibus — 3 corporalia *om. A* 3 gloriam *Urs:* gloria *AB* 4 sic uaria *om. A* 5 alimenta alii illis *A* 7 renunciandam *A* 10 mare *om. A* 12 animae—corpus *om. A* 13 est *Lat:* et si *B*, **et si *A* 14 et *prius*] est *Oehlerus* pro *posterius add. Gel* 16 oculi *Urs* 17 sorum *A* alioqui *B* 19 ideo *B* alteri quid inuisibile *om. A* *ideo *A* 21 nont *A* 22 anima *A* 23 est *om. B* scio hanne *A* 25 DE EFFIGIE (EFFIGIAE *A*) *AB*, DE EFFIGIE ANIMAE *Gel* sui] sensui *A* 27 praeiudicauit *B* aut *Urs:* ut *AB*, et *Oehlerus* ei *add. Urs* qua *Pam* 28 ostendamus *Gel*

aut etsi non adsint, hoc esse proprietatis, non adesse corpori animae quae corporibus | ceteris adsint. et tamen non incon- f. 120ʳ stanter profitebimur sollemniora quaeque et omnimodo debita corpulentiae adesse animae quoque, ut habitum, ut terminum, ut illud trifariam distantiuum, longitudinem dico et latitudinem et sublimitatem, quibus metantur corpora philosophi. quid nunc quod et effigiem animae damus? Platone nolente, quasi periclitetur de animae immortalitate. omne enim effigiatum compositum et structile affirmat: dissolubile autem omne compositicium et structile; sed animam immortalem, igitur indissolubilem, qua immortalem et ineffigiatam, qua indissolubilem. ceterum compositiciam et structilem, si effigiatam; tamquam alio eam modo effigians intellectualibus formis, pulchram iustitia et disciplinis philosophiae, deformem uero contrariis artibus. sed nos corporales quoque illi inscribimus lineas, non tantum ex fiducia corporalitatis per aestimationem, uerum et ex constantia gratiae per reuelationem. nam quia spiritalia charismata agnoscimus, post Iohannem quoque prophetiam meruimus consequi. est hodie soror apud nos reuelationum charismata sortita, quas in ecclesia inter dominica sollemnia per ecstasin in spiritu patitur; conuersatur cum angelis, aliquando etiam cum domino, et uidet et audit sacramenta, et quorundam corda dinoscit et medicinas desiderantibus submittit. iam uero prout scripturae leguntur aut psalmi canuntur aut allocutiones proferuntur aut petitiones delegantur, ita inde materiae uisionibus subministrantur. forte nescio quid de anima disserueramus, cum ea soror in spiritu esset. post transacta sollemnia | dimissa plebe, quo usu solet nobis renun- f. 121 tiare quae uiderit (nam et diligentissime digeruntur, ut etiam

7] cf. Plat. Phaed. p. 105 sqq.

2 et ceteris *B* 5 distantiuum *Lat:* distantium *AB* dico et *om. A* 10 est *A corr.* 11 qua immortalem—indissolubilem *om. A* qua immortalem *Urs:* quam immortalem *B* 15 sed *B*, et *A* 18 iohannen *A* 19 et consequi *B* 21 ecstasin *Pam:* extasin *AB* *in mg. manu librarii* Nota formam ueteris celebrationis *A* 23 summittit *Pam:* sumit *AB* 24 iam *B*, ita *A* uero *om. B* 26 matheriae *A* 27 spm̄ *A* 28 dimissa* *A* uso *A corr.* renunciare *A*

probentur), inter cetera, ⌊inquit⌋, ostensa est mihi anima corporaliter, et spiritus uidebatur, sed non inanis et uacuae qualitatis, immo quae etiam teneri repromitteret, tenera et lucida et aerii coloris et forma per omnia humana. haec uisio est, deus testis et apostolus charismatum in ecclesia futurorum idoneus sponsor: tu nec si res ipsa de singulis persuaserit, credas? si enim corpus anima, sine dubio ** inter illa quae supra sumus professi. perinde et coloris proprietas omni corpori adhaeret. quem igitur alium animae aestimabis colorem quam aerium ac lucidum? non ut aer sit ipsa substantia eius, etsi hoc Aenesidemo uisum est et Anaximeni, puto secundum quosdam et Heraclito, nec ut lumen, etsi hoc placuit Pontico Heraclidi. nam et ceraunis gemmis non ideo substantia ignita est, quod coruscent rutilato rubore, nec berullis ideo aquosa materia est quod fluctuent colato nitore. quanta enim et alia color sociat, natura dissociat? sed quoniam omne tenue atque perlucidum aeris aemulum est, hoc erit anima, qua flatus est et spiritus tradux, siquidem prae ipsa tenuitatis subtilitate de fide corporalitatis periclitatur. sic et effigiem de sensu iam tuo concipe non aliam animae humanae deputandam praeter humanam, et quidem eius corporis quod unaquaeque circumtulit. hoc nos sapere interim primordii contemplatio inducat. recogita enim, cum deus flasset in faciem hominis flatum uitae, et factus esset homo in animam uiuam, totum utique
f. 121v per faciem statim flatum illum in interiora | ⌊transmissum et per uniuersa⌋ corporis spatia diffusum simulque ⌊diuina a⌋spiratione densatum omni intus linea expressum esse, quam densatus impleuerat, et uelut in forma gelasse. inde igitur et

2 uideantur *A corr.* et *B*, nec *A* 4 aetherii *Bmg* hoc *A* et *A* 6 tu nec si *Rig:* tunc et si *(** si A) AB,* tu nisi *Gel* 7 ne credas *Gel* *lacunam signaui: interciderunt talia* teneri eam et teneram esse; *sine lacuna pro* inter *suspicatur* in se fert *Hartelius* 9 aderit, Quae igitur *A* 10 ut aer *B,* uter *A* 11 Enesidemo *B,* aeneas idemo *A* 13 et *om. A* cerauneis *A* 14 nec & *A corr.* berullis *A,* beryllis *B* aquos amateria *A* 15 flutuent *A* collato *B* 17 *alterum* est *om. A* 20 non aliam *B,* alienam *ABmg* 21 et *Gel:* etsi *AB* 22 nobis *A* contemplacio *A* 23 recogitat *A* homini *A* 24 totum *Gel:* totus *AB* itaque *A corr.* 27 quem *A* densatus *Rig:* densatur *A,* densatum *B*

corpulentia animae ex densatione solidata est et effigies ex expressione formata. hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter unus; habens et ille oculos et aures suas, quibus Paulus dominum audire et uidere debuerat, habens et ceteros artus, per quos et in cogitatibus utitur et in somniis fungitur. sic et diuiti apud inferos lingua est, et pauperi digitus, et sinus Abrahae. per has lineas et animae martyrum sub altari intelleguntur. a primordio enim in Adam concreta et configurata corpori anima, ut totius substantiae, ita et condicionis istius semen effecit.

10. Pertinet ad statum fidei simplicem animam determinare secundum Platonem, id est uniformem, dumtaxat substantiae nomine. uiderint artes et disciplinae, uiderint et haereses. quidam enim uolunt aliam illi substantiam naturalem inesse spiritum, quasi aliud sit uiuere, quod uenit ab anima, aliud spirare, quod fiat a spiritu. nam et animalibus non omnibus utrumque adesse. pleraque enim uiuere solummodo, non etiam spirare, eo quod non habeant organa spiritus, pulmones et arterias. quale est autem in examinatione humanae animae culicis atque formicae argumenta respicere, quando et uitalia pro cuiusque generis dispositione omnibus propria animalibus temperauerit artifex deus, ut nulla inde | coniectura captanda sit? f. 122 nam neque homo, si pulmonibus et arteriis structus est, idcirco aliunde spirabit, aliunde uiuet, neque formica, si membris huiusmodi caret, idcirco negabitur spirare, quasi solummodo uiuens. cui uero tantum patuit in dei opera, ut alicui haec deesse praesumpserit? Herophilus ille medicus aut lanius, qui sexcentos exsecuit, ut naturam scrutaretur, qui hominem

1 ex expressione *scripsi:* expressione *B,* ex impressione *A* 3 Paulus *Urs:* populus *AB* 4 dominum *B,* domino (dn̄o *A*) *ABmg* 5 cogitationibus *A* somnis *Pam* 10 efficit *B* 11 DE SIMPLICITATE SUBSTANTIAE QUOD ET SPIRITUS IPSA SIT *AB,* VNVM ESSE ANIMAM ET SPIRITVM *Gel* 12 duntaxat *B* 13 hereses *Urs:* effigies *AB* 15 quasi — 16 spiritu *om. A* 19 examinatione *B,* animatione *ABmg* 22 aptanda *A* 23 neque — 24 uiuet *om. A* 24 spirauit *B* 26 haec *om. A* 28 *qui *A* sexcentos *ABmg,* septingentos *B* scutaretur *A corr.*

odiit, ut nosset, nescio an omnia interna eius liquido explorarit, ipsa morte mutante quae uixerant, et morte non simplici, sed ipsa inter artificia exsectionis errante. philosophi pro certo renuntiauerunt culicibus et formicis et tineis deesse pulmones et arterias. dic mihi, inspector curiosissime, oculos habent ad uidendum? atquin et pergunt quo uolunt et uitant et appetunt quae uidendo sciunt: designa oculos, denota pupulas: sed et exedunt tineae: demonstra mandibulas, deprome genuinos. sed et personant culices, ne in tenebris quidem aurium caeci: tubam pariter et hiantiam oris illius ostende. quoduis animal unius licet puncti aliquo alatur necesse est: exhibe pabuli transmittendi, decoquendi defaecandique membra. quid ergo dicemus? si per haec uiuitur, erunt haec in omnibus utique quae uiuent, etsi non uidentur, etsi non apprehenduntur pro mediocritate. hoc magis credas, si deum recogites tantum artificem in modicis quantum et in maximis. si uero non putas capere tam minuta corpuscula dei ingenium, sic quoque magnificentiam eius agnoscas, quod modicis animalibus sine necessariis membris nihilominus uiuere instruxerit saluo etiam uisu sine oculis et esu sine denticulis et digestu sine f. 122v alueis, quemadmodum et incedunt quaedam sine pedibus | manante impetu, quod angues, et insurgente conatu, quod uermes, et spumante reptatu, quod limaces. ita et spirari cur non putes sine pulmonum follibus et sine fistulis arteriarum, ut pro magno amplectaris argumento idcirco animae humanae spiritum accedere, quia sint quae spiritu careant, et idcirco ea spiritu carere, quia de flaturalibus artibus structa non sint? uiuere sine spiritu existimas aliquid, spirare sine pulmonibus non putas? quid est, oro te, spirare? flatum, opinor, ex semetipso agere. quid est non uiuere? flatum, opinor, ex se-

1 odiit *B*, odit *A* 2 simplicis *A* 3 errante philosopho *B*, errantes philosophi *Gel* 4 cu*libus *A corr.* 7 pupulas *A*, pupillas *B* 8 et *om. A* 10 aurium] uenarum *fort.* hiantiam *B*, lanceam *A* 11 puncti spatio aliquo *fort.* 12 exhibe *A*, exhibeas *B* pa*buli *A* 14 uiuent] uidentur *Bmg* adpraehendantur *B* 18 quomodo dicis *A* 20 uisu] usu *B* 25 amplecturis *A corr.* 27 de *om. B* artubus *Gel* 29 ex semetipso *B*, semetipsum *A* 30 non *om. A*

metipso non agere. hoc enim respondere debebo, si non idem est spirare quod uiuere. sed mortui erit non agere flatum: ergo uiuentis est agere flatum. sed et spirantis est agere flatum: ergo et spirare uiuentis est. utrumque si sine anima decurrere potuisset, non fuisset animae spirare, sed solummodo uiuere. at enim uiuere spirare est et spirare uiuere est. ergo totum hoc et spirare et uiuere eius est cuius et uiuere, id est animae. denique si separas spiritum et animam, separa et opera. agant in discreto aliquid ambo, seorsum anima, seorsum spiritus; anima sine spiritu uiuat, spiritus sine anima spiret; alterum relinquat corpora, alterum remaneat, mors et uita conueniant. si enim duo sunt anima et spiritus, diuidi possunt, ut diuisione eorum alterius discedentis, alterius inmanentis, mortis et uitae concursus eueniat. sed nullo modo eueniet: ergo duo non erunt, quae diuidi non possunt, quae diuidi possent, si duo fuissent. sed licet et duo esse concreta. sed non erunt concreta, si aliud est uiuere, aliud spirare. distinguunt substantias opera. et quanto nunc firmius est ut unum credas, cum distantiam non das ut ipsa sit anima spiritus, dum ipsius est spirare | cuius et uiuere? quid enim, f. 123
si diem aliud haberi uelis, aliud lucem, quae accedat diei, cum dies ipsa lux sit? plane erunt et alia genera lucis, ut ex ignium ministerio. erunt enim et aliae spiritus species, ut ex deo, ut ex diabolo. ita cum de anima et spiritu agitur, ipsa erit anima spiritus, sicut ipsa dies lux. ipsum est enim quid per quod est quid.

11. Sed ut animam spiritum dicam, praesentis quaestionis ratio compellit, quia spirare alii substantiae adscribitur. hoc dum animae uindicamus, quam uniformem et simplicem agnoscimus, spiritum necesse est certa condicione dicamus, non

3 uiuentis — 4 ergo *om. A* 4 si] sin *A corr.* 6 et] si et *B* est *A*, si *B*, sic *Pam* 7 id est *om. A* 8 separs *A corr.* et animam *Urs*: naturam *B*, natura *A* 13 inmanentis *A*, manentis *B* 15 quae diuidi — 17 sed non erunt *in B uncinis inclusa* possunt, quae diuidi *om. B* quae diuidi possent — 17 non erunt *om. Gel* 16 si *A*, et *B* *prius* duo *addidi* et *om. B* 18 distingunt *A* 21 accidat *B* 22 planae *A* ut] aut *A* 23 *spiritus *A* 30 conditione *A*

status nomine, sed actus, nec substantiae titulo, sed operae, quia spirat, non quia spiritus proprie est. nam et flare spirare est. ita et animam, quam flatum ex proprietate defendimus, spiritum nunc ex necessitate pronuntiamus. ceterum aduersus Hermogenem, qui eam ex materia, non ex dei flatu contendit, flatum proprie tuemur. ille enim aduersus ipsius scripturae fidem flatum in spiritum uertit, ut, dum incredibile est spiritum dei in delictum et mox in iudicium deuenire, ex materia potius anima credatur quam ex dei spiritu. idcirco nos et illic flatum eam defendimus, non spiritum, secundum scripturam et secundum spiritus distinctionem, et hic spiritum ingratis pronuntiamus secundum spirandi et flandi communionem. illic de substantia quaestio est; spirare enim substantiae actus est. nec diutius de isto, nisi propter haereticos, qui nescio quod spiritale semen infulciunt animae de Sophiae matris occulta liberalitate conlatum ignorante factore; cum scriptura factoris magis dei sui conscia nihil amplius promulgauerit
f. 123ᵛ quam deum flantem | in faciem hominis flatum uitae et hominem factum in animam uiuam, per quam exinde et uiuat et spiret, satis declarata differentia spiritus et animae in sequentibus instrumentis, ipso deo pronuntiante: spiritus ex me prodiuit, et flatum omnem ego feci. et anima enim flatus factus ex spiritu. et rursus: qui dedit flatum populo super terram et spiritum calcantibus eam. primo enim anima id est flatus populo in terra incedenti id est in carne carnaliter agenti, postea spiritus eis qui terram calcant id est opera carnis subigunt, quia et apostolus non primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale. nam et si Adam statim prophetauit magnum illud sacramentum in Christum et ecclesiam: hoc nunc os ex ossibus meis et caro

21] Es. 57, 16. 23] ibid. 42, 5. 27] cf. 1 Cor. 15, 46. 30] Eph. 5, 30 sq. Gen. 2, 23 sq.

2 propriae *A* 5 hermogenen *A* 6 ipsius *om. A* 12 conditionem *B* 14 hereticos *A* nestio *A* 17 sui *om. A* conscientia *A*, consciam *B* 19 et *om. A* 20 declarata differentia *Oehlerus:* declarat ad differentia (differentias *B*) *AB*, declarans differentias *Gel* 21 pronuntiant *A* 24 sup* *A* 27 carne *B* 28 est *om. A* et si *scripsi:* etsi *uulgo*

ex carne mea; propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adglutinabit se mulieri suae, et erunt duo in unam carnem, accidentiam spiritus passus est. cecidit enim ecstasis super illum, sancti spiritus uis operatrix prophetiae. nam et malus spiritus accidens res est. denique Saulem tam dei spiritus postea uertit in alium uirum, id est in propheten, cum dictum est: quid hoc filio Cis? an et Saul in prophetis? quam et malus spiritus postea uertit in alium uirum, in apostatam scilicet. Iudam quoque aliquamdiu cum electis deputatum usque ad loculorum officium, etsi iam fraudatorem, traditorem tamen nondum, postea diabolus intrauit. igitur si neque dei neque diaboli spiritus ex natiuitate conseritur animae, solam eam constat ante euentum spiritus utriusque; si solam, et simplicem et uniformem substantiae nomine, atque ita non aliunde spirantem quam ex substantiae suae sorte. |

12. Proinde et animum, siue mens est, ΝΟΥΣ apud Grae- f. 124
cos, non aliud quid intellegimus quam suggestum animae ingenitum et insitum et natiuitus proprium, quo agit, quo sapit, quem secum habens ex semetipsa se commoueat in semet ipsam, atque ita moueri uideatur ab illo tamquam substantia alia, ut uolunt qui etiam uniuersitatis motatorem animum decernunt, illum deum Socratis, illum Valentini Monogenen ex patre ΒΥΘΩΙ et matre ΣΙΓΗΙ. quamuis Anaxagorae turbata sententia est! initium enim omnium commentatus animum et uniuersitatis oscillum de illius axe suspendens purumque eum affirmans et simplicem et incommiscibilem, hoc uel maxime

7] 1 Reg. 10, 12.

2 adglutinabit *B*, agglutinabit *A* mulieri *A*, uxori *B* 3 carnem unam *Rig* 4 ecstasis *Rig:* extasis *AB* uis *B*, sui *A* 5 de*nique *A* 6 malum *A corr.* 8 mali *A* euertit *B* 9 malum *A* aliquandiu *A* 11 sed postea *B* 17 DE ANIMO *AB*, NON SEPARARI ANIMAM ET ANIMVM *Gel* ·NOYC· *A* 18 non *Gel:* quo non *AB* 19 natiuitus *ABmg*, natiuum *B* 20 se commoueat in semet ipsa *om. A* 21 ipsam *scripsi:* ipsa *B* 22 alio *A* mutatorem *Bmg* 23 Monogenen *B*, unigenitum *A* 24 ·ΒΥΘΩ· *A*, βύθῳ *B*, Bytho *Rig* Sige *Rig:* ·CЄΙΓΗΝЄ; *A*, χειρήνη *B*, εἰρήνῃ *Gel*, ἐννοίᾳ *Pam* quam *A* 25 enim *om. A* et *A*, ut *B* 27 incommissibilem *B*

titulo segregat ab animae commixtione et tamen eundem alibi animae addicit. hoc etiam Aristoteles denotauit, nescio an sua paratior implere quam aliena inanire. denique et ipse definitionem animi cum differret, interim alterum animi genus pronuntiauit, illum diuinum, quem rursus et impassibilem subostendens abstulit et ipsum a consortio animae. cum enim animam passibilem constet eorum quae sortita est pati, aut per animum et cum animo patietur, si concreta est animo: non poterit animus inpassibilis induci: aut si non per animum nec cum animo patietur anima, non erit concreta illi, cum quo nihil et qui nihil patitur. porro si nihil per illum et cum illo anima patietur, iam nec sentiet nec sapiet nec mouebitur per illum, ut uolunt. nam et sensus passiones facit Aristoteles. quidni? et sentire enim pati est, quia pati sentire est. f. 124v proinde et sapere sentire est et moueri sentire est, | ita totum pati est. uidemus autem nihil istorum animam experiri ut non et animo deputetur, quia per illum et cum illo transigitur. iam ergo et commiscibilis est animus aduersus Anaxagoran et passibilis aduersus Aristotelen. ceterum si discretio admittitur, ut substantia duae res sint, animus atque anima, alterius erit et passio et sensus et sapor omnis et actus et motus, alterius autem otium et quies et stupor et nulla iam causa, et aut animus uacabit aut anima. quodsi constat ambobus haec omnia reputari, ergo unum erunt utrumque, et Democritus obtinebit differentiam tollens, et quaeretur, quomodo unum utrumque, ex duarum substantiarum confusione an ex unius dispositione. nos autem animum ita dicimus animae concretum, non ut substantia alium, sed ut substantiae officium.

13. Ad hoc dispicere superest principalitas ubi sit, id est quid cui praeest, ut cuius principalitas apparuerit, illa sit

2] cf. Aristot. de anim. I 2. 13] cf. Aristot. l. c. I 5.

1 titulos *A* commistione *B* 2 animae addicit *Rig:* anima edicit (*edicit *A) AB,* animam edicit *Gel* aristotiles *A sic semper* 3 inanire *ABmg,* damnare *B* 6 ipsum *scripsi:* ipse cum *AB* 7 aut per *om. A* 8 patiatur *A* 9 poterit *A,* potest *B* 10 nec cum *B,* necum *A* patiatur *A* quo *Urs:* qua *AB* 11 qui *Urs:* cui *AB,* per quem *Iun* 17 transigatur *A* 18 Anaxagoram *B* 19 Aristotelem *B* 23 uocabit *A* 29 despicere *A* 30 quid] qui *B*

substantiae massa, id autem, cui massa substantiae praeerit, in officium naturale substantiae deputetur. enimuero quis non animae dabit summam omnem, cuius nomine totius hominis mentio titulata est? quantas animas pasco, ait diues, non ait animos, et animas saluas optat gubernator, non animos, et rusticus in opere, et in proelio miles animam se, non animum, ponere affirmat. cuius nominatiora pericula aut uota sunt, animi an animae? quid autem agere dicuntur moribundi, animum an animam? ipsi postremo philosophi ipsique medici, quamuis de animo quoque disputaturi, faciem tamen operis frontemque materiae de anima unusquisque proscripsit. ut autem et a deo discas, animam semper deus alloquitur, animam conpellat atque | aduocat, ut animum sibi aduertat. illam saluam f.125
uenit facere Christus, illam perdere in gehennam comminatur, illam pluris fieri uetat, illam et ipse bonus pastor pro pecudibus suis ponit. habes animae principalitatem, habes in illa et substantiae unionem, cuius intellegas instrumentum esse animum, non patrocinium.

14. Singularis alioquin et simplex et de suo tota est non magis instructilis aliunde quam diuisibilis ex se, quia nec dissolubilis. si enim structilis et dissolubilis, iam non immortalis. itaque quia iam non mortalis, neque dissolubilis neque diuisibilis. nam et diuidi dissolui est et dissolui mori est. diuiditur autem in partes, nunc in duas a Platone, nunc in tres a Zenone, nunc in quinque et in sex a Panaetio, in septem a Sorano, etiam in octo penes Chrysippum, etiam in nouem penes Apollophanem, sed et in duodecim apud quosdam Stoicorum, et in duas amplius apud Posidonium, qui a duobus exorsus titulis, principali, quod aiunt ἡγεμονικόν, et a rationali, quod

1 substantia *A* massa id—praeerit in *om. A* 4 mentiot *A* ait *om. B* 8 moribun*dum *A* 9 anima *A* 10 disputaturi *A,* disputarent *B* 12 deus semper *B* conpellatque aduocat *A* 16 animae (ni *ex* m) *A* principali*tatem *A* 17 intelligam *Gel* 22 iam *om. A* 23 diuidetur *A* 25 inquitque *A* panetio *A* et in *B* ·VII *A* 26 in *om. A* VIII *A* VIIII· *A* 27 apolphanen *A* duodecim *ABmg,* decem *B* 28 qui a duobus *Gel:* quia duobus *B,* quiaduobus *A* 29 tituli *A* hegemonicon *A*

aiunt λογικόν, in decem et septem exinde prosecuit; ita in alias ex aliis species diuidunt animam. huiusmodi autem non tam partes animae habebuntur quam uires et efficaciae et operae, sicut de quibusdam et Aristoteles iudicauit. non enim membra sunt substantiae animalis, sed ingenia, ut motorium, ut actorium, ut cogitatorium, et si qua in hunc modum distinguunt, ut et ipsi illi quinque notissimi sensus, uisus, auditus, gustus, tactus, odoratus. quibus omnibus etsi certa singulis domicilia in corpore determinauerunt, non idcirco haec quoque distributio animae ad animae sectiones pertinebit, quando ne ipsum quidem corpus ita diuidatur in membra ut isti uolunt animam. atquin ex multitudine membrorum unum corpus efficitur, ut f. 125v concretio sit potius | ipsa diuisio. specta portentosissimam Archimedis munificentiam, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera uocum, tot compendia sonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, et una moles erunt omnia. sic et spiritus, qui illic de tormento aquae anhelat, non ideo separabitur in partes, quia per partes administratur, substantia quidem solidus, opera uero diuisus. non longe hoc exemplum est a Stratone et Aenesidemo et Heraclito; nam et ipsi unitatem animae tuentur, quae in totum corpus diffusa et ubique ipsa, uelut flatus in calamo per cauernas, ita per sensualia uariis modis emicet, non tam concisa quam dispensata. haec omnia quibus titulis nuncupentur et quibus ex se diuisionibus deriuentur et quibus in corpore metationibus sequestrentur, medici potius cum philosophis considerabunt, nobis pauca conuenient.

15. Inprimis an sit aliqui summus in anima gradus uitalis et sapientialis, quod ἡγεμονικὸν appellant, id est principale, quia si negetur, totus animae status periclitatur. denique qui negant

1 λογικόν in *lacuna relicta om. A* septem] quattuor *fort.* in alias *B,* aliae *A* 6 distingunt *A* 7 in quinque *Gel* nouissimi *A* 11 corpussit adiuidatur *A* 13 portentossissimam *A* 14 tot* *A* 16 commertia *A* 20 est *om. A* 21 *ipsi *A* 22 defusa *A* 25 deriuentur *B,* detineantur *ABmg* 26 tum philosophi *Gel* 28 DE HEGEMONICO *B,* ꝺe he*mogenicon; *A,* DE HEGEMONICO AN SIT ET VBI SIT *Gel* aliquis *B* 29 egemonicon *A* quia *om. A* 30 anima estatus periclitetur *A*

principale, ipsam prius animam nihil censuerunt. Messenius aliqui Dicaearchus, ex medicis autem Andreas et Asclepiades, ita abstulerunt principale, dum in animo ipso uolunt esse sensus, quorum uindicatur principale. Asclepiades etiam illa argumentatione uectatur, quod pleraque animalia ademptis eis partibus corporis, in quibus plurimum existimatur principale consistere, et insuper uiuant aliquatenus et sapiant nihilominus, f. 126 ut muscae et uespae et lucustae, si capita decideris, ut caprae et testudines et anguillae, si corda detraxeris; itaque principale non esse, quod si fuisset, amissus cum suis sedibus uigor animae non perseueraret. sed plures et philosophi aduersus Dicaearchum, Plato Strato Epicurus Democritus Empedocles Socrates Aristoteles, et medici aduersus Andrean et Asclepiaden, Herophilus Erasistratus Diocles Hippocrates et ipse Soranus, iamque omnibus plures Christiani, qui apud deum de utroque docemur, et esse principale in anima et certo in corporis recessu consecratum. si enim scrutatorem et dispectorem cordis deum legimus, si etiam prophetes eius occulta cordis traducendo probatur, si dominus ipse recogitatus cordis in populo praeuenit: quid cogitatis in cordibus uestris nequam? si et Dauid: cor mundum conde in me deus, et Paulus corde ait credi in iustitiam, et Iohannes corde ait suo unumquemque reprehendi, si postremo qui uiderit feminam ad concupiscendum, iam adulterauit in corde, simul utrumque dilucet, et esse principale in anima, quo intentio diuina conueniat, id est uim sapientialem atque uitalem (quod enim sapit, uiuidum est) et in eo thensauro corporis haberi, ad quem deus respicit, ut neque

17] Sap. 1, 6. 18] cf. Prou. 24, 12. 19] cf. Ps. 139, 23. 20] Matth. 9, 4. 21] Ps. 50, 12. 22] Rom. 10, 10. 23] 1 Ioh. 3, 17. 24] Matth. 5, 28.

2 aliquis *B* 3 abstulerint *A corr.* 7 aliquatinus *A* 8 lucustae *A*, locustae *B* 10 amisso *A* sedibus *om. A* 11 aduerdi cę arcum; *A* 13 Andream *B* 14 Asclepiadem *B* herasistratus *A* ipocrates *A* 16 docemur *Mercerus:* ducimur *A*, deducimur *B* 18 despectorem *A* 19 dñs *A*, deus *B* 26 quod *B* intensio *Rig* 27 rapit *Bmg* 28 thesauro *B* quem *om. A* nec *A*

extrinsecus agitari putes principale istud secundum Heraclitum neque per totum corpus uentilari secundum Moschionem neque in capite concludi secundum Platonem neque in uertice potius praesidere secundum Xenocraten neque in cerebro cubare secundum Hippocraten, sed nec circa cerebri fundamentum, ut Herophilus, nec in membranulis, ut Strato et Erasistratus, nec in superciliorum meditullio, ut Strato physicus, nec in tota lorica pectoris, ut Epicurus, sed ** quod et Aegyptii renun-
f. 126v tiauerunt, et qui diuinarum | litterarum commentatores uidebantur, ut et ille uersus Orphei uel Empedoclis: namque homini sanguis circumcordialis est sensus. etiam Protagoras, etiam Apollodorus et Chrysippus haec sapiunt, ut uel ab istis retusus Asclepiades capras suas quaerat sine corde balantes et muscas suas abigat sine capite uolitantes, et omnes iam sciant se potius sine corde et cerebro uiuere, qui dispositionem animae humanae de condicione bestiarum praeiudicarint.

16. Est et illud ad fidem pertinens, quod Plato bifariam partitur animam per rationale et inrationale. cui definitioni et nos quidem adplaudimus, sed non ut naturae deputetur utrumque. naturale enim rationale credendum est, quod animae a primordio sit ingenitum, a rationali uidelicet auctore. quid enim non rationale, quod deus iussu quoque ediderit, nedum id quod proprie afflatu suo emiserit? inrationale autem posterius intellegendum est, ut quod acciderit ex serpentis instinctu, ipsum illud transgressionis admissum, atque exinde inoleuerit et coadoleuerit in anima ad instar iam naturalitatis, quia statim in naturae primordio accidit. ceterum cum idem Plato solum ra-

10] cf. Stob. Anth. I p. 424, 19 Wachsm. (Empedocl. fr. 329 Stein). 17] cf. Plat. de rep. IV p. 436 sqq.

2 Moschionem *Bmg*, Moscionem *B*, oschionem *A* 4 Xenocratẽ *B* 5 Hippocratẽ *B* 6 herophilo *A* membranu*lis *A* 8 *lacunam signaui; interciderunt* in corde habere sedem sed et quod *Pam*, secundum quod et *Hartelius* renunciauerunt *A* 9 et] ei *B* litterarum *addidi* commentatores *B*, commemoratores *ABmg* 10 ut *del. Gel* orphaei *A* empledoclis *A corr.* 11 hominis *B* 12 apollo durus *A* hac *A* 16 humanae de *om. A* conditione *A* 18 rationalem et irrationalem *B* 19 adplaudimus *B*, applaudimus *A* 22 *ediderit *A* 23 propriae *A* 25 et coadoleuerit *om. A*

tionale dicat ut in anima dei ipsius, si nos etiam inrationale naturae adscripserimus, quam a deo anima nostra sortita est, aeque inrationale de deo erit, utpote naturale, quia naturae deus auctor est. sed enim a diabolo inmissio delicti, inrationale autem omne delictum, igitur a diabolo inrationale, a quo et delictum, extraneum a deo, a quo est inrationale alienum. proinde delicti ** diuersitas horum ex distantia auctorum. proinde cum Plato soli deo segregans rationale duo genera subdiuidit ex inrationali, indignatiuum, quod appellant θυμικόν, et concupiscentiuum, | quod uocant ἐπιθυμητικόν, ut illud quidem f.127 commune sit nobis et leonibus, istud uero cum muscis, rationale porro cum deo, uideo et de hoc mihi esse retractandum propter ea quae in Christo deprehenduntur. ecce enim tota haec trinitas et in domino, et rationale, quo docet, quo disserit, quo salutis uias sternit, et indignatiuum, quo inuehitur in scribas et Pharisaeos, et concupiscentiuum, quo pascha cum discipulis suis edere concupiscit. igitur apud nos non semper ex inrationali censenda sunt indignatiuum et concupiscentiuum, quae certi sumus in domino rationaliter decucurrisse. indignabitur deus rationaliter, quibus scilicet debet, et concupiscet deus rationaliter, quae digna sunt ipso. nam et malo indignabitur et bono concupiscet salutem. dat et apostolus nobis concupiscentiam. si quis episcopatum concupiscit, bonum opus concupiscit. sed bonum opus dicens rationalem concupiscentiam ostendit. concedit et indignationem. quidni, quam et ipse suscepit? utinam et praecidantur, inquit, qui uos subuertunt. rationalis est indignatio, quae ex affectu disciplinae est. at cum dicit: fuimus aliquando natura filii irae, inrationale indignatiuum suggillat, quod non sit ex ea

23] 1 Tim. 3, 1. 26] Gal. 5, 12. 28] Eph. 2, 3.

1 ut *fort. delendum* 2 adscribimus *A* sortita st *A* 3 quia naturae *om. A* 7 proinde *del. Iun* delicti *del. Gel* *lacunam signaui* 8 rationali *e* rationale *corr. A* 9 thymicon *A* 10 *illud *A* 14 et *posterius om. A* *prius* quo *Rig*: quae *AB* 16 et *posterius del. Rig* 19 certi sumus *B*, certissimus *A* dnm̃ *A* 24 sed *B*, et *A* 25 et *om. A* 27 est *B*, et *A* 29 suggilat *A*

natura, quae a deo est, sed ex illa, quam diabolus induxit, dominus et ipse dictus sui ordinis: non potestis duobus dominis seruire, pater et ipse cognominatus: uos ex diabolo patre estis. ne timeas et illi proprietatem naturae alterius adscribere, posterioris et adulterae, quem legis auenaf. 127v rum superseminatorem | et frumentariae segetis nocturnum interpolatorem.

17. Contingit nos illorum etiam quinque sensuum quaestio, quos in primis litteris discimus, quoniam et hinc aliquid haereticis procuratur. uisus est et auditus et odoratus et gustus et tactus. horum fidem Academici durius damnant, secundum quosdam et Heraclitus et Diocles et Empedocles; certe Plato in Timaeo inrationalem pronuntians sensualitatem et opinioni coinplicitam. itaque mendacium uisui obicitur, quod remos in aqua inflexos uel infractos adseuerat aduersus conscientiam integritatis, quod turrem quadrangulatam de longinquo rotundam persuadeat, quod aequalissimam porticum angustiorem in ultimo infamet, quod caelum tanta sublimitate suspensum mari iungat. perinde auditus fallaciae reus, ut cum caeleste murmur putamus et plaustrum est, uel tonitru meditante pro certo de plaustro credimus sonitum. sic et odoratus et gustus arguuntur, siquidem eadem unguenta eademque uina posteriore quoque usu depretiantur. sic et tactus reprehenditur, siquidem eadem pauimenta manibus asperiora, pedibus leuiora creduntur, et in lauacris idem calidae lacus feruentissimus primo, dehinc temperatissimus renuntiatur. adeo, inquiunt, sic quoque fallimur sensibus, dum sententias uertimus. moderantius Stoici non omnem sensum nec semper de mendacio onerant. Epicurei constantius parem omnibus atque perpetuam defendunt uerif. 128 tatem, | sed alia uia. non enim sensum mentiri, sed opi-

2] Matth. 6, 24. 3] Ioh. 8, 44. 5] cf. Matth. 13, 25. 12] cf. Plat. Tim. p. 28 A.

5 et | et *A* 8 DE QVINQVE SENSIBVS *AB*, *om. Gel* contingit *Rig:* contigit *AB* 9 hereticis *A* 12 ^{p}*lato *A* timeo *A* 13 pronuntiat *B* complicitam *B* 18 proinde *Bmg* 19 fallacia *A* 22 quaeque *fort.* 23 depraetiantur *A* 25 calidus *B* 30 sensum *B*, sed sum *A*

nionem. sensum enim pati, non opinari; animam enim opinari. absciderunt et opinionem a sensu et sensum ab anima. et unde opinio, si non a sensu? denique nisi uisus rotundam senserit turrem, nulla opinio rotunditatis. et unde sensus, si non ab anima? denique carens anima corpus carebit et sensu. ita et sensus ex anima est et opinio ex sensu et anima totum. ceterum optime proponetur esse utique aliquid quod efficiat aliter quid a sensibus renuntiari quam sit in rebus. porro si potest id renuntiari quod non sit in rebus, cur non perinde possit per id renuntiari quod non sit in sensibus, sed in eis rationibus quae interueniant suo nomine? atque adeo licebit eas recognosci. nam ut in aqua remus inflexus uel infractus appareat, aqua in causa est; denique extra aquam integer uisui remus. teneritas autem substantiae illius, qua speculum ex lumine efficitur, prout icta seu mota est, ita et imaginem uibrans euertit lineam recti. item ut turris habitus eludat, interualli condicio compellit in aperto; aequalitas enim circumfusi aeris pari luce uestiens angulos oblitterat lineas. sic et uniformitas porticus acuitur in fine, dum acies in concluso stipata illic tenuatur, quo et extenditur. sic et caelum mari unitur, ubi uisio absumitur, quae quamdiu uiget, tamdiu diuidit. auditum uero quid aliud decipiet quam sonorum similitudo? et si postea minus spirat unguentum et minus sapit uinum et minus lacus feruet, in omnibus ferme prima uis tota est. ceterum de scabro ac leui merito manus ac pedes tenera scilicet et callosa membra dissentiunt. | igitur hoc modo nulla f. 128ᵛ sensuum frustratio, causa carebit. quodsi causae fallunt sensus et per sensus opiniones, iam nec in sensibus constituenda fallacia est, qui causas secuntur, nec in opinionibus, quae a sensibus diriguntur sequentibus causas. qui insaniunt, alios in aliis uident, ut Orestes matrem in sorore, et Aiax Ulixen in armento, ut Athamas et Agaue in filiis bestias. oculisne hoc mendacium exprobrabis, an furiis? qui redundantia fellis auru-

1 animam enim non opinari *Rig* 2 sensus *A* et sensum ab anima *om. A* 4 rodtunditatis *A corr.* 8 alter *A corr.* 10 his *B* 17 conditio *A* 20 illuc *Hartelius* 22 quiad aliud *A* 31 Ulyssem *B*

ginant, amara sunt omnia. num ergo gustui praeuaricationem exprobrabis an ualetudini? omnes itaque sensus euertuntur uel circumueniuntur ad tempus, ut proprietate fallaciae careant. immo iam ne ipsis quidem causis adscribendum est fallaciae elogium. si enim ratione haec accidunt, ratio fallacia perhiberi non meretur. quod sic fieri oportet, mendacium non est. itaque si et ipsae causae infamia liberantur, quanto magis sensus, quibus iam et causae libere praeeunt, cum hinc potissimum et ueritas et fides et integritas sensibus uindicanda sit, quod non aliter renuntient, quam quod illa ratio mandauit, quae efficiat aliter quid a sensibus renuntiari quam sit in rebus. quid agis, Academia procacissima? totum uitae statum euertis, omnem naturae ordinem turbas, ipsius dei prouidentiam excaecas, qui cunctis operibus suis intellegendis colendis dispensandis fruendisque fallaces et mendaces dominos praefecerit sensus. an non istis uniuersa condicio subministratur? an non per istos secunda quoque mundo instructio accessit, tot
f. 129 artes, tot ingenia, tot studia negotia officia commercia | remedia consilia solacia uictus cultus ornatusque, omnia? totum uitae saporem condierunt, dum per hos sensus solus omnium homo animal rationale dinoscitur intellegentiae et scientiae capax, et ipsius Academiae. sed enim Plato, ne quod testimonium sensibus signet, propterea et in Phaedro ex Socratis persona negat se cognoscere posse semet ipsum, ut monet Delphica inscriptio, et in Theaeteto adimit sibi scire atque sentire, et in Phaedro post mortem differt sententiam, ueritatis postumam scilicet; et tamen nondum mortuus philosophabatur. non licet, non licet

23] cf. Plat. Phaedr. p. 229 sq. 25] cf. Plat. Theaet. p. 152 sq. Phaedr. p. 247 sq.

1 mara *A corr. m. rec.* 2 ualetudini *ex* ualetudine *A*, ualetudinem *B* 4 fallacie *A* 5 fallacia *ABmg*, fallaciae *B* 10 quod *posterius del. Oehlerus* 11 quit *A* quam *A*, quod *B* 12 Academice procacissime *B* 14 colendis *scripsi:* incolendis *AB* 19 ornatusque? omnia *uulgo*, ornatus, quae omnia *Hartelius* 20 os *A corr.* sensib; *A corr.* 21 et scientiae *om. A* 25 in te aehteto (h *prius inductum*) *A* et *om. A* 27 mortuis *Bmg* non licet *semel B*

nobis in dubium sensus istos deuocare, ne et in Christo de fide eorum deliberetur, ne forte dicatur quod falso satanan prospectarit de caelo praecipitatum aut falso uocem patris audierit de ipso testificatam aut deceptus sit, cum Petri socrum tetigit, aut alium postea unguenti senserit spiritum, quod in sepulturam suam acceptauit, alium postea uini saporem, quod in sanguinis sui memoriam consecrauit. sic enim et Marcion phantasma eum maluit credere totius corporis in illo dedignatus ueritatem. atquin ne in apostolis quidem eius ludificata natura est. fidelis fuit et uisus et auditus in monte, fidelis et gustus uini illius, licet aquae ante, in nuptiis Galilaeae, fidelis et tactus exinde creduli Thomae. recita Iohannis testationem: quod uidimus, inquit, quod audiuimus, oculis nostris uidimus, et manus nostrae contrectauerunt, de sermone uitae. falsa utique testatio, si oculorum et aurium et manuum sensus natura mentitur.

18. | Conuertor ad intellectualium partem, quemadmodum illam f. 129v
Plato a corporalibus separatam haereticis commendauerit agnitionem ante mortem consecutus. ait enim in Phaedone: quid tum erga ipsam prudentiae possessionem? utrumne impedimentum erit corpus, an non, si quis illud socium assumpserit in quaestionem? tale quid dico, habetne ueritatem aliquam uisio et auditio hominibus, an non? an non etiam poetae haec nobis semper obmussant, quod neque audiamus certum neque uideamus? meminerat scilicet et Epicharmi comici: animus cernit, animus audit, reliqua surda et caeca sunt. itaque rursus illum ergo ait supersapere qui mente maxime sapiat, neque uisionem proponens neque ullum eiusmodi sensum at-

12] 1 Ioh. 1, 1. 19] Plat. Phaed. p. 65 sq. 26] cf. Plut. de fortuna c. 3 et de Alex. uirt. et fort. II 3 (Epich. fr. 253 Mull.).

1 reuocare *B* 2 Sathanam *B* 4 testificatum *A* 5 *spiritum *A* 7 *memoriam *A* 11 galileae *A* 17 DE INTELLECTUALIBUS *AB*, QVOD PHILOSOPHI ET HAERETICI DISTINGVANT INTER SENSVALIA ET INTELLECTVALIA *Gel* 18 a *add. m. rec. A* hereticis *A* 19 Phaedone *Pam*: phaedo *A*, Phaedro *B* 24 *alterum* non *om. A* 29 illum *Bmg* sensum *Bmg, om. AB*

trahens animo, sed ipsa mente sincera utens in recogitando ad capiendum sincerum quodque rerum, segressus potissimum ab oculis et auribus et, quod dicendum sit, a toto corpore, ut turbante et non permittente animae possidere ueritatem atque prudentiam, quando communicat. uidemus igitur aduersus sensus corporales aliam portendi paraturam, ut multo idoniorem, uires scilicet animae, intellectum operantes eius ueritatis, cuius res non sint coram nec subiaceant corporalibus sensibus, sed absint longe a communi conscientia in arcano et in superioribus et apud ipsum deum. uult enim Plato esse quasdam substantias inuisibiles, incorporales, supermundiales, diuinas et aeternas, quas appellat ideas, id est formas, exempla et causas naturalium istorum manifestorum et subiacentium corporalibus sensibus, et illas quidem esse ueritates, haec autem imagines earum. relucentne iam haeretica semina Gnosticorum f. 130 et Valentinianorum? hinc enim | arripiunt differentiam corporalium sensuum et intellectualium uirium, quam etiam parabolae decem uirginum adtemperant, ut quinque stultae sensus corporales figurauerint, stultos uidelicet quia deceptui faciles, sapientes autem intellectualium uirium notam expresserint, sapientium scilicet, quia contingentium ueritatem illam arcanam et supernam et apud pleroma constitutam, haereticarum idearum sacramenta. hoc enim sunt et Aeones et genealogiae illorum. itaque et sensum diuidunt ex intellectualibus quidem a spiritali suo semine, sensualibus uero ab animali, quia spiritalia nullo modo capiat, et illius quidem esse inuisibilia, huius uero uisibilia et humilia et temporalia, quae sensu conueniantur in imaginibus constituta. ob haec ergo praestruximus neque animum aliud quid esse quam animae suggestum et structum, neque spiritum extraneum quid quam quod et ipsa per flatum, ceterum accessioni deputandum quod aut deus postea aut dia-

1 animo *Bmg*, animum *AB* rogitando *A* 2 segressus *Rig*: si egressus *AB* 3 quo *Pam* 6 aut *B* 9 sconscientia *A corr.* 11 incorporales supermundiales *om. A* 12 exemplares *B* 15 heretica *A sic semper* 20 expraesserint *A* 22 idearum *B*, dearum *A (corr. m. rec.) Bmg* 23 αἰῶνες *B* 24 ex *scripsi:* et *AB*, et in *Hartelius* 28 prestruximus *A* 30 quiquam (d *add. m. rec.) A*

bolus adspirarit. et nunc ad differentiam sensualium et intellectualium non aliud admittimus quam rerum diuersitates, corporalium et spiritalium, uisibilium et inuisibilium, publicatarum et arcanarum, quod illae sensui, istae intellectui attribuantur, apud animam tamen et istis et illis obsequio deputatis, quae perinde per corpus corporalia sentiat quemadmodum per animum incorporalia intellegat, saluo eo ut etiam sentiat dum intellegit. non enim et sentire intellegere est et intellegere sentire est? | aut quid erit sensus, nisi eius rei quae sen- f. 130v titur intellectus? quid erit intellectus, nisi eius rei quae intellegitur sensus? unde ista tormenta cruciandae simplicitatis et suspendendae ueritatis? quis mihi exhibebit sensum non intellegentem quod sentit aut intellectum non sentientem quod intellegit, ut probet alterum sine altero posse? si corporalia quidem sentiuntur, incorporalia uero intelleguntur, rerum genera diuersa sunt, non domicilia sensus et intellectus, id est non anima et animus. denique a quo sentiuntur corporalia? si ab animo, ergo iam et sensualis est animus, non tantum intellectualis, nam dum intellegit, sentit, quia si non sentit, nec intellegit: si uero ab anima corporalia sentiuntur, iam ergo et intellectualis est uis animae, non tantum sensualis, nam dum sentit, intellegit, quia si non intellegit, nec sentit. perinde a quo intelleguntur incorporalia? si ab animo, ubi erit anima? si ab anima, ubi erit animus? quae enim distant, abesse inuicem debent, cum suis muneribus operantur. putabis quidem abesse animum ab anima, si quando animo ita afficimur ut nesciamus nos uidisse quid uel audisse, quia alibi fuerit animus. adeo contendam immo ipsam animam nec uidisse nec audisse, quia alibi fuerit cum sua ui, id est animo. nam et cum dementit

1 adspirarit *Rig:* adspiraret *AB,* adspirarat *Priorius* 5 aput *A* obsequio *om. A* 12 suspendae *A* 14 sine *Bmg,* ex *AB,* excluso *fort.* 18 animo] anima *Gel* intellectuaris *A* 19 quia si *Gel:* quasi *B* quia si—intellegit *om. A,* 'al. desunt' *Bmg* 20 et intellectualis *B,* intellectualis *A,* intellectus *Gel* 22 perinde *scripsi:* proinde *AB* 26 siquando animo ita afficimur ut *Urs:* si quando. nam ita efficiunt ut *(ut om. A) AB,* si quando. nam ita effici ut *Oehlerus* 27 nos *om. A* audisse, quia *Urs:* audisse nec audisse quia *AB,* audisse nec non audisse quia *Gel* 27 animus — 29 fuerit *om. A*

homo, anima dementit non peregrinante, sed conpatiente tunc animo. ceterum animae principaliter casus est. hoc inde firmatur, quod anima digressa nec animus in homine inueniatur; ita illam ubique sequitur, a qua nec in fine subremanet. cum uero sequitur, et addicitur, proinde intellectus animae addi-
f. 131 citur quam sequitur animus, cui addicitur | intellectus. sit nunc et potior sensu intellectus et potior cognitor sacramentorum, dummodo et ipse propria uis animae, quod et sensus. nihil mea interest, nisi cum idcirco praefertur sensui intellectus, ut ex hoc quoque separatior habeatur quo potior affirmatur. tunc mihi post differentiam etiam praelatio retundenda est peruenturo usque ad potioris dei persuasionem. sed de deo suo quoque campo experiemur cum haereticis. nunc de anima titulus et de intellectu non insidiose praeferendo locus. nam etsi potiora sunt quae intellectu attinguntur ut spiritalia quam quae sensu ut corporalia, rerum erit praelatio, sublimiorum scilicet aduersus humiliores, non intellectus aduersus sensum. quomodo enim praeferatur sensui intellectus, a quo informatur ad cognitionem ueritatum? si enim ueritates per imagines apprehenduntur, id est inuisibilia per uisibilia noscuntur, quia et apostolus nobis scribit: inuisibilia enim eius a conditione mundi de factitamentis intellecta uisuntur, et Plato haereticis: facies occultorum ea quae apparent, et necesse est omnino hunc mundum imaginem quandam esse alterius alicuius, ecquid ibi uidetur intellectus duce uti sensu et auctore et principali fundamento nec sine illo ueritates posse contingi? quomodo ergo potior erit eo per quem est, quo eget, cui debet totum, quod attingit? ita utrumque concluditur, neque praeferendum sensui intellectum,

21] Rom. 1, 20. 23] cf. Plat. Tim. p. 29 sq. 37 sq.

1 dementit anima *B* 2 inde *Urs:* unde *AB* 4 quā neque (que *inductum) A* 5 sequitur *om. A* *uirgulam post* sequitur *posui* proinde *scripsi:* perinde *AB* *posterius* adicitur *A* 7 sensu *Gel:* sensui *AB* 9 mea *AB,* in ea *Bmg* 10 patior *B* 11 peruenturo *Rig:* peruentura *AB* 12 quoque usque *B* 14 de *del. Gel* praetereundus *fort.* 24 est] esse *Gel* 25 ecquid *scripsi:* et quid *B, om. A,* et quod *Gel,* equidem *Oehlerus* ibi *Oehlerus:* sibi *B, om. A*

per quem enim quid constat, inferius ipso est, neque separandum a sensu, per quod enim quid est, cum ipso est.

19. | Sed ne illi quidem praetereundi qui uel modico temporis f. 131v uiduant animam intellectu. perinde enim uiam sternunt postea inducendi eius sicut et animi, a quo scilicet proueniat intellectus. uolunt infantiam sola anima contineri, qua tantummodo uiuat, non ut pariter sapiat, quia nec omnia sapiant quae uiuant. denique arbores uiuere nec tamen sapere secundum Aristotelen, et si quis alius substantiam animalem in uniuersa communicat. quae apud nos in homine priuata res est, non modo ut dei opus, quod et cetera, sed ut dei flatus, quod haec sola quam dicimus cum omni instructu suo nasci. et si ad arbores prouocamur, amplectemur exemplum, siquidem et illis necdum arbusculis, sed stipitibus adhuc et surculis etiamnunc, simul de scrobibus oriuntur, inest propria uis animae. uerum pro temporis ratione remoratur coalescens et coadolescens robori suo, donec aetas adimpleat habitum, quo natura fungatur. aut unde mox illis et frutices inoculantur et folia formantur et germina inflantur et flosculi inornantur et suci condiuntur, si non in ipsis omnis paratura generis quiescit et partibus promota grandescit? inde igitur et sapiunt unde uiuunt, tam uiuendi quam sapiendi proprietate, et quidem ab infantia et ipsae sua. uideo enim et uitem adhuc teneram et inpuberem intellegentem tamen iam opera sua et uolentem alicui adhaerere, cui innixa et innexa proficiat. denique non expectata rustica disciplina, sine arundine, sine ceruo, si quid attigerit, ultro ambibit, | et quidem uiriosius amplexabitur de suo ingenio f. 132 quam de tuo arbitrio. properat esse secura. uideo et ederas, quantum uelis premas, statim ad superna conari et nullo praeeunte suspendi, quod malint parietibus inuehi textili

9] cf. Aristot. de anima II 2.

3 INTELLECTVM SEMPER (SEMPER *om. A*) ANIMAE INESSE *AB*, *om. Gel* 4 perinde *scripsi:* proinde *AB* 5 et animi a quo *Rig:* et animi ma quo *A*, et anima quo *B*, in anima *Gel* 9 aristotelem *B* 11 quo haec sola *fort.* 12 nascitur *fort.* 14 etiamnuc *A corr.* 17 impleat *A* 18 fruti*ces *A* 22 propriaetate *A* 24 alicubi *Gel* 25 cum *B* nixa *A corr.* 26 ceruo *ABmg*, orno *B*, corno *Pam* 27 ambibit *Lat:* amabit *AB* amplexabitur *om. A* 29 primas *A* 30 mali inparietibus *A corr.*

silua quam humi teri uoluntaria iniuria. contra quibus de aedificio male est, ut crescendo recedunt, ut refugiunt? sentias ramos aliorsum destinatos, et animationem arboris de diuortio parietis intellegas; contenta sua est paruitate, quam ex primordio prouidentissimi fruticis edidicit, timens etiam ruinam. has ego sapientias et scientias arborum cur non contendam? uiuant ut philosophi uolunt, sapiant ut philosophi nolunt, intellegat et infantia ligni, quo magis hominis? cuius anima uelut surculus quidam ex matrice Adam in propaginem deducta et genitalibus feminae foueis commendata cum omni sua paratura pullulauit tam intellectu quam et sensu? mentior, si non statim infans, ut uitam uagitu salutauit, hoc ipsum se testatur sensisse atque intellexisse quod natus est, omnes simul ibidem dedicans sensus, et luce uisum et sono auditum et umore gustum et aere odoratum et terra tactum. ita prima illa uox de primis sensuum uocibus et de primis intellectuum pulsibus cogitur. plus est quod de prospectu lacrimabilis uitae quidam augurem incommodorum uocem illam flebilem interpretantur, quo etiam praesciens habenda sit ab ingressu natiuitatis, nedum intellegens. exinde et matrem spiritu probat et nutricem spiritu examinat et gerulam spiritu agnoscit fugiens extranea ubera et recusans ignota cubilia, | f. 132v neminem appetens nisi ex usu. unde illi iudicium nouitatis et moris, si non sapit? unde illi et offendi et demulceri, si non intellegit? mirum satis ut infantia naturaliter animosa sit non habens animum et naturaliter affectiosa sit non habens intellectum. at enim Christus ex ore

2 refugiunt? sentias *Urs:* refugium sentias *AB* 3 aliorsum tendere aliorsum *fort.*, *ad* aliorsum *mente* tendere *supplendum censet Hartelius* destinatum *Gel* 4 contenta sua est *Oehlerus:* contenta sunt *B,* continentia est *ABmg,* contenta est *Rig* paruitate *ABmg,* prauitate *B* 5 edidicit *Gel:* sedidicit *A,* se didicit *B* timentis etiam *Lat,* timentis iam *fort.* 7 sapiant ut philosophi nolunt *om. A* intelligat et infantia *Urs:* intellegant et infantiam *AB* 11 pullulauit *ABmg,* pullulabit *B* 15 odoratum aere *A* 16 uocibus *om. A* 17 lachrymabilis *B* 18 augerem *A* 19 quo *Rig:* quod *AB* spraesciens *A corr.* 20 non enim exinde *B; sed uerba* non enim *uncinis inclusa sunt, in mg.* al. desunt 22 et neminem *B* 25 animum — 26 non habens *om. A*

lactantium et paruulorum experiendo laudem nec pueritiam nec infantiam hebetes pronuntiauit, quarum altera cum suffragio occurrens testimonium ei potuit offerre, altera pro ipso trucidata utique eum sensit.

20. Et hic itaque concludimus omnia naturalia animae ut substantiua eius ipsi inesse et cum ipsa procedere atque proficere, ex quo ipsa censetur. sicut et Seneca saepe noster: insita sunt nobis omnium artium et aetatum semina magisterque ex occulto deus producit ingenia, ex seminibus scilicet insitis et occultis per infantiam, quae sunt et intellectus. ex his enim producuntur ingenia. porro et frugum seminibus una generis cuiusque forma est, processus tamen uarii. alia integro statu euadunt, alia etiam meliora respondent, alia degenerant pro condicione caeli et soli, pro ratione operis et curae, pro temporum euentu, pro licentia casuum: ita et animam licebit semine uniformem, fetu multiformem. nam et hic etiam de locis interest. Thebis hebetes et brutos nasci relatum est, Athenis sapiendi dicendique acutissimos: ubi penes Colyttum pueri mense citius elocuntur praecoca lingua. siquidem et Plato in Timaeo Mineruam affirmat, cum urbem illam moliretur, nihil aliud quam regionis naturam prospexisse talia ingenia pollicitam, unde et ipse | in Legibus f. 133 Megillo et Cliniae praecipit condendae ciuitati locum procurare. sed Empedocles causam argutae indolis et obtusae in sanguinis qualitate constituit; perfectum ac profectum de doctrina disciplinaque deducit. tamen uulgata iam res est gentilium proprietatum. comici Phrygas timidos inludunt, Sallustius uanos Mauros et feroces Dalmatas pulsat, mendaces Cretas etiam

7] Sen. de benef. IV 6. 20] cf. Plat. Tim. p. 24 C. 22] cf. Plat. Leg. IV p. 704. 27] cf. Sall. hist. I fr. 63 et fr. inc. 73 Dietsch.

1 lactentium *B* experiendo *ABmg*, expediendo *B* 2 hebetes *Gel:* hecbetes *A*, habentes *B* 4 utque *A corr.* eum *scripsi:* uim *AB* 5 DE NATVRALIBVS *AB*, DE CAETERIS NATVRALIBVS ANIMAE *Gel* omnia *om. A* 9 magiter quae *A* 11 et] ut *Pam* 14 conditione *A* 17 et brutos *om. A* 19 colytum *B* praecoca *A*, praecoce *B* 23 incliniae *A* locum *B*, loci uim *A* procurare *A*, praepararent *B* 24 argute *A* 25 disciplinaque *Gel:* disciplinamque *B*, disciplinam *A* 26 tam mulgata *A*

apostolus inurit. fortasse an et de corpore et de ualetudine aliquid accedat. opimitas sapientiam impedit, exilitas expedit, paralysis mentem prodigit, phthisis seruat. quanto magis de accidentibus habebuntur quae citra corpulentiam et ualentiam uel acuunt uel optundunt. acuunt doctrinae disciplinae artes experientiae negotia studia, obtundunt inscitiae ignauiae desidiae libidines inexperientiae otia uitia; super haec si et aliquae praesunt potestates. enimuero praesunt; secundum nos quidem deus dominus et diabolus aemulus, secundum communem autem opinionem et prouidentiae fatum et necessitas et fortunae et arbitrii libertas. nam haec et philosophi distinguunt, et nos secundum fidem disserenda suo iam nouimus titulo. apparet quanta sint, quae unam animae naturam uarie collocarint, ut uulgo naturae deputentur, quando non species sint, sed sortes naturae et substantiae unius, illius scilicet quam deus in Adam contulit et matricem omnium fecit; atque adeo sortes erunt, non species substantiae unius, ut et uarietas ista moralis, quanta nunc est, tanta non fuerit in ipso principe generis Adam. debuerant enim fuisse haec omnia in illo ut in fonte naturae atque inde cum tota uarietate manasse, si uarietas
f. 133v naturae | fuisset.

21. Quodsi uniformis natura animae ab initio in Adam ante tot ingenia, ergo non multiformis quia uniformis per tot ingenia, nec triformis, ut adhuc trinitas Valentiniana caedatur, quae nec ipsa in Adam recognoscitur. quid enim spiritale in illo? si quia prophetauit magnum illud sacramentum in Chri-

1] Tit. 1, 12.

1 *alterum* de *om. A* 2 exilitas expedit *om. A* 4 citra *A,* circa *B* et ualentiam *om. A* 5 *alterum* acunt *A* 6 et experientiae *B,* experimentiae *A,* experientia *Gel* ignauia *B* 7 aliquae *Mercerus:* alia quae *AB* 9 dominus deus *B* 10 *primum* et *om. A* et prouidentia et fatum *Gel* fortunae et *B,* fortunae *A,* fortuna et *Gel* 11 distinguut *A sic fere ubique* 12 nouimus *ex* nouimus *A,* nouimus *B,* nouimus *Bmg* 16 ideo *fort.* 17 ut et *Rig:* id est *AB,* item *Oehlerus* moralis *Bmg,* mortalis *AB* 18 quanta *AB,* quum quanta *Urs,* quae quanta *Oehlerus,* quia quanta *fort.* 20 manasses; uari&as *A* 23 quia uniformis *B, om. A,* quia multiformis *Hartelius* 24 iam nec *B* triformis *B,* quadriformis *ABmg,* qua triformis *Rig* caedatur *AB,* credatur *Bmg* 26 profetauit *A*

stum et ecclesiam: hoc os ex ossibus meis et caro ex carne mea uocabitur mulier; propterea relinquet homo patrem et matrem et agglutinabitur mulieri suae et erunt duo in carnem unam, hoc postea obuenit, cum in illum deus amentiam immisit, spiritalem uim, qua constat prophetia. si et malum in eo apparuit transgressionis admissum, nec hoc naturale deputandum est, quod instinctu serpentis operatus est, tam non naturale quam nec materiale, quia et materiae fidem iam exclusimus. quodsi nec spiritale nec quod dicitur materiale proprium in illo fuit, et si ex materia, fuisset mali semen, superest ut solum in illo et unicum fuerit naturale quod censetur animale, quod statu simplex et uniforme defendimus. de hoc plane relinquitur quaeri an demutabile debeat credi, quod naturale dicatur. idem enim conuertibilem negant naturam, ut trinitatem suam in singulis proprietatibus figant; quia arbor bona malos non ferat fructus nec mala bonos, et nemo de spinis metat ficus et de tribulis uuas. ergo si ita est, neque de lapidibus filios Abrahae suscitare poterit deus nec genimina uiperarum facere paenitentiae fructus. et errauit apostolus scribens: eratis et uos aliquando tenebrae, et: fuimus et nos aliquando natura filii irae et in his uos quoque fuistis, sed abluti estis. sed numquam discordabunt sententiae sanctae. | non dabit enim arbor mala f. 134
bonos fructus, si non inseratur, et bona malos dabit, si non colatur. et lapides filii Abrahae fient, si in fidem Abrahae formentur. et genimina uiperarum fructum paenitentiae facient, si uenena malignitatis expuerint. haec erit uis diuinae gratiae, potentior utique natura, habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrii potestatem, quod αὐτεξούσιον dicitur; quae cum

1] Gen. 2, 23 sqq. 16] cf. Luc. 6, 43 sq. 18] cf. Matth. 3, 7 sq. 20] Eph. 5, 8. 2, 3. 21] 1 Cor. 6, 11.

4 carne *A* unam *om. A* 5 profetia *A* 8 materiale quia et *om. A* 10 et *AB*, nam *Urs* 12 statu *Gel:* status *AB* uniforme *Gel:* uniformem *AB* 13 debeat credi quod naturale *om. A* 15 naturalem *Bmg* 19 gemina *A corr.* 25 fili *A* 26 fient formentur *A corr.* gemina *A corr.* 29 arbitrarii *A* autexusion *(m. rec. in mg.* αὐτοεξούσιον*) A* quae cumque *A corr.*

sit et ipsa naturalis atque mutabilis, quoquo uertitur, natura conuertitur. inesse autem nobis τὸ αὐτεξούσιον naturaliter iam et Marcioni ostendimus et Hermogeni. quid nunc, si naturae condicio sic erit definienda, ut duplex determinetur, natorum et innatorum, factorum et infectorum? atque ita quod natum factumque constiterit, eius natura capiet demutationem; et renasci enim poterit et refici. innatum autem et infectum immobile stabit. quod cum soli deo conpetat, ut soli innato et infecto et idcirco immortali et inconuertibili, absolutum est ceterorum omnium natorum atque factorum conuertibilem et demutabilem esse naturam, ut et, si trinitas animae adscribenda esset, ex mutatione accidentiae, non ex institutione naturae deputaretur.

22. Cetera animae naturalia iam a nobis audiit Hermogenes cum ipsorum defensione et probatione, per quae dei potius quam materiae propinqua cognoscitur. hic solummodo nominabuntur, ne praeterita uideantur. dedimus enim illi et libertatem arbitrii, ut supra scripsimus, et dominationem rerum et diuinationem interdum, seposita quae per dei gratiam obuenit ex prophetia. itaque iam ab isto dispositionis retractatu rece-
f. 134ᵛ dam, ut ordinem eius expungam. | definimus animam dei flatu natam, immortalem, corporalem, effigiatam, substantia simplicem, de suo sapientem, uarie procedentem, liberam arbitrii, accidentiis obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem, dominatricem, diuinatricem, ex una redundantem. sequitur nunc ut quomodo ex una redundet consideremus, id est unde et quando et qua ratione sumatur.

23. Quidam de caelis deuenisse se credunt tanta persuasione, quanta et illuc indubitate regressuros repromittunt, ut Saturninus Menandri Simoniani discipulus induxit, hominem affirmans

1 natura conuertitur *om. A* 2 ΤΟΑΥΤЄΞΟΥCΙΟΝ *A* 9 et inconuertibili *om. A* 14 a *sup. uers. A* 19 interdum *om. A* gratia *A* 22 corporalem *om. A*, ‘al. deest’ *Bmg* 23 sapientem *AB*, patientem *Bmg* uariae *A* 24 accidentiis *Urs:* accidentis *AB* 26 ut *ex* et *A* 28 VNDE ANIMA *AB*, VNDE ANIMA, ADVERSVS HAERETICOS QVI EAM DE COELIS DEFERVNT *Gel* 29 et *om. B* Saturnus *B*, Saturnius *Rig*

ab angelis factum primoque opus futtile et inualidum et instabile in terra uermis instar palpitasse, quod consistendi uires deessent, dehinc ex misericordia summae potestatis, ad cuius effigiem nec tamen plene perspectam temere structus fuisset, scintillulam uitae consecutum, quae illud exsuscitarit et erexerit et constantius animarit et post decessum uitae ad matricem relatura sit. sed et Carpocrates tantundem sibi de superioribus uindicat, ut discipuli eius animas suas iam et Christo, nedum apostolis, et peraequent et cum uolunt praeferant, quas perinde de sublimi uirtute conceperint despectrice mundi potentium principatuum. Apelles sollicitatas refert animas terrenis escis de supercaelestibus sedibus ab igneo angelo, deo Israelis et nostro, qui exinde illis peccatricem circumfinxerit carnem. examen Valentini semen Sophiae infulcit animae, per quod historias atque Milesias Aeonum suorum ex imaginibus uisibilium recognoscunt. doleo bona fide Platonem omnium haereticorum condimentarium factum. illius est enim et in Phaedone quod animae hinc euntes sint illuc, et inde huc. | item in Timaeo, quod genimina dei delegata sibi mortalium (f.135) genitura accepto initio animae immortali mortale ei circumgelauerint corpus; tum quod mundus hic imago sit alterius alicuius. quae omnia ut fidei commendet, et animam retro in superioribus cum deo egisse in commercio idearum et inde huc transuenire et hic quae retro norit de exemplaribus recensere, nouum elaborauit argumentum, μαθήσεις ἀναμνήσεις id est discentias reminiscentias esse. uenientes enim inde huc animas obliuisci eorum in quibus prius fuerint, dehinc ex his uisibilibus edoctas recordari. cum igitur huiusmodi argumento illa insinuentur a Platone, quae haeretici mutuantur, satis haereticos repercutiam, si argumentum Platonis elidam.

18] cf. Plat. Phaed. p. 70. 19] cf. Plat. Tim. p. 43 sq. et 29 sq. 25] cf. Plat. Phaed. p. 73.

1 et inualidum *om.* *A* 5 scintullulam *B* illum *B* 10 proinde *B* de *om.* *A* 11 principatum *A* 13 circumfixerit *A* 15 millesias *A* eonum *A* 18 phedone *A*, phaedrone *B* 19 gemina *B*, germina *Gel* 20 immortalis *fort.* 23 hunc *A* 25 ΜΑΘΗCЄΙC ΑΝΑΜΝΗCЄΙC *A* 26 huc inde *Gel* 28 et doctas recordari *A*, recordari edoctas *B* igitur *om.* *A* 29 eretici *A*

24. Primo quidem obliuionis capacem animam non cedam, quia tantam illi concessit diuinitatem, ut deo adaequetur. innatam eam facit, quod et solum armare potuissem ad testimonium plenae diuinitatis; adicit immortalem, incorruptibilem, incorporalem, quia hoc et deum credidit, inuisibilem, ineffigiabilem, uniformem, principalem, rationalem, intellectualem; quid amplius proscriberet animam, si eam deum nuncuparet? nos autem, qui nihil deo adpendimus, hoc ipso animam longe infra deum expendimus, quod natam eam agnoscimus ac per hoc dilutioris diuinitatis et exilioris felicitatis, ut flatum, non ut spiritum, et si immortalem, ut hoc sit diuinitatis, tamen passibilem, ut hoc sit natiuitatis, ideoque et a primordio exorbitationis capacem et inde etiam obliuionis affinem. satis de isto cum Hermogene. ceterum quae, ut haberi merito possit ex peraequatione omnium proprietatum deus, nulli passioni subia- f. 135v cebit, ita nec obliuioni, cum tanta sit iniuria | obliuio quanta est gloria eius, cuius iniuria est, memoria scilicet, quam et ipse Plato sensuum et intellectuum salutem et Cicero thesaurum omnium studiorum praedicauit. nec hoc iam in dubium deducetur, an tam diuina anima memoriam potuerit amittere, sed an quam amiserit recuperare denuo possit. quae enim non debuit obliuisci, si oblita sit, nescio an ualeat recordari. ita utrumque meae animae, non Platonicae congruet. secundo gradu opponam: natura compotem animam facis idearum illarum, an non? immo natura, inquis. nemo ergo concedet naturalem scientiam naturalium excidere artium. excidet studiorum, excidet doctrinarum, disciplinarum; excidet fortasse et

18] Plat. Phileb. p. 34 A. Cic. de or. I 5, 18.

1 ADVERSVS PLATONIS μαθήσεις καὶ ἀναμνήσεις *A (graeca m. rec. add.) B,* ADVERSVS PLATONIS ARGVMENTVM QVOD DISCENTIAS REMINISCENTIAS DICAT *Gel* 2 congessit *Bmg* 4 addicit *B* 5 inuisibilem *om. A* 7 enm *A corr.* 8 appendimus *B* 10 et *om. B* 11 immortalem, ut hoc sit diuinitatis, tamen *Gel:* immortalem [tamen passibilem] ut hoc sit diuinitatis: Et cum immortalem, tamen *B,* immortalem tamen *A* 13 cum hermogene, Cum ermogene, *A* 16 ita] ea *fort.* iniuriae *Bmg* 18 intellectum *A corr.* 19 Nec ne hoc *A* 21 amisit *A* 22 ita *om. A* 27 excident fortasse *B*

ingeniorum et affectuum, quae naturae uidentur, non tamen sunt, quia, ut praemisimus, et pro locis et pro institutionibus et pro corpulentiis ac ualetudinibus et pro potestatibus dominatricibus et pro libertatibus arbitrii ex accidentibus constant. naturalium uero scientia ne in bestiis quidem deficit. plane obliuiscetur feritatis leo mansuetudinis eruditione praeuentus et cum toto suggestu iubarum delicium fiet Berenices alicuius reginae lingua genas eius emaculans. mores bestiam relinquent, scientia naturalium permanebit. non obliuiscetur idem naturalium pabulorum, naturalium remediorum, naturalium terrorum; et si de piscibus et si de placentis regina ei obtulerit, carnem desiderabit, et si languenti theriacam composuerit, simiam leo requiret, et si nullum illi uenabulum obfirmabit, gallum tamen formidabit. perinde et homini omnium forsitan obliuiosissimo inoblitterata perseuerabit sola scientia naturalium, ut sola scilicet naturalis, memor semper manducandi in esurie et bibendi in siti et oculis uidendum et auribus audiendum et naribus odorandum et ore gustandum | et manu contrectandum. f. 136 hi sunt certe sensus, quos philosophia depretiat intellectualium praelatione. igitur si naturalis scientia sensualium permanet, quomodo intellectualium, quae potior habetur, intercidit? unde nunc ipsa uis obliuionis antecedentis recordationem? ex multitudine, ait, temporis. satis inprospecte. quantitas enim temporis non pertinebit ad eam rem quae innata dicatur ac per hoc potissimum aeterna credatur. quod enim aeternum est, eo, quia et innatum est, neque initium neque finem temporis admittendo nullum modum temporis patitur. cui temporis modus nullus est, nec ulla demutatione tempori subest nec ei de multitudine temporis uis est. si tempus in causa est obliuionis, cur ex quo anima corpori inducitur, memoria delabitur,

2 aut *A corr.* premisimus *A* 3 ueletudinibus *A corr.* 10 naturalium remediorum *om. A* 13 offirmabit *A,* obfirmabitur *fort.* 16 aesurię *(a inductum) A* 17 uidendi *fort.* audiendi *fort.* 18 odorandi *fort.* gustandi *fort.* contrectandi *fort.* 21 intercidet *A* 23 inprospecte *Gel:* in prospectis *AB* 26 et *om. A* 28 temporis *B* nec — 29 uis est *om. A* ei de *scripsi:* eadem *B,* eadem in *Lat,* ea de *Rig*

quasi exinde tempus anima sustineat, quae sine dubio prior corpore non fuit utique sine tempore? ingressa uero corpus statimne obliuiscitur, an aliquanto post? si statim, ecquae erit temporis nondum subputandi multitudo? infantia scilicet. si aliquanto post, ergo illo in spatio ante tempora obliuionis memor adhuc aget anima? et quale est ut postea obliuiscatur et rursus postea recordetur? quoquo autem tempore illam obliuio inruerit, quantus hic etiam habebitur modus temporis? tota, opinor, uitae decursio satis non erit ad euertendam memoriam tanti ante corpus aeui. sed rursus Plato causam demotat in corpus, quasi et hoc fide dignum, ut nata substantia innatae uim extinguat. magnae autem ac multae differentiae corporum pro gentilitate, pro magnitudine, pro habitudine, pro f. 136v aetate, | pro ualetudine. num ergo et obliuionum differentiae aestimabuntur? sed uniformis obliuio est; ergo non erit corporalitas multiformis in causa exitus uniformis. multa item documenta teste ipso Platone diuinationem animae probauerunt, quae proposuimus iam Hermogeni. sed nec quisquam hominum non et ipse aliquando praesagam animam suam sentit aut ominis aut periculi aut gaudii augurem. si diuinationi non obstrepit corpus, nec memoriae opinor officiet. in eodem certe corpore et obliuiscuntur animae et recordantur. si qua corporis ratio incutit obliuionem, quomodo contrariam eius admittet recordationem? quia et ipsa post obliuionem recordatio memoria recidiua est? quod primae memoriae aduersatur, cur non et secundae refragetur? postremo qui magis reminiscerentur quam pueruli, ut recentiores animae, ut nondum inmersae domesticis ac publicis curis, ut ipsis solis deditae stu-

10] cf. Plat. Phaed. p. 65 sq. 17] cf. Plat. Phaedr. p. 242 C.

3 ecquae erit *Oehlerus:* et quaerit *A,* et quae erit *B* 5 aliquando *A* 9 euertendam *Lat:* uertendam *AB* 10 demotat *scripsi:* demutat *AB* 12 ac *AB,* et *Gel* multe *A* 13 getilitate *A* 15 estimabuntur *A* 16 in causa exitus uniformis *om. A* 19 aut ominis *Bmg,* aut hominis *AB,* aut uigilans aut insomnis *uel* aut insomnis aut uigilans *fort.,* ut eminus *Hartelius* 22 *prius* et *om. A* 25 *interrogationis signum posui* 26 refragatur *A* 27 ut recentiores *AB,* uirentiores *Bmg,* ut recentioris *Hartelius* immerse *A* 28 deditae *Gel:* debitae *A,* debite *B*

diis, quorum discentiae reminiscentiae fiunt? immo cur non ex aequo omnes recordamur, cum ex aequo omnes obliuiscamur? sed tantummodo philosophi. ne hi quidem omnes. Plato scilicet solus in tanta gentium silua, in tanto sapientium prato, idearum et oblitus et recordatus est. igitur et si nullo modo consistit argumentatio ista praecipua, totum illud pariter euersum est, cui accommodata est, ut animae et innatae et in caelestibus conuersatae et consciae diuinorum illic et inde delatae et hic recordatae crederentur, ad occasiones plane haereticis subministrandas.

25. | Iam nunc regrediar ad causam huius excessus, uti f. 137 reddam, quomodo animae ex una redundent, quando et ubi et qua ratione sumantur. de qua specie nihil refert, a philosopho an ab haeretico an a uulgo quaestio occurrat. nulla interest professoribus ueritatis de aduersariis eius, maxime tam audacibus quam sunt primo isti, qui praesumunt non in utero concipi animam nec cum carnis figulatione compingi atque produci, sed effuso iam partu nondum uiuo infanti extrinsecus inprimi. ceterum semen ex concubitu muliebribus locis sequestratum motuque naturali uegetatum compinguescere in solam substantiam carnis; eam editam et de uteri fornace fumantem et calore solutam ut ferrum ignitum et ibidem frigidae immersum, ita aeris rigore percussam et uim animalem rapere et uocalem sonum reddere. hoc Stoici cum Aenesidemo et ipse interdum Plato, cum dicit perinde animam extraneam alias et extorrem uteri prima adspiratione nascentis infantis adduci,

1] cf. Plat. Phaed. p. 72 sq. 25] cf. Plat. Phaed. p. 76 sqq.

1 reminiscentiae *om. A* 3 nec ii *Lat* 4 gentium] sagientium *Hartelius* 5 *alterum* et *om. A* et *postremum om. B* 7 et *prius sup. uers. A* 8 conscie *A* 9 *post* delatae *addiderim* et oblitae occansiones *A* 11 ANIMAM ET CARNEM SIMVL CONCIPI *AB*, DE CONCEPTV ANIMAE ADVERSVS EOS QVI POST PARTVM CORPORI EAM INDVCVNT *Gel* ut *Pam* 12 redundet *A corr.* et ex qua *B* 13 specię anihil *A* 18 sed *Lat:* sed et *AB* 20 compisguescere *A* solidam *Pricaeus* 22 idem *fort.* frigidae *Gel*: frigide *AB* 25 interdu *A* perinde *ABmg*, proinde *B* 26 adspiratione̅ *A*

sicut exspiratione nouissima educi. uidebimus an ex sententia sua finxerit. ne ex medicis quidem defuit Hicesius et naturae et artis suae praeuaricator. puduit, opinor, illos hoc statuere quod feminae agnoscerent. at quanto ruboratior exitus, a feminis reuinci quam probari? in ista namque specie nemo tam idoneus magister, arbiter, testis, quam sexus ipsius sensus. respondete matres uosque praegnantes uosque puerperae, steriles et masculi taceant, uestrae naturae ueritas quaeritur, uestrae passionis fides conuenitur, an aliquam in fetu sentiatis uiuacitatem f. 137ᵛ alienam de uestro, | de quo palpitent ilia, micent latera, tota uentris ambitio pulsetur, ubique ponderis regio mutetur, an hi motus gaudia uestra sint et certa securitas, quod ita infantem et uiuere confidatis et ludere, an si desierit inquies eius, illi prius pertimescatis, an et audiat iam in uobis, cum ad nouum sonum excutitur, an et ciborum uanitates illi desideretis, illi etiam fastidiatis, an et ualetudinibus inuicem communicetis, ille quidem usque ex contusionibus uestris, quibus et ipse intus per eadem membra signatur, rapiens sibi iniurias matris. si liuor ac rubor sanguinis passio est, sine anima non erit sanguis: si ualetudo animae accessio est, sine anima non erit ualetudo: si alimonia inedia crementa decrementa pauor motus tractatio est animae, his qui fungitur uiuet. denique desinit uiuere qui desinit fungi. denique et mortui eduntur, quomodo, nisi et uiui? qui autem et mortui, nisi qui prius uiui? atquin et in ipso adhuc utero infans trucidatur necessaria crudelitate, cum in exitu obliquatus denegat partum matricida, ni moriturus.

1 exspiratione *B,* aspiratione *ABmg* nouissima educi *Urs:* nouissimę (nouissime *B)* duci *AB* ex sententia sua *Hartelius:* ex sententias *A,* sententiam *B,* ex sententia *Rig* 2 fixerit *A* Hicesius *Gel:* hic eius *A,* hic Esius *B* 3 hoc *B,* id *A* 4 at *B,* et *ABmg* ruboratior *Lat:* roboratior *AB* 6 ipsus *Scal* sensus *addidi* 7 uosquę pregnantes uosquę *A* 10 uestra de qua *fort.,* uestro *(uel* uestro?*)* de quo *Kellnerus* 11 han *A corr.* 13 inquias *A* 14 et in uobis *Gel* 15 uarietates *Iun* 17 ex *Oehlerus:* et *AB, del. Gel,* eo; de *Urs* 18 liuorum *A* 19 sanguis — 20 non erit *om. A* 20 animae *Urs:* omnis *B* 21 inaedia *A* 22 anime *A* is *B,* iis *Urs* desiit *A* 23 nisi *B,* si *A* 24 in *om. A* 26 inexit *A* obliquatus *B,* obligatus *ABmg* ni *Gel:* qui *A,* [qui] *B*

itaque est inter arma medicorum et organon, ex quo prius patescere secreta coguntur tortili temperamento, cum anulocultro, quo intus membra caeduntur anxio arbitrio, cum hebete unco, quo totum facinus extrahitur uiolento puerperio. est etiam aeneum spiculum, quo iugulatio ipsa dirigitur caeco latrocinio: ἐμβρυοσφάκτην appellant de infanticidii officio, utique uiuentis infantis peremptorium. hoc et Hippocrates habuit et Asclepiades et Erasistratus et maiorum quoque prosector Herophilus et mitior ipse Soranus, certi animal esse conceptum atque ita miserti infelicissimae huiusmodi | infantiae, ut prius f.138 occidatur, ne uiua lanietur. de qua sceleris necessitate nec dubitabat, credo, Hicesius, iam natis animam superducens ex aeris frigidi pulsu, quia et ipsum uocabulum animae penes Graecos de refrigeratione. respondeas: num ergo barbarae Romanaeque gentes aliter animantur, quia animam aliud quid quam ψυχὴν cognominauerunt? quantae uero nationes sub feruentissimo axe censentur colorem quoque excoctae? unde illis anima, quibus aeris rigor nullus? taceo cubiculares aestus et omnem illic caloris paraturam enitentibus necessariam, quas afflari uel maxime periculum est. in ipsis paene balneis fetus elabitur, et statim uagitus auditur. ceterum si aeris rigor thesaurus est animae, extra Germanias et Scythias et Alpes et Argaeos nemo debuit nasci. atquin et populi frequentiores apud orientalem et meridialem temperaturam et ingenia expeditiora, omnibus Sarmatis etiam mente torpentibus. et animi enim de rigoribus scitiores prouenirent, si animae de frigusculis euenirent: cum substantia enim et uis. his ita praestructis

1 est *A*, et *B* organon *Urs:* organa *B*, cum organia; *A* ex] est *Urs* 2 anulo cultro *A*, anulo cultrato *Gel* 4 facinus *AB*, pecus *Gel*, pignus *fort.* attrahitur *B* 6 ἐμβρυοσφάκτην *Urs:* ЄΜΒΡΥΟΡϹЄΚΤΗΝ· *A*, ἐμβρυορσέκτην *Bmg*, ἐμβρυοπάκτην *B*, ἐμβρυορέκτην *Gel*, ἐμβρυονέκτην *Lat*, ἐμβρυορρήκτην *alii* 10 miserati *B* infelicissime *B* 11 uiua lanietur *B*, uiuat *A* 12 hic Esius *B* 13 et *Gel:* it *A*, ut *B* paenes *A* 14 refrigeratione. respondeat (respondeas: *ego*) num *Urs:* refrigeratione. respondens. num *AB* 15 qui *A* quic quam *ex* quic quid *A* 16 ·ΨΥΧΗΝ· *A* 17 quaeque *Hartelius* 18 animam *B* 22 Scythias *Rig:* Scythas *B*, cythias *A* 23 algeos *A* 25 Sarmatis *Gel:* armatis *AB*

possumus illos quoque recogitare qui exsecto matris utero uiui aerem hauserunt, Liberi aliqui et Scipiones. quodsi qui, ut Plato, perinde non putat duas animas in unum conuenire sicut nec corpora, ego illi non modo duas animas in unum congestas ostendissem, sicut et corpora, in fetibus, uerum et alia multa cum anima conserta, daemonis scilicet, nec unius, ut in Socrate ipso, uerum et septenarii spiritus, ut in Magdalena, et legionarii numeri, ut in Geraseno, quo facilius anima cum anima conseretur ex societate substantiae quam spiritus nequam f. 138v ex diuersitate naturae. at idem in sexto Legum | monens cauere ne uitiatio seminis ex aliqua uilitate concubitus labem corpori et animae supparet, nescio de pristina magis an de ista sententia sibi exciderit. ostendit enim animam de semine induci, quod curari monet, non de prima aspiratione nascentis. unde, oro te, similitudine animae quoque parentibus de ingeniis respondemus secundum Cleanthis testimonium, si non et ex animae semine educimur? cur autem et ueteres astrologi genituram hominis ab initio conceptus dirigebant, si non exinde et anima est? ad quam aeque pertinet, siquid est, flatus.

26. Sed omnis inaequalitas sententiae humanae usque ad dei terminos. in nostras iam lineas gradum colligam, ut quod philosophis medicisque respondi, Christiano probem. de tuo, frater, fundamento fidem aedifica. aspice uiuentes uteros sanctissimarum feminarum nec modo spirantes iam illic infantes, uerum etiam prophetantes. ecce uiscera Rebeccae inquietantur, et longe adhuc partus et aeris nullus impulsus. ecce duplex fetus in locis matris tumultuatur, et nusquam adhuc populi duo. portentosa forsitan petulantia infantiae ante certantis quam uiuentis, ante animosae quam animatae, si tantummodo

7] cf. Marc. 16, 9 et 5, 1 sqq. 10] cf. Plat. Leg. VI p. 775 sq. 25] cf. Gen. 25, 22 sq.

3 putatat *A corr.* 6 cum *Gel:* ut cum *B,* ut tum *A* 9 conseretur *Urs:* conferetur *AB* 11 uiciatio *A* 12 pristinis *A* 15 te *om. A* 16 cleantis *B* et *om. A* 17 semine *A* 18 digerebant *Bmg* 19 et *om. A* at *A corr.* quidquid *Bmg* status *Urs* 22 responde *A corr.* 23 aedificem *Bmg* 24 feminarum *A* 29 animosae quam animatae *Gel:* animos aequa animate *ex* animos aequanimitate *A,* animos aeque animate *B*

matrem subsultando turbasset. at cum partus aperitur et numerus inspicitur et auguratus recognoscitur, puto, iam non animae solummodo probantur infantum, sed et pugnae. detinebatur qui praeuenerat nasci a praeuento necdum plenius edito, tantum manu nato. et si ipse animam de prima aspiratione potabat Platonico more aut de aeris rigore carpebat Stoica forma, quid ille qui expectabatur, qui adhuc intus detinebatur et foris iam detinebat? nondum, opinor, | spirans plantam fratris inuaserat, etiamnunc calens matre se priorem prodisse cupiebat. o infantem et aemulum et ualidum et olim contentiosum, credo, quia uiuum. aspice etiam singulares conceptus et quidem monstrosiores, sterilis et uirginis, quae uel hoc ipso imperfectos edere potuissent pro euersione naturae, altera ut semini stupida, altera intacta. decebat, si forte, sine anima nasci, qui fuerant non rite concepti, sed et illi uiuunt in suo quisque utero. exultat Elizabeth, Iohannes intus impulerat; glorificat dominum Maria, Christus intus instinxerat. agnoscunt matres suos inuicem fetus, agnitae mutuo ab ipsis utique uiuentibus, qui non tantum animae erant, uerum et spiritus. sic et ad Hieremiam legis dei uocem: priusquam te in utero fingerem, noui te. si fingit deus in utero, et afflat ex primordii forma: et finxit deus hominem et flauit in eum flatum uitae. nec nosset autem hominem deus in utero nisi totum: et priusquam exires de uulua, sanctificaui te. et mortuum adhuc corpus? utique nequaquam. deus enim uiuorum, non mortuorum.

27. Quomodo igitur animal conceptum? simulne conflata utriusque substantia corporis animaeque an altera earum praecedente? immo simul ambas et concipi et confici et perfici dicimus, sicut et promi, nec ullum interuenire momentum in

16] cf. Luc. 1, 44. 46. 20] Hier. 1, 5. 22] Gen. 1, 27. 3, 7. 24] Hier. 1, 5. 26] Matth. 22, 32.

1 sussultando *A* 3 infantium *B* 4 preuenerat *A* 5 spiratione *B* 6 potabat *Bmg*, portabat *AB* 8 opinor] *post hoc uerbum in A duo folia desunt, quae interierunt postquam paginae numeratae sunt; m. s. XIX:* hic duo folia desiderantur. 14 altera ut *scripsi:* ut altera *B* semini *Rig:* seminis *B* 28 utrique *Bmg* 29 et *tertium add. Gel*

conceptu quo locus ordinetur. recogita enim de nouissimis primum. si mors non aliud determinatur quam disiunctio corporis animaeque, contrarium morti uita non aliud definietur quam coniunctio corporis animaeque. si disiunctio simul utrique substantiae accidit per mortem, hoc debet coniunctionis forma mandasse pariter obuenientis per uitam utrique substantiae. porro uitam a conceptu agnoscimus, quia animam a conceptu uindicamus; exinde enim uita, quo anima. pariter ergo in uitam compinguntur quae pariter in mortem separantur. tunc si alteri primatum damus, alteri secundatum, seminis quoque discernenda sunt tempora pro statu ordinis. et quando collocabitur corporis semen, quando animae? immo si tempora seminum diuidentur, et materiae diuersae habebuntur ex distantia temporum. nam etsi duas species confitebimur seminis, corporalem et animalem, indiscretas tamen uindicamus et hoc modo contemporales eiusdemque momenti. ne itaque pudeat necessariae interpretationis. natura ueneranda est, non erubescenda. concubitum libido, non condicio foedauit. excessus, non status est impudicus, siquidem benedictus status apud deum: crescite et in multitudinem proficite. excessus uero maledictus, adulteria et stupra et lupanaria. in hoc itaque sollemni sexuum officio, quod marem ac feminam miscet, in concubitu dico communi, scimus et animam et carnem simul fungi, animam concupiscentia, carnem opera, animam instinctu, carnem actu. unico igitur impetu utriusque toto homine concusso despumatur semen totius hominis habens ex corporali substantia humorem, ex animali calorem. et si frigidum nomen est anima Graecorum, quare corpus exempta ea friget? denique, ut adhuc uerecundia magis pericliter quam probatione, in illo ipso uoluptatis ultimae aestu, quo genitale

20] Gen. 1, 27.

2 primum *scripsi:* prima *B* 4 quam *Gel:* iam *B* 9 compinguntur *Bmg,* confinguntur *B* 10 tunc *om. Gel* 16 eiusdemque *Gel:* eius denique *B* 26 despumatur *Urs:* despumat in *B* 28 quare corpus *Gel:* quale et corpus et *B,* calet et corpus *Hartelius* 29 periclitetur *Bmg* 30 ultimo *Urs*

uirus expellitur, nonne aliquid de anima quoque sentimus exire? atque adeo marcescimus et deuigescimus cum lucis detrimento? hoc erit semen animale protinus ex animae destillatione, sicut et uirus illud corporale semen ex carnis defaecatione. fidelissima primordii exempla. de limo caro in Adam. quid aliud limus quam liquor opimus? inde erit genitale uirus. ex afflatu dei anima. quid aliud afflatus dei quam uapor spiritus? inde erit quod per uirus illud efflamus. cum igitur in primordio duo diuersa atque diuisa, limus et flatus, unum hominem coegissent, confusae substantiae ambae iam in uno semina quoque sua miscuerunt atque exinde generi propagando formam tradiderunt, ut et nunc duo, licet diuersa, etiam unita pariter effluant pariterque insinuata sulco et aruo suo pariter hominem ex utraque substantia effruticent, in quo rursus semen suum insit secundum genus, sicut omni condicioni genitali praestitutum est. igitur ex uno homine tota haec animarum redundantia, obseruante scilicet natura dei edictum: crescite et in multitudinem proficite. nam et in ipsa praefatione operis unius faciamus hominem, uniuersa posteritas pluraliter praedicata est: et praesint piscibus maris. nihil mirum; repromissio segetis in semine.

28. Quis ille nunc uetus sermo apud memoriam Platonis de animarum reciproco discursu, quod hinc abeuntes eant illuc et rursus huc ueniant et uiuant et dehinc e uita abeant, rursus ex mortuis effici uiuos? Pythagoricus, ut uolunt quidam; diuinum Albinus existimat, Mercurii forsitan Aegyptii. sed nullus sermo diuinus nisi dei unius, quo prophetae, quo apostoli, quo ipse Christus intonuit. multo antiquior Moyses etiam

18] Gen. 1, 27. 19] ibid. 1, 26. 22] Plat. Phaed. p. 70 sq.

2 deuirescimus *Bmg* 13 etiam] tamen *fort.* 17 obseruante agitur *B;* agitur *del. Gel* 22 ADVERSVS PLATONEM, NON ex mortuis fieri uiuos *B, Gel* 23 eant *Gel:* sint *B* 24 uiuant *Gel:* fiant *B* e uita abeant *Gel:* ita habeant *B* 25 quidam; diuinum Albinus existimat *Oehlerus:* quidam diuinus. Albinus (Malbinus *Bmg*) existimat *B,* quidam diuinus, Albini, ut existimo, aut *Gel,* quin et diuinus, ut Albinus existimat, aut *Urs* 26 Mercurrii *B*

Saturno nongentis circiter annis, nedum pronepotibus eius, certe diuinior multo, qui decursus generis humani ab exordio mundi quoque per singulas natiuitates nominatim temporatimque digessit, satis probatus diuinitatem operis ex diuinatione uocis. si uero Samius sophista Platoni auctor est de animarum recidiuatu reuolubili semper ex alterna mortuorum atque uiuentium suffectione, certe ille Pythagoras, etsi bonus cetera, tamen ut hanc sententiam exstrueret, non turpi modo, uerum etiam temerario mendacio incubuit. cognosce, qui nescis, et crede nobiscum. mortem simulat, subterraneo latitat, septenni se illic patientia damnat, interea quae de posteris defunctis ad fidem rerum esset relaturus ab unica conscia et ministra matre cognoscit; ut satis sibi uisus est corpulentiam interpolasse ad omnem mortui ueteris horrorem, de adytis fallaciae emergit ut ab inferis redditus. quis non crederet reuixisse, quem crediderat obisse, audiens praesertim ab eo quae de posteris mortuis nisi apud inferos non uideretur cognoscere potuisse? sic ex mortuis uiuos effici senior sermo est. quid enim, si et iunior? neque ueritas desiderat uetustatem neque mendacium deuitat nouellitatem. teneo plane falsum, antiquitate generosum; quidni falsum, cuius testimonium quoque ex falso est? quomodo credam non mentiri Pythagoram, qui mentitur ut credam? quomodo mihi persuadebit Aethalidem et Euphorbum et Pyrrhum piscatorem et Hermotimum se retro ante Pythagoram fuisse, ut persuadeat uiuos ex mortuis effici, qui iterum se Pythagoram peierauit? quanto enim credibilius ipse ex semetipso semel redisset in uitam quam totiens alius
f. 141 atque alius, tanto et in durioribus fefellit, | qui molliora mentitus est. sed clipeum Euphorbi olim Delphis consecratum recognouit et suum dixit et de signis uulgo ignotis probauit. respice ad hypogeum eius et, si capit, crede. nam qui talem commentus est stropham, cum iniuria bonae ualetudinis, cum fraude

4 probans *Gel* 5 animarum de *Gel* 11 septenni se illic patientia *Gel:* septennio illic patientiam *B* 23 Ephalidem *B* 24 Hermotimum *Pam:* Hermippum *B* 27 semel *Urs:* semet *B, del. Gel* 28 qui molliora] *ab his uerbis redit A* 31 hypogium *A*

uitae septennio excruciatae infra terram inedia, ignauia, umbra, cui tanti fuit fastidium caeli, quam non accesserit temeritatem, quam non temptauerit curiositatem, ut ad notam clipei illius perueniret? quid autem, si in historiis aliquibus occultioribus repperit? quid, si defectae iam traditionis superstites aliquas famae aurulas hausit? quid si ab aedituo redempta clam inspectione cognouit? scimus etiam magiam dicere explorandis occultis pericatabolicos et paredros et pythonicos spiritus. non enim et Pherecydes Pythagorae magister his forsitan artibus diuinabat, ne dicam somniabat? quid, si idem daemon in illo fuit, qui et in Euphorbo res sanguinis gessit? denique qui se Euphorbum ex argumento clipei probarat, cur neminem Troianorum commilitonum aeque recognouit? nam et illi iam reuixissent, si uiui ex mortuis fierent.

29. Mortuos quidem ex uiuis effici constat, non ideo tamen et ex mortuis uiuos. ab initio enim uiui priores, unde ab initio aeque mortui posteriores. non aliunde quam ex uiuis. illi habuerunt unde potius orirentur, dum ne ex mortuis. isti non habuerunt unde magis deducerentur, nisi ex uiuis. igitur si ab initio uiui non ex mortuis, cur postea ex mortuis? defecerat ille, quicumque est, originis fons? an formae paenituit? et quomodo in mortuis salua est? non quia ab initio mortui ex uiuis, idcirco semper ex uiuis? | aut enim in utraque parte f. 141v forma initii perseuerasset, aut in utraque mutasset, ut si uiuos ex mortuis postea fieri oportuerat, perinde oporteret etiam non ex uiuis effici mortuos. si non peraequare deberet fides institutionis, non usquequaque contraria ex contrariis reformari alternant. et nos enim opponemus contrarietates nati et innati, uisualitatis et caecitatis, iuuentae et senectae, sapientiae

3 tentauit *B* 6 aedetuo *A* 7 magiam *scripsi:* magiae *AB,* magos *Gel* licere *A* 8 pericatabolicos *scripsi:* per catabolicos *AB,* procatabolicos *Gel* parhedros *A* 9 pirecydes. *A* forsan *B* 11 gessit *Gel:* cessit *AB* 12 in euphorbbum *(*b *prius eras.) A* 16 et *B,* sed *A* 18 habuerant *B* potius orrentur *(*errentur *B) AB,* proficiscerentur *Gel* 19 habuerint *B* nisi ex uiuis *del. Gel* 21 origini *A* 24 in aut in *A corr.* ut si *B,* si *A* 26 uisuis *A corr.* mortuos, si non, peraequare deberet *disting. Hartelius* 29 uis ualitatis *A*

et insipientiae; nec tamen ideo innatum de nato prouenire, quia contrarium ex contrario fiat, nec uisualitatem iterum ex caecitate, quia de uisualitate caecitas accidat, nec iuuentam rursus de senecta reuiuescere, quia ex iuuenta senecta marcescat, nec insipientiam ex sapientia denuo obtundi, quia de insipientia sapientia acuatur. hic et Albinus Platoni suo ueritus subtiliter quaerit contrarietatum genera distinguere. quasi non et haec tam absolute in contrarietatibus posita sint quam et illa quae ad sententiam magistri sui interpretatur, uitam dico et mortem. nec tamen ex morte uita reddatur quia ex uita mors deferatur.

30. Quid autem ad cetera respondebimus? primo enim si ex mortuis uiui, sicut mortui ex uiuis, unus omnino et idem numerus semper haesisset omnium hominum, ille scilicet numerus qui primus uitam introisset. priores enim mortuis uiui, dehinc mortui ex uiuis et rursus ex mortuis uiui. et dum hoc semper ex isdem, ita totidem semper, qui ex isdem. nam neque plures aut pauciores exissent quam redissent. inuenimus autem apud commentarios etiam humanarum antiquitatum paulatim f. 142 humanum genus exuberasse, dum Aborigines | uel uagi uel extorres uel gloriosi quique occupant terras ut Scythae Parthicas, ut Temenidae Peloponnesum, ut Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam, ut Phoenices Africam, dum sollemnes etiam migrationes, quas ἀποικίας uocant, consilio exonerandae popularitatis in alios fines examina gentis eructant. nam et Aborigines nunc in suis sedibus permanent et alibi amplius

1 insapientiae *A corr.* idoneo *A* 2 cuiusualitatem *A* 3 quia de uisualitate *om. A* 4 reuiuiscere *B* 5 in sapientiam *A* obtendi *Gel* de *AB*, ex *Gel* 6 hic *scripsi:* haec *AB* 9 ad sententiam *Bmg*, absentiam *AB* interpretatur *Rig:* interpretantur *AB* 14 hesisset *A* hominum *om. A* 15 ex mortuis *B* 16 et rursus ex mortuis uiui *om. A* 17 hisdem *A*, iisdem *B* iisdem *B* nam *om. A* 18 pautiores *A* redissent *Rig:* redirent *AB* 19 autem *Gel:* etiam *AB* 20 humamanum *A* ab origine *ABmg* 21 aut *A corr.* scytae *A corr.* 22 particas *AB*, Parthicam *Urs* ut Temenidae Peloponnesum *om. A* Temenidae *Scal:* menidae *B*, Amyclae *Urs* 23 Phyges *B* ut *Gel:* et *AB* 24 amigrationes *A* ·ΑΠΟΙΚΙΑC· *A*, ἀποικίας *Bmg*, μετοικίας *B* uocant *A*, appellant *B* 26 Aborigines *Urs:* origines *AB*

gentilitatem fenerauerunt. certe quidem ipse orbis in promptu est cultior de die et instructior pristino. omnia iam peruia, omnia nota, omnia negotiosa, solitudines famosas retro fundi amoenissimi oblitterauerunt, siluas arua domuerunt, feras pecora fugauerunt, harenae seruntur, saxa panduntur, paludes eliquantur, tantae urbes quantae non casae quondam. iam nec insulae horrent nec scopuli terrent; ubique domus, ubique populus, ubique respublica, ubique uita. summum testimonium frequentiae humanae. onerosi sumus mundo, uix nobis elementa sufficiunt, et necessitates artiores, et querellae apud omnes, dum iam nos natura non sustinet. reuera lues et fames et bella et uoragines ciuitatum pro remedio deputanda, tamquam tonsura insolescentis generis humani; et tamen, cum eiusmodi secures maximam mortalium uim semel caedant, numquam restitutionem eius uiuos ex mortuis reducentem post mille annos semel orbis expauit. et hoc enim sensibile fecisset aequa uis amissionis et restitutionis, si uiui ex mortuis fierent. cur autem mille annis post et non statim ex mortuis uiui, cum, si non statim supparetur quod erogatum, in totum absumi periclitetur praeueniente restitutionem defectione, quia nec pariasset commeatus hic uitae miliario tempori longe scilicet | breuior et idcirco facilior ante extingui quam redaccendi? f. 142v
igitur quae hoc modo intercidisset ***, si uiui ex mortuis fierent, quando non intercidit, non erit credendum uiuos ex mortuis fieri.

31. Iam uero si ex mortuis uiui, utique singuli ex singulis. singulorum ergo corporum animas ut singulas in singula corpora reuerti oportuerat. porro si et binae et trinae et quinae usque uno utero resumuntur, non erunt ex mortuis uiui, quia non singuli ex singulis. et hoc autem modo primordii forma signatur,

1 faenerauerunt *A* 5 panduntur *Wissowa (coll. Liu. XXI, 37, 3):* panguntur *AB* 6 urbes iam quantae *Rig*, iam urbes quantae *Urs* 7 scopoli *A* 9 onerosi* *A* 10 quaerellae *A* 11 sustineret *A* 13 inolescentis *Rig* 18 et non *om. A* 19 erogatur *Urs* 21 pariasset *Gel:* parias set *A*, parias sed *B* milliario *A* 23 *lacunam signaui: talia fere perierunt* humani generis aetas 27 et *fort.* 30 signatur *Bmg*, singulatur *AB*

cum et nunc plures animae de una proferuntur. item cum uaria aetate discedant animae, cur una reuertuntur? omnes enim ab infantia imbuuntur. quale est autem ut senex defunctus infans reuertatur? si decrescit foris anima retrograda aetate, quanto magis erat ut progressior reuerteretur mille post annis? certe uel coaetanea suae mortis, ut aeuum quod reliquisset iterum recepisset. sed et si eaedem semper reuoluerentur, licet non corporum quoque formas easdem, tamen uel ingeniorum et studiorum et affectionum pristinas proprietates secum referre deberent, quoniam temere eaedem haberentur carentes his per quae eaedem probarentur. unde scias, inquis, an ita quidem fiat occulte, sed condicio miliarii aeui interimat facultatem recensendi, quia ignotae ibi reuertuntur? atquin scio non ita fieri, cum Pythagoran Euphorbum mihi opponis. ecce enim Euphorbum, militarem et bellicam animam satis constat uel de ipsa gloria clipeorum consecratorum, Pythagoran uero tam residem et inbellem, ut proelia tunc Graeciae uitans Italiae maluerit quietem geometriae et astrologiae et musicae deuotus, alienus studio et affectu Euphorbi. f. 143 sed et Pyrrhus ille fallendis piscibus agebat, | Pythagoras contra nec edendis, ut animalibus abstinens. Aethalides autem et Hermotimus fabam quoque in pabulis communibus inruerat, Pythagoras uero ne per fabalia quidem transeundum discipulis suis tradidit. quomodo ergo eaedem animae recuperantur, quae

2 uariaetate *A* decedant *Gel* 3 imbuuntur, qua infans reuertatur (reuertitur *Iun*). Quale *B* 4 retrogradua *A* 7 eaedem *B*, aedem *A*, eadem *Bmg* 8 easdem, licet non flatorum: tamen quoque fortes casam uel ingeniorum *B* 9 adiectionum *B* 10 aedem *A* 12 occultę *A* 13 reminiscendi *fort.* quia ignotae ibi *scripsi:* qua ignota et ibi *A*, quia ignorata et ibi *B*, quia ignota et sibi *Mercerus*, quia ignotae tibi *Rig* 14 pythagoram *B* **euporbum *A* 15 ecce enim Euphorbum *Rig:* ecce enim Euphorbum mihi opponis, ecce enim Euphorbum *B*, ecce enim *A* 16 consecrator *A* 17 pythagoram *B* pręlia *A* 18 graetiae *A* in italiae *A* quiete *A* 20 fallendi *A corr.* 21 nec edendis *B*, recedendis *A* Aethalides *Rig:* aephalides *AB* 22 Hermotimus *Paulus Leopardus:* Hermippus *B*, ermippus *A* inuenerat *fort.*, insuerat (= insueuerat *cf. de spect. c. 1*) *Hartelius* 24 aedem *A*

nec ingeniis nec institutis iam nec uictibus eaedem probabuntur? iam nunc de tanto Graeciae censu quatuor solae animae recensentur. sed et quid utique de solo Graeciae censu, ut non ex omni gente et ex omni aetate ac dignitate ex omni denique sexu et μετεμψυχώσεις et μετενσωματώσεις cotidie existant, cur solus Pythagoras alium atque alium se recognoscat, non et ego? aut si priuilegium philosophorum est, et utique Graecorum, quasi non et Scythae et Indi philosophentur, cur neminem et retro meminit Epicurus, neminem Chrysippus, neminem Zeno, ne ipse quidem Plato, quem forsitan Nestorem credidissemus ob mella facundiae?

32. Sed enim Empedocles, qui se deum delirarat, idcirco, opinor, dedignatus aliquem se heroum recordari, thamnus et piscis fui, inquit. cur non magis et pepo, tam insulsus, et chamaeleon, tam inflatus? plane ut piscis, ne aliqua sepultura conditiore putesceret, assum se maluit in Aetnam praecipitando. atque exinde in illo finita sit metensomatosis, ut aestiua cena post assum. proinde igitur et hic dimicemus necesse est aduersus portentosiorem praesumptionem bestias ex hominibus et homines ex bestiis reuoluentem. uiderint thamni. licebit et raptim; ne plus ridere quam docere cogamur. dicimus animam humanam nullo modo in bestias posse transferri, etiamsi secundum philosophos ex elementiciis substantiis | censeretur. f. 143v

12] cf. Diog. L. VIII 77 (Emped. fr. 384 Stein).

1 uitibus *A corr.* 2 gregię *A* quatuor — 3 censu *om. A* 3 ut *del. Urs* 4 et *om. B* ae*tate *A* 5 μετεμψυχώσεις et μετενσωματώσεις *Rig:* μετεμψύχωσις et μετενσωμάτωσις *B*, metempsyc(h)osis. etmetem somatosis *A* quotidie *A* 9 et *A*, se *B* 10 Zenon*e* (*e in ras. m. rec.*) *A* 11 *facun*diae (facun *ex* factum) *A* 12 ANIMAE METEMΨΥΧΩΣΙΣ ET METENΣΩΜΑΤΩΣΙΣ *B*, AD METEMPSYCHOSIS ET METENSOMATOSIS *A*, ADVERSVS PYTHAGORAE ET EMPEDOCLIS OPINIONES DE METEMPSYCHOSI ET METENSOMATOSI *Gel* empodocles *A* quia *A* 13 tamnus *A* 15 planę *A* sepultura conditiore putesceret *Urs:* sepultura conditio reputesceret *AB*, sepulturae conditio reputesceret *Gel*, sepulturae condicione putesceret *Mercerus* 16 aethnam *AB* 17 sit *B*, est *A* 18 perinde *ABmg* demicemus *A* 19 porteñsiorem *A* 20 licet *Lat* 21 et raptim *Rig:* et lapti *AB*, et lapathi *aut* bis elati *Lat*, et lupati *Urs*, et lapidi *Hartelius* 23 substanciis *A* censetur *A*

siue enim ignis anima siue aqua siue sanguis siue spiritus siue aer siue lumen, recogitare debemus contraria quaeque singulis speciebus animalia: igni quidem ea quae rigent, colubros stelliones salamandras, etiam quaecunque de aemulo producentur elemento, de aqua scilicet: perinde contraria aquae illa quae arida et exucida; denique siccitatibus gaudent lucustae papiliunculi chamaeleontes: item contraria sanguini quae carent purpura eius, cochleas uermiculos et maiorem piscium censum: spiritui uero contraria quae spirare non uidentur, carentia pulmonibus et arteriis, culices formicas tineas et hoc genus minutalia; item aeri contraria, quae semper subterraneum et subaquaneum uiuentia carent haustu eius; res magis quam nomina noueris: item contraria lumini quae caeca in totum uel solis tenebris habent oculos, talpas uesperugines noctuas. haec ut ex apparentibus et manifestis substantiis doceam. ceterum si et atomos Epicuri tenerem et numeros Pythagorae uiderem et ideas Platonis offenderem et entelechias Aristotelis occuparem, inuenirem fors his quoque speciebus animalia quae nomine contrarietatis opponerem. contendo enim, ex quacunque substantia supra dicta constitisset humana anima, non potuisse eam in tam contraria unicuique substantiae animalia reformari et censum eis de sua translatione conferre, a quibus excludi ac respui magis haberet quam admitti et capi nomine huius primae contrarietatis, quae substantiui status diuersitatem committit, tunc et reliquae per consequentem or-
f.144 dinem | cuiusque naturae. nam et sedes alias humana anima sortita est et uictus et instructus et sensus et affectus et concubitus et fetus; item ingenia, tum opera gaudia taedia uitia cupidines uoluptates ualetudines medicinas, suos postremo et uitae modos et exitus mortis. quomodo igitur illa anima quae terris inhaerebat, nullius sublimitatis, nullius profunditatis intrepida, ascensu etiam scalarum fatigabilis, submersu etiam

3 quidem *om. A* 4 daẹmulo *A* 5 aquae *Iun:* atque *AB, Gel,* utique *Rig* 6 *arida* A* exucida *B,* exsucina *A* denique ⟨quae⟩ *Hartelius* 8 cocleas *A* 11 semper ⟨per⟩ *Hartelius* 13 nouerim *Bmg* itāe *A* contraa *A corr.* 15 substanciis *A* 17 pytagorae *A corr.* 21 eam *B,* iam *ABmg* 24 prime *A* 32 scalarum—etiam *om. A*

piscinarum strangulabilis, aeri postea insultabit in aquila aut mari postea desultabit in anguilla? quomodo item pabulis liberalibus et delicatis atque curatis educata non dico paleas, sed spinas et agrestes amaritudines frondium et bestias sterquiliniorum, uermium etiam uenena ruminabit, si in capram transierit uel in coturnicem, immo et cadauerinam, immo et humanam, sui utique memor in urso et leone? sic et cetera ad incongruentiam rediges, ne singulis perorandis immoremur. ipsius animae humanae quisquis modus, quaecumque mensura, quid faciet in amplioribus longe uel minutioribus animalibus? necesse est enim et corpus omne anima compleri et animam omnem corpore obduci. quomodo ergo anima hominis complebit elephantum? quomodo item obducetur in culice? si tantum extendetur aut contrahetur, profecto periclitabitur. et ideo adicio: si nulla ratione capax est huiusmodi translationis in animalia nec modulis corporum nec ceteris naturae suae legibus adaequantia, numquid ergo demutabitur secundum qualitates generum et uitam eorum contrariam | humanae uitae, f.144v facta et ipsa contraria humanae per demutationem? enimuero si demutationem capit amittens quod fuit, non erit quae fuit, et si quae fuit non erit, soluta est metensomatosis, non adscribenda scilicet ei animae quae si demutabitur non erit quae fuit. illius enim metensomatosis dicetur quaecumque eam in suo statu permanendo pateretur. igitur si nec mutari potest, ne non sit ipsa, nec permanere in statu, quia contraria non capit, quaero adhuc causam aliquam fide dignam huiusmodi translationis. nam etsi quidam homines bestiis adaequantur pro qualitatibus morum et ingeniorum et affectuum, quia et deus,

2 a*n*guilla *A* 4 sterquilinorum *ex* sterquiliniorum *A* 5 uenenarum inabit *B* 6 *prius* et *om. A* cadauerinam carnem *fort.* 7 sic et *B,* si *A* 8 redige *B* 9 ipse *A* 11 et *prius om. A* 12 corpori *ABmg* 13 obducetur *Urs:* obduceretur *AB, Gel* 14 extenderetur *Gel* contrahetur *Urs:* contraheretur *AB, Gel* 15 si *AB,* quod *Gel* 17 demuta∗∗bitur *A* 18 contrarium | contrarium *A* 19 enimuero si demutationem *om. A* 20 non erit quae fuit *om. A* 21. 23 μετενσωμάτωσις *B* 22 quae fuit *addidi* 25 qui *fort.*

assimilatus est, inquit, homo inrationalibus iumentis, non ideo milui ex rapacibus fient et canes ex spurcis et pantherae ex acerbis aut oues ex probis et hirundines ex garrulis et columbae ex pudicis, quasi eadem substantia animae ubique naturam suam in animalium proprietatibus repetat. aliud est autem substantia, aliud natura substantiae; siquidem substantia propria est rei cuiusque, natura uero potest esse communis. suscipe exemplum. substantia est lapis, ferrum: duritia lapidis et ferri natura substantiae est. duritia communicat, substantia discordat. mollitia lanae, mollitia plumae: pariant naturalia earum, substantiua non pariant. sic et, si saeua bestia uel proba uocetur homo, sed non eadem anima. nam et tunc naturae similitudo notatur, cum substantiae dissimilitudo conspicitur. ipsum enim quod hominem similem bestiae iudicas, confiteris animam non eandem similem dicendo, non ipsam. sic et diuina pronuntiatio sapit pecudibus adaequans hominem |
f.145 natura, non substantia. ceterum nec deus hominem hoc modo notasset, si pecudem de substantia nosset.

33. Etiam cum iudicii nomine uindicatur hoc dogma, quod animae humanae pro uita et meritis genera animalium sortiantur, iugulandae quaeque in occisoriis et subigendae quaeque in famulatoriis et fatigandae in operariis et foedandae in inmundis, perinde honorandae et diligendae et curandae et appetendae in speciosissimis et probissimis et utilissimis et delicatissimis; et hic dicam: si demutantur, non ipsae dispungentur quae merebuntur, et euacuabitur ratio iudicii, si meritorum deerit sensus. deerit autem sensus meritorum, si status uerterit animarum; uertit autem status animarum, si non eaedem

1] Ps. 49, 21.

1 adsimulatus *Gel* in rationalibus *B* 3 aut oues ex probis *om. A* garullis (r *detersum*) *A* 8 suscipe *A*, suspice *B* 11 uel proba *om. A* 12 ut homo *fort.* 14 ipsud *A* 15 eandem similem; similem *B* 16 pronunciatio *A* adhaequans *A* 18 si *B*, et ipsi *A* pecudem eadem de substantia *fort.* nosse *A* 23 proinde *B* et diligendae *om. A* 24 delicatissimis *ABmg*, delectatissimis *B* 25 non ipsae dispungentur *om. A* 26 et *om. A* si *om. B* meritum *A* 27 deerit sensus—meritorum *om. A* 28 uertit—animarum *om. A* aedem *ex* eaedam *A*

perseuerauerint in iudicium. quod et Mercurius Aegyptius nouit, dicens animam digressam a corpore non refundi in animam uniuersi, sed manere determinatam, uti rationem, inquit, patri reddat eorum quae in corpore gesserit. uolo iudicii utique diuini iustitiam grauitatem maiestatem dignitatem recensere, si non sublimiore fastigio praesidet humana censura, plenior utriusque sententiae honore poenarum et gratiarum, seuerior in ulciscendo et liberalior in largiendo. quid putas futuram animam homicidae? aliquod, credo, pecus lanienae et macello destinatum, ut perinde iuguletur, quia et ipsa iugulauerit, perinde decorietur, quia et ipsa despoliauerit, perinde in pabulum proponatur, quia et ipsa bestiis fecerit eos quos in siluis et auiis trucidauerit. si ita iudicabitur, nonne illa anima plus solacii quam supplicii relatura est quod funus inter cocos pretiosissimos inuenit, quod condimentis Apicianis et Lurconianis humatur, quod mensis Ciceronianis infertur, quod lancibus splendidissimis Sullanis effertur, quod exsequias | conuiuium patitur, quod a coaequalibus de- f. 145v
uoratur potius quam a miluis et lupis, ut in hominis corpore tumulata et in suum genus regressa resurrexisse uideatur, exsultans aduersus humana iudicia, si ea experta est? namque illa sicarium uariis et exquisitis et iam praeter naturam eruditis feris dissipant et quidem uiuentem, immo nec facile morientem curata mora finis ad plenitudinem poenae. sed et si anima praefugerit ultimo gladio, ne corpus quoque euaserit ferrum; nihilominus iugulo latereque confossis costisque transfixis compensatio proprii facinoris exigitur. inde in ignem

2] cf. Herm. Trismeg. Poem. 10.

1 perseuerauerint (perseuerint *A*) aeque si perseuerauerint in iudicium *AB;* aeque si perseuerauerint *deleuit Wissowa mutata simul eorum quae sequuntur distinctione; pro* aeque si *proponebat Reifferscheidius* atque si, *Urs* aeque si non 2 in animam uniuersi *om. A* 6 pleno *Bmg* 7 poenarum et sententiarum et gratiarum *B* si uerior *A* 10 iuguletur — 11 perinde *om. A* 12 fecerit *AB,* obiecerit *Gel,* iecerit *fort.* os quas *Gel* auiis *A,* aruis *B* 13 quam supplicii *om. A* 14 coccos *B* preciosissimos *A* 15 luchronianis *A* 16 quod—effertur *om. A* syllanis *B* 20 expar tast *A* 21 preter *A* 22 facile nec *A* 23 pęnae *A* 25 nihilminus *A* latereque *scripsi:* utroque *AB, Urs,* uentreque *Lat,* uteroque *Hartelius* confosso *Urs*

datur, ut et sepultura puniatur. aliter denique non licet. nec tamen tanta est rogi cura, ut reliquias aliae bestiae inueniant; certe nec ossibus parcitur nec cineribus indulgetur nuditate plectendis. tanta est apud homines homicidii uindicta, quanta ipsa quae uindicatur natura. quis non praeferat saeculi iustitiam, quam et apostolus non frustra gladio armatam contestatur, quae pro homine saeuiendo religiosa est? si ceterorum quoque scelerum mercedem cogitemus, patibula et uiuicomburia et culleos et uncos et scopulos, cui non expediat apud Pythagoran et Empedoclen sententiam pati? nam et qui laboribus atque seruitiis puniendi in asinos utique et mulos recorporabuntur, quantum sibi de pistrinis et aquilegis rotis gratulabuntur, si metallorum et ergastulorum et operum publicorum ipsorumque carcerum licet otiosorum recordentur! perinde qui integre morati commendauerint iudici uitam, quaero praemia, sed potius inuenio supplicia. nimirum magna merces f. 146 bonis in animalia quaecumque restitui. | pauum se meminit Homerus Ennio somniante: sed poetis nec uigilantibus credam. et si pulcherrimus pauus et quo uelit colore cultissimus? sed tacent pennae, sed displicet uox, et poetae nihil aliud quam cantare malunt. damnatus est igitur Homerus in pauum, non honoratus. plus de saeculi remuneratione gaudebit, pater habitus liberalium disciplinarum, ut malit famae suae ornamenta quam caudae. age nunc, ut poetae in pauos uel in cycnos transeant, si uel cycnis decora uox est, quod animal indues uiro iusto Aeaco? quam bestiam integrae feminae Didoni? quam uolucrem patientia, quam pecudem sanctimonia, quem piscem innocentia sortientur? omnia famula sunt hominis, omnia subiecta, omnia mancipata. si quid horum futurus est, deminoratur illic ille cui ob merita uitae imagines, statuae et

6] cf. Rom. 13, 4.

2 ut ne *fort.* 3 pascitur *A* 9 et *duo priora del. Pam* 10 phytagoran *A* empedoclem *B* 12 pristinis *A* 13 et ergastulorum *om. A* 14 publicorumque carcerum *A* 15 perinde *Gel:* prinde *A,* proinde *B* 16 mertes *A* 19 *interrogationis signum posui* 21 non honoratus *Bmg,* honoratus *AB* 24 caudae. age *Lat:* gaudę. age *A,* gaudeat. Age *B,* caudae. at age *Scal* 26 Aeaco *Urs:* deloco *AB,* Deioci *Lat,* Deiocae *Paulus Leopardus* integre femine *A* 27 pacientia *A* 30 deminoratur *Rig:* diminoratur *AB* et *om. A*

tituli, honores publici, priuilegia rependuntur, cui curia, cui populus suffragiis immolat. o iudicia diuina post mortem humanis mendaciora, contemptibilia de poenis, fastidibilia de gratiis, quae nec pessimi metuant nec optimi cupiant, ad quae magis scelesti quam sancti quique properabunt, illi, ut iustitiam saeculi citius euadant, isti, ut tardius eam capiant. bene philosophi docetis, utiliter suadetis, leuiora post mortem supplicia uel praemia, cum, si quod iudicium animas manet, grauius debeat credi in dispunctione uitae quam in administratione, quia nihil plenius quam quod extremius, nihil autem plenius quam quod diuinius. deus itaque iudicabit plenius, quia extremius per sententiam aeternam tam supplicii quam refrigerii | nec in bestias, sed in sua corpora reuertentibus animabus et f. 146v hoc semel et in eum diem, quem solus pater nouit, ut pendula expectatione sollicitudo fidei probetur semper diem obseruans, dum semper ignorat, cotidie timens, quod cotidie sperat.

34. Nulla quidem ad hodiernum dementiae huiusmodi sententia erupit sub nomine haeretico, quae humanas animas refingat in bestias. sed necessarie hanc quoque speciem intulimus et exclusimus ut superioribus cohaerentem, quo perinde in pauo retunderetur Homerus sicut in Pythagora Euphorbus atque ita hac etiam metempsychosi siue metensomatosi repercussa illa rursus caederetur quae aliquid haereticis subministrauit. nam et Simon Samarites in actis Apostolorum redemptor spiritus sancti, posteaquam damnatus ab apostolo cum pecunia sua interitum frustra fleuit, conuersus ad ueritatis expugnationem quasi pro solacio ultionis, fultus etiam artis suae uiribus, ad praestigias uirtutis alicuius Helenen quandam Ty-

25] cf. Act. 8, 18 sqq.

3 mendiciora *Pam* contemptebilia *A* 4 ad quae *Urs:* at quae *A,* atque *B* 9 debet *A* 10 *extremius *A* 14 et *om. A* 16 quotidie *AB* quotidie *B* 18 ADVERSVS OPINIONEM SIMONIS HERETICI *AB* ad *B,* in *A* sententierupit *A* 19 suo *A* reuincat *Bmg* 20 necessarie *A* spetiem *A* 22 pauo retunderetur *A,* pauone tunderetur *B* euphorbus *A* 24 sumministrauit *A* 25 hactis *A* 26 apostolo *(aut* Petro*) Mercerus:* ipso *AB* 27 in interitum *A* 29 praestrigias *A* Helenem *B*

riam de loco libidinis publicae eadem pecunia redemit dignam sibi mercedem pro spiritu sancto. et se quidem fingit summum patrem, illam uero iniectionem suam primam, quam inieceerat angelos et archangelos condere: huius eam propositi compotem exilisse de patre et in inferiora desultasse atque illic praeuento patris proposito angelicas potestates genuisse, ignaras patris artificis mundi huius; ab his † non perinde animo retentam, ne digressa ea alterius genimina uiderentur, et idcirco
f. 147 omni contumeliae addictam, | ut nusquam discedere depretiatam liberet, humanae quoque formae succidisse uelut uinculis carnis coercendam; ita multis aeuis per alios atque alios habitus femininos uolutatam etiam illam Helenam fuisse exitiosissimam Priamo et Stesichori postea oculis, quem excaecasset ob conuicium carminis, dehinc reluminasset ob satisfactionem laudis; proinde migrantem eam de corporibus in corpora postrema dedecoratione sub titulo prostitisse Helenam uiliorem. hanc igitur esse ouem perditam, ad quam descenderit pater summus, Simon scilicet, et primum recuperata ea et reuecta nescio umeris an feminibus exinde ad hominum respexerit salutem quasi per uindictam liberandorum ex illis angelicis potestatibus, quibus fallendis et ipse configuratus aeque hominibus et hominem ementitus in Iudaea quidem filium, in Samaria uero patrem se gesserit. o Helenam inter poetas et haereticos laborantem, tunc adulterio, nunc stupro infamem! nisi quod de Troia gloriosius eruitur quam de lupanari; mille nauibus de Troia nec mille denariis forsitan de lupanari. erubesce, Simon, tardior in requirendo, inconstantior in retrahendo. at Menelaus statim insequitur amissam, statim repetit ereptam, decenni

1 locis *A* 2 finxit *Lat* 3 quam *scripsi:* qua *AB* 4 et archangelos *om. A* 7 non perinde animo (animo *ex* animam *A) AB*, perinde animo *Pam*, uero per inuidiam *Lat ex Irenaeo 1, 20*, compari inde animo *Oehlerus*, non pio quidem animo *fort.*, non pio perinde animo *Hartelius* 8 ea alterius *Gel:* ex alterius *AB*, ea alter *Bmg* 9 nunquam *Bmg* 10 succedisse *A* 13 et excaecasset *A* 16 Helenam Helena *fort.* 17 patrem *A* 19 humeris *A corr.* 21 hominibus et *Gel:* et hominibus *AB* 22 &mentitus *A corr.* 23 se *addidi* het *A corr.*, sed *B* 25 mille—26 lupanari *om. A* 27 trahendo *A* 28 statim insequitur amissam *om. A* perpetit *A*

proelio extorquet, non latens, non fallens, non cauillabundus. uereor ne ille magis pater fuerit qui circa Helenae recuperationem et uigilantius et audentius et diutius laborauerit.

35. Sed non tibi soli metempsychosis hanc fabulam instruxit. inde etiam Carpocrates utitur pariter magus, pariter fornicarius, etsi Helena minus. quidni? cum propter omnimodam diuinae et humanae disciplinae euersionem constituendam recorporari animas asseuerauerit? nulli enim uitam istam rato fieri | nisi f. 147v uniuersis quae arguunt eam expunctis, quia non natura quid malum habeatur, sed opinione. itaque metempsychosin necessarie imminere, si non in primo quoque uitae huius commeatu omnibus inlicitis satisfiat. scilicet facinora tributa sunt uitae. ceterum totiens animam reuocari habere quotiens minus quid intulerit, reliquatricem delictorum, donec exsoluat nouissimum quadrantem detrusa identidem in carcerem corporis. huc enim temperat totam illam allegorian domini certis interpretationibus relucentem et primo quidem simpliciter intellegendam. nam et ethnicus homo aduersarius noster est incedens in eadem uia uitae communis. ceterum oportebat nos de mundo exire, si cum illis conuersari non liceret. huic ergo bonum animi praestes iubet — diligite enim inimicos uestros inquit et orate pro maledicentibus uos — ne aliquo commercio negotiorum iniuria prouocatus abstrahat te ad suum iudicem, et in custodiam delegatus ad exsolutionem totius debiti arteris. tum si in diabolum transfertur aduersarii mentio, ex obseruatione comitante cum illo quoque moneris eam inire concordiam, quae deputetur ex fidei conuentione; pactus es enim renuntiare ipsi et pompae et angelis eius. conuenit inter uos de isto. haec erit amicitia obseruatione sponsionis, ne quid eius postea re-

14] Matth. 5, 26. 20] cf. ibid. 5, 44. 21] Luc. 6, 27 et 12, 58. 23] cf. Matth. 5, 25.

1 cauellabundus *A* 3 exaudentius *A* 4 AD (ADVERSVS *Gel*) CARPOCRATIS OPINIONEM *AB*, *Gel* 8 *interrogationis signum posui* 10 necessarię *A* 16 allegoriam *B* 17 intellegendum *A* 18 et *om. A* incaedens *A* uiam *A* 20 boni *A* 21 iubet *om. A* enim *om. A* et *del. Gel* 22 commertio *A* 23 in *B*, ad *A* 24 exsoluitionem *A* 27 renunciasse *A* 29 obseruatione *AB*, obseruatio *Bmg*, de obseruatione *fort.*

sumas ex his quae eierasti, quae illi reddidisti, ne te ut fraudatorem, ut pacti transgressorem iudici deo obiciat, sicut eum legimus alibi sanctorum criminatorem et de ipso etiam nomine diaboli delatorem, et iudex te tradat angelo executionis, et ille te in carcerem mandet infernum, unde non dimittaris, nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expenso. quid his sensibus aptius? quid his interpretationibus uerius? ceterum f. 148 apud Carpocraten si omnium | facinorum debitrix anima est, quis erit inimicus et aduersarius eius intellegendus? credo, mens melior, quae illam in aliquid innocentiae inpegerit adigendam rursus ac rursus in corpus, donec in nullo rea deprehendatur bonae uitae. hoc est ex malis fructibus bonam arborem intellegi, id est ex pessimis praeceptis doctrinam ueritatis agnosci. spero huiusmodi haereticos Heliae quoque inuadere exemplum, tamquam in Iohanne sic repraesentati, ut metempsychosi patrocinetur pronuntiatio domini: Helias iam uenit, et non cognouerunt eum, et alibi: et si uultis audire, hic est Helias, qui uenturus est. numquid ergo et Iudaei ex opinione Pythagorica consulebant Iohannen: tu es Helias? et non ex praedicatione diuina: et ecce mittam uobis Helian Thesbiten? sed enim metempsychosis illorum reuocatio est animae iam pridem morte functae et in aliud corpus iteratae. Helias autem non ex decessione uitae, sed ex translatione uenturus est, nec corpori restituendus, de quo non est exemptus, sed mundo reddendus, de quo est translatus, non ex postliminio uitae, sed ex supplemento prophetiae, idem et ipse, et sui nominis et sui hominis. sed quomodo Helias Iohannes? habes angeli uocem: et ipse, inquit, praecedet coram populo in uirtute et in spiritu Heliae, non in anima eius nec in

2] cf. Apoc. 12, 10. 4] cf. Matth. 5, 25 sq. 16] Matth. 17, 12. 17] ibid. 11, 14. 19] Ioh. 1, 21. 20] Mal. 4, 5. 28] Luc. 1, 17.

1 ei eierasti *B* eie reddidisti (eie *inductum*) *A* 4 diaboli *om. A* exsecutionis *A* 8 apud *B*, ad *A* 10 mens *A*, meus *B* aliud quid nocentiae *fort.* 15 sic *om. A* 16 patrocinentur praenuntio *A* 18 nunquid *A* 19 phythagorica *A* 20 predicatione *A* Heliam *B* 29 et *sup. uers. A* *alterum* in *om. A*

carne. hae enim substantiae sui cuiusque sunt hominis. spiritus uero et uirtus extrinsecus conferuntur ex dei gratia; ita et transferri in alterum possunt ex dei uoluntate, ut factum est retro de Mosei spiritu.

36. In has quaestiones inde opinor excessimus, quo nunc reuertendum est. constitueramus animam in ipso et ex ipso seri homine et unum esse a primordio | semen, sicut et carnis f. 148v in totum generis examen: propter aemulas scilicet opiniones philosophorum et haereticorum et illum sermonem Platonis ueternosum. nunc ordinem sequentium exinde tractatuum teximus. anima in utero seminata pariter cum carne pariter cum ipsa sortitur et sexum, ita pariter, ut in causa sexus neutra substantia teneatur. si enim in seminibus utriusque substantiae aliquam intercapedinem eorum conceptus admitteret, ut aut caro aut anima prior seminaretur, esset etiam sexus proprietatem alteri substantiae adscribere per temporalem intercapedinem seminum, ut aut caro animae aut anima carni insculperet sexum, quoniam et Apelles, non pictor, sed haereticus, ante corpora constituens animas uiriles ac muliebres, sicut ab Philumena didicit, utique carnem ut posteriorem ab anima facit accipere sexum. et qui animam post partum carni superducunt utique ante formatae, marem aut feminam de carne sexum praeiudicant animae. utriusque autem substantiae indiscreta semina et unita suffusio eorum communem subeunt generis euentum, qua lineas duxerit quaecumque illa est ratio naturae. certe et hic se primordiorum forma testatur, cum masculus temperius effingitur, prior enim Adam; femina aliquanto serius,

3] cf. Num. 12, 2 sq.

4 Mosis *Rig* 5 DE SEXV ANIMAE ET CARNIS (CARNIS ET ANIMAE *A)* PARITER ORIENTE *AB*, DE SEXV ANIMAE ET CARNIS QVOD SIMVL IN VTERO FORMENTVR *Gel* 13 in *add. Gel* 14 in aliquam *AB;* in *del. Gel* intercapidinem *A sic etiam postea* 15 aut *B,* ut *A* 18 quomodo *fort.* 19 mulieres *A* ab *Rig:* ad *A,* a *B* 20 Philomena *B* 21 carnis ducunt *A* 22 *post* formatae *uirgulam posui* fęminam *A* 23 indiscreta *Bmg,* discreta *AB* 24 unitas effusio *A* 26 certę *A*

posterior enim Eua. ita quamdiu caro informis est, qualis ex Adae latere decerpta est, animal tamen et ipsa iam, quia et illam tunc Adae portionem animatam agnoscam. ceterum et ipsam dei afflatus animasset, si non ut carnis, ita et animae ex Adam tradux fuisset in femina.

37. Omnem autem hominis in utero serendi struendi fingendi f. 149 paraturam | aliqua utique potestas diuinae uoluntatis ministra modulatur quamcumque illa rationem agitare sortita. haec aestimando etiam superstitio Romana deam finxit Alemonam alendi in utero fetus et Nonam et Decimam a sollicitioribus mensibus et Partulam, quae partum gubernet, et Lucinam, quae producat in lucem. nos officia diuina angelos credimus. ex eo igitur fetus in utero homo, a quo forma completa est. nam et Mosei lex tunc aborsus reum talionibus iudicat, cum iam hominis est causa, cum iam illi uitae et mortis status deputatur, cum et fato iam inscribitur, etsi adhuc in matre uiuendo cum matre plurimum communicat sortem. dicam aliquid et de temporibus animae nascentis, ut ordinem decurram. legitima natiuitas ferme decimi mensis ingressus est. qui numeros ratiocinantur, et decurialem numerum ut exinde reliquorum parentem colunt, denique perfectorem natiuitatis humanae. ego ad deum potius argumentabor hunc modum temporis, ut decem menses decalogo magis inaugurent hominem, ut tanto temporis numero nascamur quanto disciplinae numero renascimur. sed et cum septimo mense natiuitas plena est facilius quam octauo, honorem sabbati agnoscam, ut quoto die dedicata est dei condicio, toto mense interdum producatur dei imago. concessum est properare nati-

13] cf. Ex. 21, 22.

1 quamdiu *scripsi:* diu *AB,* dum *Hartelius* 3 Adae *om. A* animatam *Urs:* animam *AB* 5 faemina *A* 6 DE AETATE ANIMAE *AB,* DE AETATE CARNIS ET ANIMAE *Gel* figendi *A* 7 diuine *A* 8 illa *Urs:* illam *AB* hoc *A* estimando *A* 9 alendis—fetibus *fort.* 10 sollitioribus *A* 13 mosei *A,* Moysi *B,* Moysis *Rig* 14 hominis — 15 illi *om. A* 15 *alterum* et *om. A* 18 ut *om. A* ordine *A* 22 de decalogo *Hartelius* 23 nascimur *A* 26 quoto *Gel:* quo *AB* est *om. B* toto *B,* eo *A*

uitati et tamen idonee occurrere in hebdomadem, in auspicia resurrectionis et requietis et regni. ideo ogdoas nos non creat; tunc enim nuptiae non erunt. societatem carnis atque animae iamdudum commendauimus a concretione seminum ipsorum usque ad figmenti perfectionem. perinde nunc et a natiuitate defendimus, inprimis quod simul crescunt, sed diuersa ratione | pro generum condicione, caro modulo, anima ingenio, caro ha- f. 149v
bitu, anima sensu. ceterum animam substantia crescere negandum est, ne etiam decrescere substantia dicatur atque ita et defectura credatur; sed uis eius, in qua naturalia peculia consita retinentur, saluo substantiae modulo, quo a primordio inflata est, paulatim cum carne producitur. constitue certum pondus auri uel argenti, rudem adhuc massam: collectus habitus est illi et futuro interim minor, tamen continens intra lineam moduli totum quod natura est auri uel argenti. dehinc cum in laminam massa laxatur, maior efficitur initio suo per dilatationem ponderis certi, non per adiectionem, dum extenditur, non * dum augetur. etsi sic quoque augetur, dum extenditur; licet enim habitu augeri, cum statu non licet. tunc et splendor ipse prouehitur auri uel argenti, qui fuerat quidem et in massa, sed obscurior, non tamen nullus. tunc et alii atque alii habitus accedunt pro facilitate materiae, qua duxerit eam qui aget, nihil conferens modulo nisi effigiem. ita et animae crementa reputanda, non substantiua, sed prouectiua.

38. Quamquam autem et retro praestruxerimus, omnia naturalia animae ipsi substantiae inesse pertinentia ad sensum et intellectum ex ingenito animae censu, sed paulatim per

2] cf. Matth. 22, 30.

1 tam *Rig* idonee *Gel:* ideo ne *AB* ebdomadem *A* 3 sotietatem *A* 4 congregatione *ABmg* 5 perinde *A,* proinde *B* et natiuitatem *A* 6 diuisa *A* 9 crescere *A* adque *A* 10 qua naturalia *B,* quantunaturalia *A,* qua intus naturalia *Hartelius* pecunia *A corr.* 11 retinetur *A* 16 dilationem *B* 17 certe non ad periectionem *A* 18 *lacunam signauit Wissowa;* per incrementum *aut tale quid excidisse uidetur* 19 et splendor *B,* explendor *A* 21 nullius *Bmg* et *om. A* 23 agit *Pam* 24 prouectiua *Iun:* prouocatiua *AB* 25 DE CIBIS QVOMODO AD ANIMAM PERTINEANT *(PERTINERE VIDEANTVR B, Gel) AB, Gel* 26 sub substantiae *A* sensum *ex* sum *A* 27 ex *scripsi:* et *A,* et ex *B*

aetatis spatia procedere et uarie per accidentia euadere pro artibus, pro institutis, pro locis, pro dominatricibus potestatibus, quod tamen faciat ad carnis animaeque propositam nunc societatem, pubertatem quoque animalem cum carnali dicimus | f. 150 conuenire pariterque et illam suggestu sensuum et istam processu membrorum exsurgere a quarto decimo fere anno, non quia Asclepiades inde sapientiam supputat, nec quia iura ciuilia abhinc agendis rebus adtemperant, sed quoniam et haec de primordio ratio est. si enim Adam et Eua ex agnitione boni et mali pudenda tegere senserunt, ex quo id ipsum sentimus, agnitionem boni et mali profitemur. ab his autem annis et suffusior et uestitior sexus est, et concupiscentia oculis arbitris utitur et communicat placitum et intellegit quae sint ** et fines suos ad instar ficulneae * contagionis prurigine accingit et hominem de paradiso integritatis educit, exinde scabida etiam in ceteras culpas et delinquendi non naturales **, cum iam non ex instituto naturae, sed ex uitio. ceterum proprie naturalis concupiscentia unica est alimentorum solummodo, quam deus et in primordio contulit: ex omni ligno, inquit, edetis, et secundae post diluuium geniturae supermensus est: ecce dedi uobis omnia in escam tamquam holera faeni, prospectans non tam animae quam carni, etsi propter animam. auferenda est enim argumentatoris occasio, qui quod anima desiderare uideatur alimenta, hinc quoque mortalem eam intellegi cupit, quae cibis sustineatur, denique derogatis eis euigescat, postremo subtractis intercidat. porro non solum proponendum est, quisnam ea desideret, sed et cui; et si propter se, sed et cur et quando et quonam usque; tum quod aliud

19] Gen. 2, 16. 21] ibid. 9, 3.

1 uarię *A* accidentię *A corr.* 8 qm̃ *A*, quod *B* 9 a primordio *A* euua *A* 10 ex quo id *B*, et quoad *A* 13 *lacunam significaui:* instrumenta *uel simile quid intercidit* 14 fines] sinus *Hartelius nulla lacuna accepta lacunam signaui:* zonae *uel simile quid intercidit* prurigine *Bmg*, purigine *AB* 16 et—naturales *om. Rig* delinquenti *Iun lacunam significaui:* rationes *uel* uias *uel* modos *uel aliud eiusmodi uerbum desideratur* 17 institutio *A* 21 olęra *A* 22 prospectans *Urs:* prospectam *AB*, prospectum *Gel* 23 argumenta*toris* *A* 25 cybis *A*

natura desideret, aliud necessitate, aliud secundum proprietatem, aliud in causam. desiderabit igitur cibos anima sibi quidem ex causa necessitatis, carni uero ex natura proprietatis. certe enim domus animae caro est, et inquilinus carnis anima. | de- f. 150v
siderabit itaque inquilinus ex causa et necessitate huius nominis profutura domui toto inquilinatus sui tempore, non ut ipse substruendus nec ut ipse loricandus, nec ut ipse tibicinandus, sed tantummodo continendus, quia non aliter contineri possit quam domo fulta. alioquin licebit animae dilapsa domo ex destitutione priorum subsidiorum incolumi abire, habenti sua firmamenta et propriae condicionis alimenta, immortalitatem rationalitatem sensualitatem intellectualitatem arbitrii libertatem.

39. Quae omnia natiuitus animae conlata idem, qui in primordio inuidit, nunc quoque obumbrat atque deprauat, quominus aut ultro prospiciantur aut qua oportet administrentur. cui enim hominum non adhaerebit spiritus nequam ab ipsa etiam ianua natiuitatis animas aucupabundus uel qua inuitatus tota illa puerperii superstitione? ita omnes idololatria obstetrice nascuntur, dum ipsi adhuc uteri infulis apud idola confectis redimiti genimina sua daemoniorum candidata profitentur, dum in partu Lucinae et Dianae heiulatur, dum per totam hebdomadam Iunoni mensa proponitur, dum ultima die Fata Scribunda aduocantur, dum prima etiam constitutio infantis super terram Statinae deae sacrum est. quis non exinde aut totum filii caput reatui uouet aut aliquem excipit crinem aut totum nouacula prosecat aut sacrificio obligat aut sacro obsignat, pro gentica, pro auita, pro publica aut priuata deuotione? sic igitur et Socraten puerum adhuc spiritus daemo-

1 est natura desiderare *Bmg* 2 sibi] si *A corr.* 6 inquilinatui *A* 7 loricandus *Lat:* gloriandus *AB* 10 priorum *ABmg,* propriorum *B* 17 NVLLAM FERE *(*PENE *Gel)* ANIMAM SINE DAEMONIO *(*DEMONIO *A)* ESSE Cui *AB, Gel* nequam, qua *fort.* 18 innua *A corr.* uel] ultro *fort.* quia *Hartelius (cf. 380, 21)* 20 ipsi *Gel:* ipsa *AB* 22 eiulatur *B,* eiulantur *Bmg* 23 hebdomadem *A* 25 Statinae deae *Gel:* statim aedeae *AB* 26 filii *Gel:* feli *AB* eatui *A,* ea tui *Bmg* aliquid excipit; Crimen *A* 27 totum *scripsi:* tota *AB* 28 plublica *A corr.*

nicus inuenit. sic et omnibus genii deputantur, quod daemonum f. 151 nomen est. | adeo nulla ferme natiuitas munda est, utique ethnicorum. hinc enim et ap⌊ostolus⌋ ex sanctificato alterutro sexu sanctos procreari ait, tam ex seminis praerogatiua quam ex institutionis disciplina. ceterum, inquit, immundi nascerentur, quasi designatos tamen sanctitatis ac per hoc etiam salutis intellegi uolens fidelium filios, ut huius spei pignore matrimoniis, quae retinenda censuerat, patrocinaretur. alioquin meminerat dominicae definitionis: nisi quis nascetur ex aqua et spiritu, non inibit in regnum dei, id est non erit sanctus.

40. Ita omnis anima eo usque in Adam censetur, donec in Christo recenseatur, tamdiu immunda, quamdiu recenseatur; peccatrix autem, quia immunda, nec recipiens ignominiam ex carnis societate. nam etsi caro peccatrix, secundum quam incedere prohibemur, cuius opera damnantur concupiscentis aduersus spiritum, ob quam carnales notantur, non tamen suo nomine caro infamis. neque enim de proprio sapit quid aut sentit ad suadendam uel imperandam peccatelam. quidni? quae ministerium est, et ministerium non quale seruus uel minor amicus, animalia nomina, sed quale calix uel quid aliud eiusmodi, corpus, non anima. nam et calix ministerium sitientis est; nisi tamen qui sitit calicem sibi accommodarit, nihil calix ministrabit. adeo nulla proprietas hominis in choico nec ita caro homo tamquam alia uis animae et alia persona, sed res est alterius plane substantiae et alterius condicionis,

3] cf. 1 Cor. 7, 14. 9] Ioh. 3, 5. 12] cf. Rom. 5, 14. 21.

4 praerogatiua *B,* pocreatiua *ABmg* 6 sanctitati *Rig* ac *B,* hac *A* 7 saluti *Rig* pignora *B* 8 patrocinarentur *Gel* 9 nascatur *B* 10 inibit *A,* introibit *B,* ibit *Rig* 12 QVOMODO CARO PECCATRIX DICATVR *AB* 14 nec *addidi* respuens *Bmg, Oehlerus* ignominiam suam *Bmg, Oehlerus* ex carnis *AB,* et in carnem *Bmg, Oehlerus* 15 societate *B,* exsocietate *A, Oehlerus,* et societatem *Bmg* 17 notantur [infamia] *B* 21 animalia nomina *A,* animalia nomine *B,* animalis nomine *Gel,* animati et homines *Oehlerus* 23 est *om. A* tamen *om. A* 24 ideo *fort.* choicho *A* 26 alterius conditionis plane *B;* conditionis *del. Gel* plane—alterius *om. A*

addicta tamen animae ut suppellex, ut instrumentum in officia uitae. caro igitur increpatur in scripturis, quia nihil anima sine carne in operatione libidinis gulae uinulentiae saeuitiae idololatriae ceterisque carnalibus non sensibus, sed effectibus. denique sensus delictorum etiam sine effectibus | imputari solent f. 151v animae. qui uiderit mulierem ad concupiscentiam, iam adulterauit in corde. ceterum quid caro sine anima perinde in operatione probitatis iustitiae tolerantiae pudicitiae? porro quale est, ut, cui nec bona documenta propria subscribas, ei crimina adpingas? sed ea per quam delinquitur conuenitur ut illa a qua delinquitur oneretur, etiam in ministerii accusationem. grauior inuidia est in praesidem, cum officia pulsantur. plus caeditur, qui iubet, quando, nec qui obsequitur, excusatur.

41. Malum igitur animae, praeter quod ex obuentu spiritus nequam superstruitur, ex originis uitio antecedit, naturale quodammodo. nam, ut diximus, naturae corruptio alia natura est, habens suum dominum et patrem, ipsum scilicet corruptionis auctorem, ut tamen insit et bonum animae illud principale, illud diuinum atque germanum et proprie naturale. quod enim a deo est, non tam extinguitur quam obumbratur. potest enim obumbrari, quia non est deus, extingui non potest, quia a deo est. itaque sicut lumen aliquo obstaculo impeditum manet, sed non comparet, si tanta densitas obstaculi fuerit, ita et bonum in anima a malo oppressum pro qualitate eius aut in totum uacat occultata luce aut, qua datur, radiat inuenta libertate. sic pessimi et optimi quidam et nihilominus unum omnes animae genus. sic et in pessimis aliquid boni et in optimis nonnihil pessimi. solus enim deus sine peccato et solus homo sine peccato Christus, quia et deus Christus. sic et diuinitas animae in praesagia erumpit ex bono priore

6] Matth. 5, 28.

1 is in (is *inductum)* *A* 4 idolatriae *A* 6 mulierem *add. Pam* 10 appugnas *A* 11 in *om. A* 12 presidem *A* 17 dominum *scripsi:* deum *AB* 19 illud *ex* illum *A* propriae *A* 21 non est deus *om. A* 22 aliquod *A* 24 ita *Gel:* uia. ita *AB,* ⟨ob⟩uia, ita *Hartelius* 25 occultata luce *Rig:* occulta salute *AB* 30 presagia *ex* pressagia *A* proprio *Bmg*

et conscientia dei in testimonium prodit 'deus bonus' et 'deus uidet' et 'deo commendo'. propterea nulla anima sine crimine, f. 152 quia nulla sine boni semine. | proinde, cum ad finem peruenit, reformata per secundam natiuitatem ex aqua et superna uirtute detracto corruptionis pristinae aulaeo totam lucem suam conspicit. excipitur etiam a spiritu sancto, sicut in pristina natiuitate a spiritu profano. sequitur animam nubentem spiritui caro, ut dotale mancipium, et iam non animae famula, sed spiritus. o beatum conubium, si non admiserit adulterium!

42. De morte iam superest, ut illic materia ponatur, ubi ipsa anima consummatur. quamquam Epicurus uulgari satis opinione negarit mortem ad nos pertinere. quod enim dissoluitur, inquit, sensu caret et quod sensu caret, nihil ad nos. dissoluitur autem et caret sensu non ipsa mors, sed homo qui eam patitur. at ille ei dedit passionem, cuius est actio. quodsi hominis est pati mortem dissolutricem corporis et peremptricem sensus, quam ineptum ut tanta uis ad hominem non pertinere dicatur. multo coactius Seneca, post mortem, ait, omnia finiuntur, etiam ipsa. hoc si ita est, iam et mors ad semetipsam pertinebit, si et ipsa finitur; eo magis ad hominem, in quo inter omnia finiendo et ipsa finitur. mors nihil ad nos, ergo et uita nihil ad nos. si enim quo dissoluimur praeter nos, etiam quo compingimur extra nos. si ademptio sensus nihil ad nos, nec adeptio sensus quicquam ad nos. sed mortem quoque interimat qui et animam. a nobis ut de postuma uita et de alia prouincia animae, ita de morte tractabitur, ad quam uel ipsi pertinemus, si ad nos illa non pertinet. denique nec speculum eius somnus aliena materia est.

12] Epic. sent. nr. II p. 71 Usen. 18] Sen. Troad. 395.

1 *alterum* et *A*, est *B* 6 a *om. A* 8 et iam non *om. A* 10 DE MORTE. De *AB, Gel* materiam *Oehlerus* ponatur *scripsi:* ponat *AB* 11 consummatur *scripsi:* consummat *AB* quanquam *A* 13 et *om. A* 16 quid si *A* corporis et peremptricem *bis A* 20 sic *A* 21 omnib; *A* 23 quo *Gel:* quod *AB* quod *A corr.* 25 quia *B* 26 a *AB,* in *Gel* de postuma uita et *Rig:* depositum a uita et *AB,* depositum habitat et ut *Gel* 27 ista *quidam* 28 non pertinet *om. A* denique nec *om. A*

43. De somno | prius disputemus, post, mortem qualiter anima decurrat. non utique extranaturale est somnus, ut quibusdam philosophis placet, cum ex his eum deputant causis quae praeter naturam haberi uidentur. Stoici somnum resolutionem sensualis uigoris affirmant, Epicurei deminutionem spiritus animalis, Anaxagoras cum Xenophane defetiscentiam, Empedocles et Parmenides refrigerationem, Strato segregationem consati spiritus, Democritus indigentiam spiritus, Aristoteles marcorem circumcordialis caloris. ego me numquam ita dormisse praesumo ut ex his aliquid agnoscam. neque enim credendum est defetiscentiam esse somnum, contrarium potius defetiscentiae, quam scilicet tollit, siquidem homo somno magis reficitur quam fatigatur. porro nec semper ex fatigatione concipitur somnus, et tamen cum ex illa est, illa iam non est. sed nec refrigescentiam admittam aut marcorem aliquem caloris, cum adeo corpora somno concalescant, et dispensatio ciborum per somnum non facile procederet calore properabili et rigore tardabili, si somno refrigeraremur. plus est quod etiam sudor digestionis aestuantis est index. denique concoquere dicimur, quod caloris, non frigoris operatio est. perinde deminutionem animalis spiritus aut indigentiam spiritus aut segregationem consati spiritus immortalitas animae non sinit credi. perit anima, si minoratur. superest, si forte, cum Stoicis resolutionem sensualis uigoris somnum determinemus, quia corporis solius quietem procuret, non et animae. animam enim ut semper mobilem et semper exercitam numquam succidere quieti, alienae scilicet a statu immortalitatis; nihil enim immortale finem operis sui admittit, somnus autem finis est operis. denique corpori, cui mortalitas competit, ei soli quies f. 152v

1 DE SOMNO. Prius *AB*, DE SOMNO PERTINENTE AD TRACTATVM MORTIS. De somno prius *Gel* disputem *A* 4 preter *A* 5 epicurȩi *A* 6 cum cum *A* 7 Strato segregationem *om. A* 8 indigentiam spiritus *om. A* 12 si quid *A* 15 refrigerescentiam *A* coloris *A* 16 et *Gel:* ut *AB* 17 et rigore tardabili *om. A* 18 quod *om. A* 19 [con] quoque recedimur *A* 20 perinde *A*, proinde *B* diminutionem *A* 22 immortalis anima *B* 23 supest est *A* ut cum *fort.* 26 succidere *Lat:* succedere *AB*

f. 153 finem operis adlatura. | qui ergo de somni naturalitate dubitabit, habet quidem dialecticos in dubium deducentes totam naturalium et extranaturalium discretionem, ut et quae putauerit citra naturam esse naturae uindicari sciat posse, a qua ita esse sortita sunt, ut citra eam haberi uideantur, et utique aut natura omnia aut nulla natura. apud nos autem id poterit audiri quod dei contemplatio suggerit, auctoris omnium, de quibus quaeritur. credimus enim, si quid est natura, rationale aliquod opus dei esse. porro somnum ratio praeit, tam aptum, tam utilem, tam necessarium, ut absque illo nulla anima sufficiat, recreatorem corporum, redintegratorem uirium, probatorem ualetudinum, pacatorem operum, medicum laborum, cui legitime fruendo dies cedit, nox legem facit, auferens rerum etiam colorem. quodsi uitale salutare auxiliare somnus, nihil eiusmodi non rationale, nihil non naturale. sic et medici omne contrarium uitali salutari auxiliari extra naturales cardines relegant. nam et aemulas somno ualetudines, phreneticam atque cardiacam, praeter naturam iudicando naturalem somnum praeiudicauerunt; etiam in lethargo non naturalem notantes testimonio naturali respondent, cum in suo temperamento est. omnis enim natura aut defraudatione aut enormitate rescinditur, proprietate mensurae conseruatur. ita naturale erit statu, quod non naturale effici potest decessu uel excessu. quid, si et esum et potum de naturae sortibus eximas? nam et in his plurima somni praeparatura est. certe his a primordio naturae suae homo inbutus est. si apud deum discas, ille fons generis, Adam, ante ebibit soporem quam sitiit quietem, ante dormiit quam laborauit, immo quam et edit, | f. 153v immo quam et profatus est, ut uideant naturalem indicem

27] cf. Gen. 2, 21 sqq.

1 adlatura *Mercerus:* adlatur *A,* adulatur *B* 3 et extranaturalium *om. A* et *om. A* 5 sunt *Gel:* est *AB* 12 peractorem *Hartelius* 15 nihil non naturale *Pam:* [nihil non naturale rationale quod rationale] *B, om. A, Gel,* 'al. desunt' *Bmg* 16 naturales *AB,* naturae *Bmg, Gel* 18 atque cardiacam *om. A* 20 somnum naturalem spondent *fort.* in] sine *Hartelius* 24 et *prius del. Gel* 25 somni *AB,* homini *Hartelius* paratura *Pam* 29 uideamus *fort.* indigentiam somni *fort.,* indici somnum *Hartelius*

somnum omnibus naturalibus principaliorem. inde deducimur etiam imaginem mortis iam tunc cum recensere. si enim Adam de Christo figuram dabat, somnus Adae mors erat Christi dormituri in mortem, ut de iniuria perinde lateris eius uera mater uiuentium figuraretur ecclesia. ideo et somnus tam salutaris, tam rationalis etiam in publicae et communis iam mortis effingitur exemplar. uoluit enim deus et alias nihil sine exemplaribus in sua dispositione molitus paradigmate Platonico plenius humani uel maxime initii ac finis lineas cotidie agere nobiscum, manum porrigens fidei facilius adiuuandae per imagines et parabolas sicut sermonum ita et rerum. proponit igitur tibi corpus amica ui soporis elisum, blanda quietis necessitate prostratum, immobile situ, quale ante uitam iacuit, et quale post uitam iacebit, ut testationem plasticae et sepulturae, expectans animam quasi nondum conlatam et quasi iam ereptam. sed et illa sic patitur, ut alibi agere uideatur, dissimulatione praesentiae futuram absentiam ediscens. de Hermotimo sciemus. et tamen interim somniat: unde tunc somnia? nec quiescit nec ignauescit omnino nec naturam immortalitatis seruam sopori addicit. probat se mobilem semper: terra mari peregrinatur negotiatur agitatur laborat ludit dolet gaudet, licita atque inlicita persequitur, ostendit quod sine corpore etiam plurimum possit, quod et suis instructa sit membris, sed nihilominus necessitatem habeat rursus corporis agitandi. ita cum euigilauerit corpus, redditum officiis eius resurrectionem mortuorum | tibi affirmat. haec erit somni et ratio naturalis et f. 154
natura rationalis. etiam per imaginem mortis fidem initiaris, spem meditaris, discis mori et uiuere, discis uigilare, dum dormis.

3] cf. 1 Cor. 15, 45. 4] cf. Ioh. 19, 34. 8] cf. Plat. Phaed. p. 103.

2 censere *fort.* 3 figuram dabat *AB,* figurabat *Bmg, Gel* 6 salutares *A corr.* 9 quotidie *A* 13 prostratrum *A* 14 sculpturae *A* 15 spectans *A* et] aut *Hartelius* 16 ereptam *ABmg,* erectam *B* 17 absentiae *A* edisce *A* de Hermotimo sciemus *del. Gel* 18 unde tunc somnia *del. Gel* tunc *A,* sunt *B* 20 seruam sopori *Urs:* serii (seru *A)* soporis *AB,* seruam soporis *Gel,* feriis soporis *Oehlerus,* seruitio soporis *Hartelius* 21 peregrinantur *A corr.* negotiatur agitatur *om. A* 26 at haec *A*

44. Ceterum de Hermotimo. anima, ut aiunt, in somno carebat, quasi per occasionem uacaturi hominis proficiscente de corpore. uxor hoc prodidit. inimici dormientem nacti pro defuncto cremauerunt. regressa anima tardius credo homicidium sibi imputauit. ciues Clazomenii Hermotimum templo consolantur. mulier non adit ob notam uxoris. quorsum istud? utne, quia facile est uulgo existimare secessionem animae esse somnum, hoc quoque Hermotimi argumento credulitas subornetur? genus fuerat grauioris aliquanto soporis, ut de incubone praesumptio est uel de ea ualetudinis labe, quam Soranus opponit excludens incubonem, aut tale quid uitii, quod etiam Epimeniden in fabulam impegit, quinquaginta paene annos somniculosum. sed et Neronem Suetonius et Thrasymedem Theopompus negant umquam somniasse, nisi uix Neronem in ultimo exitu post pauores suos. quid, si et Hermotimus ita fuit, ut otium animae nihil operantis in somnis diuortium crederetur? omnia magis coniectes quam istam licentiam animae sine morte fugitiuae, et quidem ex forma continuam. si enim tale quid semel accidere dicatur, ut deliquium solis aut lunae, ita et animae, sane persuaderer diuinitus factum; congruere enim hominem seu moneri seu terreri a deo, uelut fulgure rapido, momentaneae mortis ictu:
f. 154v si non magis | in proximo esset somnium credi quod uigilanti potius accidere deberet, si non somnium magis credi oporteret.

45. Tenemur hic de somniis quoque Christianam sententiam expromere, ut de accidentibus somni, et non modicis iactatio-

13] cf. Suet. Nero 46.

1 DE HERMOTIMO *AB*, DE HERMOTIMI ANIMA *Gel* 2 uagaturi *Gel* hominis *Rig:* nominis *AB*, luminis *Gel*, somnis *Hartelius* 5 clazomeni *A* Hermotimum *Bmg, Gel,* hermippum *AB* consolatur *A corr. m. rec.* 6 q̃ursum *A* 7 utne *scripsi:* ut ne *B*, ne *A* ne quia] quia non *Gel* 8 somnum *Pam:* somnium *AB* 9 *interrogationis signum posui* 10 de ea *om. A* labe *om. A* 11 Epimenidem *B* 13 scutonius *A* Thrasimedem *Gel:* Thasimedem *B*, tharis medem *A* 15 animae — 16 diuortium *om. A* 16 crederet, ut *Lat* 18 continuae *Lat*, continua *fort.* 19 solis *A* persuadere *A* 21 terreri; adeo uult ut *A* 22 si — 23 oporteret *om. Rig* 23 nisi non *Hartelius* 24 DE SOMNIIS *AB*, DE SOMNIIS QVOMODO EA PATIATVR ANIMA ET VNDE EVENIANT *Gel* 25 somni et non *Rig:* somnii et non *AB*, somnii sed non *Bmg*, somnis et *fort.*

nibus animae, quam ediximus negotiosam et exercitam semper ex perpetuitate motationis, quod diuinitatis et immortalitatis est ratio. igitur cum quies corporibus euenit, quorum solacium proprium est, uacans illa a solacio alieno non quiescit et, si caret opera membrorum corporalium, suis utitur. concipe gladiatorem sine armis uel aurigam sine curriculis, gesticulantes omnem habitum artis suae atque conatum: pugnatur certatur, sed uacua iactatio est. nihilominus tamen fieri uidentur quae fieri tamen non uidentur; actu enim fiunt, effectu uero non fiunt. hanc uim ecstasin dicimus, excessum sensus et amentiae instar. sic et in primordio somnus cum ecstasi dedicatus: et misit deus ecstasin in Adam et dormiit. somnus enim corpori prouenit in quietem, ecstasis animae accessit aduersus quietem, et inde iam forma somnum ecstasi miscens et natura de forma. denique et oblectamur et contristamur et conterremur in somniis quam affecte et anxie et passibiliter, cum in nullo permoueremur, a uacuis scilicet imaginibus, si conpotes somniaremus. denique et bona facta gratuita sunt in somnis et delicta secura; non magis enim ob stupri uisionem damnabimur quam ob martyrii coronabimur. et quomodo, inquis, memor est somniorum anima, scilicet quam compotem esse non licet? hoc erit proprietas amentiae huius, quia non fit ex corruptela bonae | ualetudinis, sed ex ratione naturae; f.155
nec enim exterminat, sed auocat mentem. aliud est concutere, aliud mouere, aliud euertere, aliud agitare. igitur quod memoria suppetit, sanitas mentis est, quod sanitas mentis salua memoria ** stupet, amentiae genus est. ideoque non dicimur furere, sed somniare; ideo et prudentes, si quando, sumus. sapere enim nostrum licet obumbretur, non tamen extinguitur; nisi quod et ipsum potest uideri uacare tunc, ecstasin autem

11] Gen. 2, 21.

2 ex *A*, et *B* 4 proprium *om. A* 7 artis suae atque conatum *om. A* 8 iactio *A* 10 extasin *AB sic semper* 12 dormiit *A*, obdormiuit *B* 16 et *posterius om. A* 18 ei *B* 19 ob tupri *A* 22 ametiae *A* 27 *lacunam signaui: inciderunt talia* indicatur, si memoria ideoque *A*, ideo *B* dicimus *A corr.* 30 ecstasi *Hartelius*

hoc quoque operari de suo proprio, ut sic nobis sapientiae imagines inferat, quemadmodum et erroris.

46. Ecce rursus urgemur sententiam de ipsorum somniorum retractatu, quibus anima iactatur, exprimere. et quando perueniemus ad mortem? et hic dixerim: cum deus dederit, nullae longae morae eius quod eueniet. uana in totum somnia Epicurus iudicauit liberans a negotiis diuinitatem et dissoluens ordinem rerum et in passiuitate omnia spargens ut euentui exposita et fortuita. porro si ita est, ergo erit aliquis et ueritatis euentus, quia non capit solam eam euentui omnibus debito eximi. Homerus duas portas diuisit somniis, corneam ueritatis, fallaciae eburneam. perspicere est enim, inquiunt, per cornu, ebur autem caecum est. Aristoteles maiore sententiam mendacio recitans agnoscit et uerum. Telmessenses nulla somnia euacuant, imbecillitatem coniectationis incusant. quis autem tam extraneus humanitatis, ut non aliquam aliquando uisionem fidelem senserit? pauca de insignioribus perstringens Epicuro pudorem imperabo. Astyages Medorum regnator quod filiae Mandanae adhuc uirginis uesicam in diluuionem Asiae fluxisse somnio uiderit, Herodotus refert; item f. 155ᵛ anno post nuptias eius | ex isdem locis uitem exortam toti Asiae incubasse. hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior tradit. qui filium eius tanto operi ** interpretati sunt, non fefellerunt; siquidem Asiam Cyrus et mersit et pressit. Philippus Macedo nondum pater Olympiadis uxoris naturam obsignatam esse uiderat anulo, leo erat signum. crediderat praeclusam genituram, (opinor, quia leo semel pater est): ** Aristodemus uel Aristophon coniectans immo nihil uacuum ob-

7] cf. Epicur. fr. 328 Usen. 12] cf. Hom. Od. XIX 562 sqq. 20] cf. Herod. I 107. 108.

3 sententiam *scripsi:* etiam *A,* et iam *B* 4 retractatu] ueritate aut euentu *fort.* expromere *susp. Oehlerus* 8 ut] et *A* 12 eburnam *A* perspicere *scripsi*: respicere *AB* 13 autem *om. A* maiorem partem mendaciorum citans *fort.* sententiam *om. A* 14 mendatio *A* ei recitans *B* ueram *Rig,* uera *fort.* 21 hisdem *B,* eiusdem *Scal* 23 tanti operis *Bmg* *lacunam signaui: talia fere* fore parem *omissa sunt* interpretati *A* 24 pressit *A* 26 obsignatam esse *scripsi:* obsignasse *AB* uisus erat *Scal* 27 *lacunam signaui:* aduersatus est *uel simile quid intercidit*

signari filium et quidem maximi impetus portendi. Alexandrum qui sciunt, leonem anuli recognoscunt. Ephorus scribit. sed et Dionysii Siciliae tyrannidem Himeraea quaedam somniauit. Heraclides prodidit. et Seleuco regnum Asiae Laodice mater nondum eum enixa praeuidit. Euphorion prouulgauit. Mithridaten quoque ex somnio Ponti potitum a Strabone cognosco, et Baralirem Illyricum a Molossis usque Macedoniam ex somnio dominatum de Callisthene disco. nouerunt et Romani ueritatis huiusmodi somnia. reformatorem imperii, puerulum adhuc et priuatum loci, et Iulium Octauium tantum et sibi ignotum M. Tullius iam et Augustum et ciuilium turbinum sepultorem de somnio norat. in Vitellii commentariis conditum est. nec haec sola species erit summarum praedicatrix potestatum, sed et periculorum et exitiorum: ut cum Caesar in proelio perduellium Bruti et Cassi Philippis aeger alias, maius tamen discrimen ab hostibus relaturus, de Artori uisione destituto tabernaculo euadit: ut cum Polycrati Samio filia crucem prospicit de solis unguine et lauacro Iouis. reuelantur et honores | et ingenia per quietem, praestantur et medellae, produntur et f. 156 furta, conferuntur et thesauri. Ciceronis denique dignitatem paruuli etiamnunc gerula iam sua inspexerat. cycnus de sinu Socratis demulcens homines discipulus Plato est. Leonymus pyctes ab Achille curatur in somniis. coronam auream cum ex arce Athenae perdidissent, Sophocles tragicus somniando redinuenit. Neoptolemus tragoedus apud Roeteum Troiae et

3 dionisius *A* siciliȩ *ex* siliciȩ *A* hemerea quaedam *B*, hemere. aquaedam *A* 4 seleucho *B* 5 praenixa *A* promulgauit *A* mitridaten *A*, Mithridatem *B* 6 quoquo *A* 7 Balaridem *B* illyricum. mallosis *A* 8 Callisthene disco. Nouerunt *B*, gallis tenendis cognouerunt *A* 10 *alterum* et *om. A* Octauianum *fort.* 12 norant *Gel* Vitellii *Rig:* uitelliis *AB* 13 speties *A* 14 praelio *Rig:* praelium *AB* 15 Philippis *Gel:* philippus *AB* alias, maius tamen discrimen ab hostibus relaturus, de Artori *Hartelius:* alias maius tamen alias crimen ab hostibus relaturum se artori *AB*, alias maiestatem, alias crimen (discrimen *Pam*) ab hostibus relaturus, Artorii *Gel, Pam,* maius tamen alias discrimen Artorii *Rig,* alias, maius tamen ratus discrimen ab hostibus relaturum se, Artori *Oehlerus* 18 soli sanguine *A* 21 suam *Gel* 22 Cleonymus *Gel* 24 prodidissent *B* tragigus *A* 25 Rheteum *Pam:* ritreum *A*, Erithreum *B* et *addidi*

sepulchrum Aiacis monitus in somnis ab ipso ruina liberatur, et cum lapidum senia deponit, diues inde auro redit. quanti autem commentatores et affirmatores in hanc rem? Artemon Antiphon Strato Philochorus Epicharmus Serapion Cratippus Dionysius Rodius Hermippus, tota saeculi litteratura. solum, si forte, ridebo, qui se existimauit persuasurum, quod prior omnibus Saturnus somniarit; nisi si et prior omnibus uixit Aristoteles. ignosce ridenti. ceterum Epicharmus etiam summum apicem inter diuinationes somniis extulit cum Philochoro Atheniensi. nam et oraculis hoc genus stipatus est orbis, ut Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Trophoni in Boeotia, Mopsi in Cilicia, Hermionae in Macedonia, Pasiphaae in Laconica. cetera cum suis et originibus et ritibus et relatoribus, cum omni deinceps historia somniorum Hermippus Berytensis quinione uoluminum satiatissime exhibebit. sed et Stoici deum malunt prouidentissimum humanae institutioni inter cetera praesidia diuinatricum artium et disciplinarum somnia quoque nobis indidisse, peculiare solacium naturalis oraculi. haec quantum ad fidem
f. 156v somniorum | a nobis quoque consignandam et aliter interpretandam. nam de oraculis etiam ceteris, apud quae nemo dormitat, quid aliud pronuntiabimus quam daemonicam esse rationem eorum spirituum qui iam tunc in ipsis hominibus habitauerint uel memorias eorum affectauerint ad omnem malitiae suae scaenam in ista aeque specie diuinitatem mentientes eademque industria etiam per beneficia fallentes medicinarum et admonitionum et praenuntiationum, quo magis laedant iuuando, dum per ea quae iuuant ab inquisitione uerae diuinitatis abducunt ex insinuatione falsae? et utique non clausa

1 ab ipsa *B* liberat *A* 3 et affirmatores *om. A* arthemon *A* 5 dyoni*sius *ex* dioni*sius *A,* et Dionysius *B* 11 apud Horopum Amphiloci *B,* apudor optumam philoci *A* 12 throphonii *B* boetia *A* calicia *A* 13 pasiphae *B,* pasiphę *A* 14 relationibus *Semlerus* 15 berytensis *A,* Berithensis *B* 18 nobis *B,* magis *ABmg* 20 taliter *Rig* interpretandam *Gel:* interpretandum *AB* 22 pronunciabimus *A* daemoniacam *Rig* 24 uel *A,* uel ad *B* 25 specię *A* 27 *alterum* et *om. A* pręnuntiatione *A* quae *Gel* 29 insinuationem *A*

uis est nec sacrariorum circumscribitur terminis; uaga et peruolatica et interim libera est. quo nemo dubitauerit domus quoque daemoniis patere nec tantum in adytis, sed in cubiculis homines imaginibus circumuenire.

47. Definimus enim a daemoniis plurimum incuti somnia, etsi interdum uera et gratiosa, sed, de qua industria diximus, affectantia atque captantia, quanto magis uana et frustratoria et turbida et ludibriosa et immunda. nec mirum, si eorum sunt imagines, quorum et res. deo autem pollicito scilicet et gratiam spiritus sancti in omnem carnem et sicut prophetaturos, ita et somniaturos seruos suos et ancillas suas, ea deputabuntur, quae ipsi gratiae comparabuntur, si qua honesta sancta prophetica reuelatoria aedificatoria uocatoria, quorum liberalitas soleat et in profanos destillare, imbres etiam et soles suos peraequante deo iustis et iniustis, siquidem et Nabuchodonosor diuinitus somniat et maior paene uis hominum ex uisionibus deum discunt. sicut ergo dignatio dei et in ethnicos, ita et temptatio mali in sanctos, a quibus nec interdiu absistit, ut uel dormientibus obrepat qua potest, si uigilantibus non potest. | tertia species erunt somnia, quae sibimet ipsa anima f. 157
uidetur inducer⌊e⌋ ex intentione circumstantiarum. porro quia non est ex arbitrio somniare (nam et Epicharmus ita sentit), quomodo ipsa erit sibi causa alicuius uisionis? num ergo haec species naturali formae relinquenda est seruans animae etiam in ecstasi res suas perpeti? ea autem, quae neque a deo neque a daemonio neque ab anima uidebuntur accidere, et praeter opinionem et praeter interpretationem et praeter enarrationem facultatis ipsi proprie ecstasi et rationi eius separabuntur.

9] cf. Ioel 3, 1. 14] cf. Matth. 5, 45. 15] cf. Dan. 2, 1 sq.

6 de *del. Iun* 8 et *alterum del. Rig* 9 deo *scripsi:* a deo *AB* et *inductum A* 13 uocatoria *om. A* 17 et in *om. A* 18 in] et in *A* abs*i*stit *A* 21 quia *scripsi:* quam *AB,* qua *Urs,* quoniam *Lat* 22 picharmus *A* 24 speties *A* forma *A* 26 alnima *A corr.* 27 interpre̥tationem *A* 28 narrationem *A* proprie̥ *A*

48. Certiora et colatiora somniari affirmant sub extimis noctibus quasi iam emergente animarum uigore prodacto sopore. ex temporibus autem anni uerno magis quieta, quod aestas dissoluat animas et hiemps quodammodo obduret et autumnus temptator alias ualetudinum sucis pomorum uinosissimis diluat. item ex ipsius quietis situ, si neque resupina neque dextero latere decumbat neque conresupinatis internis quasi refusis loculis statio sensuum fluitet aut compressu iecoris angina sit mentis. sed haec ingeniose aestimari potius quam constanter probari putem, etsi Plato est, qui ea aestimauit; et fortasse an casu procedant. alioquin ex arbitrio erunt somnia, si dirigi poterunt. nam quod et de cibis distinguendis uel derogandis nunc praesumptio nunc superstitio disciplinam somniis praescribit, examinandum est. superstitio, ut cum apud oracula incubaturis ieiunium indicitur uel castimonia inducitur, praesumptio, ut cum Pythagorici ob hanc quoque speciem fabam respuunt onerosum et inflatui pabulum. atquin trina illa cum f. 157v Daniele fraternitas | legumine solo contenti, ne regiis ferculis contaminarentur, praeter sapientiam reliquam somniorum praecipue gratiam a deo redemerunt et impetrandorum et dissecrendorum. ieiunus autem nescio an ego solus plurimum ita somniem, ut me somniasse non sentiam. nihil ergo sobrietas, inquis, ad hanc partem? immo tanto magis ad hanc, quantum et ad omnem; si et ad superstitionem, multo amplius ad religionem. sic enim et daemonia expostulant eam a suis somniatoribus ad lenocinium scilicet diuinitatis, quia familiarem dei

10] cf. Plat. Tim. p. 71. 18] cf. Dan. 2, 16 sq.

1 collatiora *A corr.* 2 producto *Semlerus* 3 autem *om. A* aestas *om. A* 4 hyems *B* 5 sucis *Gel:* sucus *A,* succus *B* 6 neque. neq: *A* 7 refusis *B,* repulsis *ABmg* loculis *Gel:* localis *AB* 8 fluitet aut *Gel:* fluit et aut *AB* compressu *Gel:* compressa *AB* angina *B,* sagina *ABmg* 12 decorandis *A,* decurandis *Rig* 15 uel *scripsi:* ut *B, om. A* castimonia inducitur *om. A* castimonia *scripsi:* castimoniam *B* inducitur *scripsi:* inducit *B,* inducat *Gel* 16 spetiem *A* 17 et inflatum *Gel,* ex inflatu *fort.* 20 a *sup. uers. A* imperandorum *A* 21 ieiuniis *B*

norunt, quia et Daniel rursus trium hebdomadum statione caruit uictu, sed ut deum inliceret humiliationis officiis, non ut animae somniaturae sensum et sapientiam strueret, quasi non in ecstasi acturae. ita non ad ecstasin summouendam sobrietas proficiet, sed ad ipsam ecstasin commendandam, ut in deo fiat.

49. Infantes qui non putant somniare, cum omnia animae pro modo aetatis expungantur in uita, animaduertant succussus et nutus et renidentias eorum per quietem, ut ex re comprehendant motus animae somniantis facile per carnis teneritatem erumpere in superficiem. sed et quod Libyca gens Atlantes caeco somno noctem transigere dicuntur, animae utique natura non taxatur. porro aut Herodoto fama mentita est nonnumquam in barbaros calumniosa aut magna uis eiusmodi daemonum in illo climate dominatur. si enim et Aristoteles heroem quendam Sardiniae notat incubatores fani sui uisionibus priuantem, erit et hoc in daemonum libidinibus, tam auferre somnia quam inferre, ut Neronis quoque seri somniatoris et Thrasymedis insigne inde processerit. | sed et a deo f.158
deducimus somnia. quid ergo nec a deo Atlantes somniarent, uel quia nulla iam gens dei extranea est in omnem terram et in terminos orbis euangelio coruscante? num ergo aut fama mentita est Aristoteli aut daemonum ad hoc ratio est, dum ne animae aliqua natura credatur immunis somniorum?

50. Satis de speculo mortis id est de somno, tum etiam de negotiis somni id est de somniis. nunc ad originem huius

1] cf. Dan. 10, 1 sq. 13] cf. Herod. IV 184.

1 danihel *A* 2 caruit *Mercerus:* aruit *AB* 4 non in] non aliter (*uel* alias) in *fort.*, non sine *Hartelius* in *om. A* 5 commodandam *fort.* 7 omni *A* 11 Atlantes *Gel:* atlantico *A,* athlantico *B* 12 noctem *Gel:* non *B, om. A,* 'al. deest non' *Bmg* itaque *A* 13 non taxatur *scripsi:* taxantur *AB,* taxatur *Gel* 15 et *om. A* 16 heroen *B* 18 auferes omnia *A* 19 tharsi medis *A* 20 somnia *Bmg,* omnia *AB* Athlantes *B* 22 nunc *Kellnerus,* unum (*cf. 391, 7*) *Hartelius* 23 ad hoc *scripsi:* adhuc *AB* 24 animae *om. B* 25 DE MORTIS VI (VI *om. A*) ET DE MENANDRO HAERETICO (HERETICO *A*) *AB, Gel* tum *Urs:* cum *AB*

excessus, id est ad ordinem mortis, quia nec ipsa sine quaestionibus, licet finis omnium quaestionum. publica totius generis humani sententia mortem naturae debitum pronuntiamus. hoc stipulata est dei uox, hoc spopondit omne quod nascitur; ut iam hinc non Epicuri stupor suffundatur negantis debitum istud ad nos pertinere, sed haeretici magi Menandri Samaritani furor conspuatur dicentis mortem ad suos non modo non pertinere, uerum nec peruenire. in hoc scilicet se a superna et arcana potestate legatum, ut immortales et incorruptibiles et statim resurrectionis compotes fiant, qui baptisma eius induerint. legimus quidem pleraque aquarum genera miranda, sed aut ebriosos reddit Lyncestarum uena uinosa aut lymphaticos efficit Colophonis scaturrigo daemonica, aut (Alexandro accidit) Nonacris Arcadiae uenenata. fuit et Iudaeae lacus medicus ante Christum. plane Stygias paludes poeta tradidit mortem diluentes. sed et Thetis filium planxit. quamquam
f. 158v si et Menander in Stygem mergit, moriendum erit | nihilominus, ut ad Stygem uenias; apud inferos enim dicitur. quaenam et ubinam ista felicitas aquarum, quas nec Iohannes baptizator praeministrauit nec Christus ipse discipulis demonstrauit? quod hoc Menandri balneum? comicum credo. sed cur tam infrequens, tam occultum, quo paucissimi lauant? suspectam enim faciam tantam raritatem securissimi atque tutissimi sacramenti, apud quod nec pro deo ipso mori lex est, cum contra omnes iam nationes ascendant in montem domini et in aedem dei Iacob mortem per martyrium quoque flagitantis, quam de Christo etiam suo exegit? nec magiae tantum dabit quisquam, ut eximat mortem aut repastinet uitis modo uitam aetate renouata. hoc enim ne Medeae quidem licuit in hominem, etsi licuit in ueruecem. translatus est Enoch et Helias nec mors

30] cf. Gen. 5, 24 et 2 Reg. 2, 11.

1 ordinem *ABmg*, originem *B* ipsa *scripsi:* ipsam *AB* 2 finis *scripsi:* finem *AB* 6 magis *Urs* 12 sed aut] scilicet ut *Oehlerus* aut] ut *Oehlerus* 13 aut] ut *Oehlerus* 14 iudeae *A* 15 amne Christi *Bmg* 16 quanquam *A* Stygen *B* 21 comicum *AB*, magicum *Urs* quur *B* 22 quod paucis simulabant *Bmg* 26 de Christo *B*, dextro *A* 29 ne Medeae *Gel:* ne medię *A*, Nemediae *B* in hominem, etsi licuit *om. A* 30 uerbecem *AB*

eorum reperta est, dilata scilicet. ceterum morituri reseruantur, ut antichristum sanguine suo extinguant. obiit et Iohannes, quem in aduentum domini remansurum frustra fuerat spes. fere enim haereses ad nostra exempla prosiliunt inde sumentes praesidia, quo pugnant. postremo compendium est: ubi sunt illi quos Menander ipse perfudit, quos in Stygem suam mersit? apostoli perennes ueniant assistant. uideat illos meus Thomas, audiat contrectet et crediderit.

51. Opus autem mortis in medio est, discretio corporis animaeque. sed quidam ad immortalitatem animae, quam quidem non a deo edocti infirme tuentur, ita argumentationes emendicant, ut uelint credi etiam post mortem quasdam animas adhaerere corporibus. ad hoc enim et Plato, etsi quas uult animas ad caelum statim expedit, in Politia tamen cuiusdam | insepulti cadauer opponit longo tempore sine ulla labe prae f. 159 animae scilicet indiuiduitate seruatum. ad hoc et Democritus crementa unguium et comarum in sepulturis aliquanti temporis denotat. porro et aeris qualitas corpori illi potuit tutela fuisse. quid enim, si aridior aer et solum salsius? quid, si et ipsius corporis substantia exsucior? quid, si et genus mortis ante iam corruptrices materias erogarat? ungues autem cum exordia neruorum sint, merito neruis resolutione porrectis prouectiores et cotidie deficiente carne expelli uidentur. comae quoque alimenta de cerebro, quod aliquamdiu durare praestat secreta munitio. denique in uiuentibus etiam pro cerebri ubertate uel affluit capillago uel deserit. habes medicos. sed nec modicum quid animae subsidere in corpore est decessurum quandoque et ipsum, cum totam corporis scaenam tempus aboleuerit. et hoc enim in opinione quorundam est. propterea nec ignibus

2] cf. Apoc. 11, 3 et Ioh. 21, 23. 7] cf. Ioh. 20, 24 sq. 13] cf. Plat. Phaed. p. 69. Polit. X p. 614 sq.

2 ioannes *AB* 7 assistant *A* 8 crediderit *scripsi:* credidit *AB,* credat *Pam* 9 NIHIL ANIMAE IN CORPORE SVBREMANERE *AB;* POST MORTEM *add. Gel* 10 quidem *Urs* quidem *Oehlerus:* quidam *AB* 14 celum *A* politiam *A* 20 exsuccior *B,* exsuctior *A* 21 corruptelae *ABmg* erogat *ABmg* 23 et *A,* sed *B,* ex *fort.* quotidie *A* 24 prestat *A* 25 crebri *A* 26 affluit *Gel:* afluit *A,* affuit *B*

funerandum aiunt parcentes superfluo animae. alia est autem ratio pietatis istius, non reliquiis animae adulatrix, sed crudelitatis etiam corporis nomine auersatrix, quod et ipsum homo non utique mereatur poenali exitu impendi. ceterum anima indiuisibilis ut immortalis etiam mortem indiuisibilem exigit credi, non quasi immortali, sed quasi indiuisibili animae indiuisibiliter accidentem. diuidetur autem et mors, si et anima, superfluo scilicet animae quandoque morituro. ita portio mortis cum animae portione remanebit. nec ignoro aliquod esse uestigium opinionis istius. de meo didici. scio feminam quandam uernaculam ecclesiae forma et aetate integra functam post unicum et breue matrimonium cum in pace dormisset et mo- f. 159v rante adhuc | ⌊se⌋pultura interim oratione presbyteri componeretur, ad primum halitum orationis manus a lateribus dimotas in habitum supplicem conformasse rursumque condita pace situi suo reddidisse. est et illa relatio apud nostros, in coemeterio corpus corpori iuxta collocando spatium recessu communicasse. si et apud ethnicos tale quid traditur, ubique deus potestatis suae signa proponit suis in solacium, extraneis in testimonium. magis enim credam in testimonium ex deo factum quam ex ullis animae reliquiis, quae si inessent, alia quoque membra mouissent, et si manus tantum, sed non in causam orationis. corpus etiam illud non modo fratri cessisset, uerum et alias mutatione situs sibimet ipsi refrigerasset. certe undeunde sunt ista, signis potius et ostentis deputanda, naturam facere non possunt. mors, si non semel tota est, non est. si quid animae remanserit, uita est. non magis uitae miscebitur mors quam diei et nox.

52. Hoc igitur opus mortis, separationem carnis atque animae, seposita quaestione fatorum et fortuitorum, bifariam distinxit

3 homo] id est homo *uel* scilicet homo *fort.*, huno, *Hartelius* 5 inuisibilis *ABmg* inuisibilem *ABmg* 6 indiuisibili *Gel:* inuisibili *AB* indiuisibiliter *Bmg,* inuisibiliter *AB* 7 et *prius om. A* 8 morituro *Urs:* moriturae *AB* 11 uernacula *Harnackius* 14 habitum *B,* aditum *Urs* 16 illa *AB,* alia *Gel* 17 corpori fratris *fort.* colocando *A* recessu *Gel:* accessu *AB,* accessui *Hartelius* 18 aliquid tradit *A* utique *B* 19 in testimonium *om. A* 25 undeunde *Urs:* unde *AB* 28 et *om. B* 29 separationem *Gel:* separatio *AB* 30 factorum *fort.*

humanus affectus, in ordinariam et extraordinariam formam, ordinariam quidem naturae deputans placidae cuiusque mortis, extraordinariam uero praeter naturam iudicans uiolenti cuiusque finis. qui autem primordia hominis nouimus, audenter determinamus mortem non ex natura secutam hominem, sed ex culpa ne ipsa quidem naturali; facile autem usurpari naturae nomen in ea quae uidentur a natiuitate ex accidentia adhaesisse. nam si homo in mortem directo institutus fuisset, tunc demum mors | naturae adscriberetur. porro non in mortem institutum f. 160 eum p⌊robat⌋ ipsa lex condicionali comminatione suspendens et arbitrio hominis addicens mortis euentum. denique si non deliquisset, nequaquam obisset. ita non erit natura quod ex exorbitationis potestate accidit per uoluntatem, non ex instituti auctoritate per necessitatem. proinde etsi uarii exitus mortis, ut est multimoda condicio causarum, nullum ita dicimus lenem ut non ui agatur. ipsa illa ratio operatrix mortis, simplex licet, uis est. quidni? quae tantam animae et carnis societatem, tantam a conceptu concretionem sororum substantiarum diuellit ac dirimit. nam etsi prae gaudio quis spiritum exhalet, ut Chilon Spartanus, dum uictorem Olympiae filium amplectitur, etsi prae gloria, ut Clidemus Atheniensis, dum ob historiarum praestantiam auro coronatur, etsi per somnium, ut Plato, etsi per risum, ut P. Crassus, multo uiolentior mors quae per aliena grassatur, quae animam per commoda expellit, quae tunc mori affert, cum iucundius uiuere est in exultatione in honore in requiete in uoluptate. uis est et inlata nauigiis, cum longe a Caphareis saxis, nullis depugnata turbinibus, nullis quassata decumanis, adulante flatu, labente cursu, laetante

6 culpam *A corr.* 12 obiisset *B* erat *Gel* 13 exorbitationis *scripsi:* oblationis *AB,* abolitionis *Hartelius* 15 diximus *AB* 17 quidni *Heraldus:* quid enim *AB* 21 clydemus *AB* ob historiarum praestantiam *scripsi:* ab historicis diu praestantium *AB,* ab histrionibus ob praestantiam *Gel,* ob historici stili praestantiam *Oehlerus* 25 iocundius *B* uere *B* 26 requie *B* et *om. B,* ut *Hartelius* inlata *scripsi:* illa *AB* nauigiis *Gel:* nauigii *AB* 27 Caphareis *Gel:* chapereis *B,* chaperei *A* nullis depugnata turbinibus *om. A* 28 cursu, laetante *Gel:* [cursulae tantae] *B, om. A*

comitatu, intestino repente perculsu cum tota securitate desidunt. non secus naufragia sunt uitae, etiam tranquillae mortis euentus. nihilo refert integram abire corporis nauem an dissipatam, cum animae nauigatio euertatur.

f. 160ᵛ 53. | ⌊Sed quo de⌋inde anima nuda et explosa deuertet? sine dubio prosequemur ex ordine. prius tamen quod est loci huius explebimus, ne, quia uarios exitus mortis ediximus, expectet quis a nobis rationes singulorum medicis potius relinquendas, propriis arbitris omnium letalium rerum siue causarum et ipsarum corporalium condicionum. plane ad immortalitatem animae hic quoque protegendam in mentione mortis aliquid de eiuscemodi exitu interstruam, in quo paulatim ac minutatim anima dilabitur; habitum enim sustinens defectionis abducitur, dum absumi uidetur, et coniecturam praestat interitus de excessus temperatura. tota autem in corpore et ex corpore est ratio. nam quisquis ille exitus mortis, sine dubio aut materiarum aut regionum aut uiarum uitalium euersio est: materiarum, ut fellis ut sanguinis; regionum, ut cordis ut iecoris; uiarum, ut uenarum ut arteriarum. dum igitur haec ex propria quaeque iniuriae causa uastantur in corpore ad usque ultimam euersionem et rescissionem uitalium id est naturalium finium situum officiorum, necessario et anima dilabentibus paulatim instrumentis et domiciliis et spatiis suis paulatim et ipsa migrare compulsa deducitur in diminutionis effigiem non alio modo, quam quo et aurigam ipsum quoque defecisse praesumitur, cum uires equorum defatigatio denegauit, quantum de dispositione destituti hominis, non de passionis ueritate. perinde auriga corporis spiritus animalis deficientis uectaculi nomine, non suo deficit, opere decedens, non uigore, actu elanguens, non statu, constantiam, non substantiam decoquens, quia comparere ces-

2 naufraugia *B* 3 cum *A*, dum *B* 5 DE ANIMARVM EXCESSV *AB*, *Gel: post haec uerba f. 160ʳ in A finitur* quo deinde´ *Gel:* quod inde *B* diuertit *A* 9 propris *A* arbitriis *B* 11 mentionem *B* 12 eiusmodi *B* quo paulatim ac minutatim anima *B*, quoque protegendam animam *A* 17 aut regionum—materiarum *om. A* 19 quaeque *scripsi:* quaque *AB* 21 recessionem *Gel* 23 spaciis *A* 28 deficiens uectaculis *A* 29 operę *A* languens *Gel* 30 comparere *ABmg*, comparare *B*

sat, non quia esse. sic et rapida quaeque mors, ut ceruicum messis, semel ac tantam ianuam pandens, ut ruinae uis semel omnia uitalia elidens, ut apoplexis, | interior ruina, nullam f. 161 animae moram praestat nec discessum eius in momenta discruciat. at ubi longa mors, prout deseritur anima, ita et deserit; non tamen conciditur hac facie, sed extrahitur, et dum extrahitur, postremitatem suam partem uideri facit. non omnis autem pars statim et abscisa est, quia postera est, nec quia exigua est, statim et ipsa peritura est. sequitur seriem suus finis et mediocritas trahitur ad summa et reliquiae uniuersitati cohaerentes expectantur ab illa, non derelinquuntur. atque ita ausim dicere, totius ultimum totum est, quia, licet minus atque posterius sit, ipsius est. hinc denique euenit saepe animam in ipso diuortio potentius agitari sollicitiore obtutu, extraordinaria loquacitate, dum ex maiore suggestu iam in libero constituta per superfluum quod adhuc cunctatur in corpore enuntiat quae uidet, quae audit, quae incipit nosse. si enim corpus istud Platonica sententia carcer, ceterum apostolica dei templum, cum in Christo est, sed interim animam consaepto suo obstruit et obscurat et concretione carnis infaecat, unde illi, uelut per corneum specular, obsoletior lux rerum est. procul dubio cum ui mortis exprimitur de concretione carnis, et ipsa expressione colatur; certe de oppanso corporis erumpit in apertum ad meram et puram et suam lucem, statim semetipsam in expeditione substantiae recognoscit et in diuinitatem ipsa libertate resipiscit ut de somnio emergens ab imaginibus ad ueritates. tunc et enuntiat et uidet, tunc exultat aut trepidat, prout paraturam deuorsorii sui sentit, de ipsius statim angeli facie, euocatoris animarum, Mercurii poetarum.

18] cf. Plat. Phaed. p. 62 B et 1 Cor. 6, 19.

2 ac *om. Pam* ut] aut *Urs* ruina *A* 3 uitalia *om. Gel* 5 prout *Bmg,* proubi *AB* anima *AB,* mors *Bmg* 6 conciditur hac facie *Gel:* conceditur hac facies *ABmg,* condicitur hac facie *B* 7 partim *fort.* 8 abscissa *B* 9 ipsa *om. Pam* 10 ad] a *A* 11 relinquuntur *A* 13 uenit *A* 14 solliciore *A corr.* 16 per *om. A* 19 consepto *AB* 20 per *om. A* 22 expręssione *A* 24 expedicione *A* 26 ut de somno. ut de somnio *A,* ut dė somno *B* 27 et *posterius*] quae *Gel* exaltat *B* 28 deuorsorii *AB,* diuersorii *Gel,* deuersorii *Pam* uocatoris *A*

54. Quo igitur deducetur anima, iam hinc reddimus. omnes f. 161v ferme philosophi, | ⌊qui im⌋mortalitatem animae, qualiterqualiter uolunt, tamen uindicant, ut Pythagoras, ut Empedocles, ut Plato, quique aliquod illi tempus indulgent ab excessu usque in conflagrationem uniuersitatis, ut Stoici, suas solas id est sapientium animas in supernis mansionibus collocant. Plato quidem non temere philosophorum animabus hoc praestat, sed eorum qui philosophiam scilicet exornauerint amore puerorum. adeo etiam inter philosophos magnum habet priuilegium impuritas. itaque apud illum in aetherem sublimantur animae sapientes, apud Arium in aerem, apud Stoicos sub lunam. quos quidem miror, quod imprudentes animas circa terram prosternant, cum illas a sapientibus multo superioribus erudiri affirment. ubi erit scholae regio in tanta distantia diuersoriorum? qua ratione discipulae ad magistras conuentabunt tanto discrimine inuicem absentes? quis autem illis postumae eruditionis usus ac fructus iamiam conflagratione perituris? reliquas animas ad inferos deiciunt. hos Plato uelut gremium terrae describit in Phaedone, quo omnes labes mundialium sordium confluendo et ibi desidendo exhalent et quasi caeno immunditiarum suarum grossiorem haustum et priuatum illic aerem stipent.

55. Nobis inferi non nuda cauositas nec subdiualis aliqua mundi sentina creduntur, sed in fossa terrae et in alto uastitas et in ipsis uisceribus eius abstrusa profunditas, siquidem Christo in corde terrae triduum mortis legimus expunctum, id est in recessu intimo et interno et ex ipsa terra operto et intra ipsam clauso et inferioribus adhuc abyssis superstructo.

6] cf. Plat. Sympos. p. 203. Phaedr. p. 248 sq. 18] cf. Plat. Phaed. p. 112 sq. 25] cf. Eph. 4, 9. 1 Cor. 15, 4 sqq.

1 DE RECEPTV *AB, Gel* Quod *A* 2 fermae *A* qualiter qualiter *Oehlerus:* qualiter *AB* 3 tantum *B* pytagoras *A* 5 ut] et *A* sapientum *B* 10 etherem *A* 11 haerem *A* 13 illa *A* 14 scolae *A* deuersorium *A* 15 conuertentur *ABmg* 19 phedone *A* 20 et *posterius om. AB* 21 suarum *om. A* crassiorem *Gel* illicerem *A,* illic aere *fort.* 25 Christum *B* terrae] trita *A* triduum—expunctum *om. A* 26 ex *B,* in *A* 27 clauso *AB,* cauato *Bmg* superstructo. DE INFERIS ET AN ILLVC OM̃S A *A;* nimae compellentur (compellantur *Gel) add. B, Gel*

quodsi Christus deus, quia et homo, mortuus secundum scripturas et sepultus | secundum easdem, huic quoque legi satis- f. 162 fecit forma humanae mortis apud ⌊infe⌋ros functus nec ante ascendit in sublimiora caelorum quam descendit in inferiora terrarum, ut illic patriarchas et prophetas compotes sụi faceret, habes et regionem inferum subterraneam credere et illos cubito pellere, qui satis superbe non putent animas fidelium inferis dignas. serui super dominum et discipuli super magistrum, aspernati, si forte, in Abrahae sinu expectandae resurrectionis solacium capere. sed in hoc, inquiunt, Christus inferos adiit, ne nos adiremus: ceterum quod discrimen ethnicorum et Christianorum, si carcer mortuis idem? quomodo ergo anima exhalabit in caelum, Christo illic adhuc sedente ad dexteram patris, nondum dei iussu per tubam archangeli audito, nondum illis, quos domini aduentus in saeculo inuenerit, obuiam ei ereptis in aerem, cum his qui mortui in Christo primi resurgent? nulli patet caelum, terra adhuc salua, ne dixerim clausa. cum transactione enim mundi reserabuntur regna caelorum. sed in aethere dormitio nostra cum puerariis Platonis aut in aere cum Ario aut circa lunam cum Endymionibus Stoicorum. immo, inquis, in paradiso, quo iam tunc et patriarchae et prophetae appendices dominicae resurrectionis ab inferis migrauerint. et quomodo Iohanni in spiritu paradisi regio reuelata, quae subicitur altari, nullas alias animas apud se praeter martyrum ostendit? quomodo Perpetua fortissima martyr sub die passionis in reuelatione paradisi solos illic commartyres suos uidit, nisi quia nullis romphaea paradisi ianitrix cedit nisi qui in Christo decesserint, non in Adam? noua mors pro deo et extraordinaria pro Christo alio et priuato | ⌊exci⌋pitur hospitio. f. 162v agnosce itaque differentiam ethnici et fidelis in morte, si pro

1] cf. 1 Cor. 15, 3 sq. 4] cf. Eph. 4, 9. 5] cf. 1 Petr. 3, 19. 8] cf. Matth. 10, 24. 9] cf. Luc. 16, 22. 14] cf. 1 Thess. 4, 16 sqq. 21] cf. Matth. 27, 52. 23] cf. Apoc. 6, 9.

2 secundum] secus *A* hic *Gel* 6 originem *Gel* 7 quia *Gel* 8 dño *A* 10 carpere *B* 12 quomodo *Gel:* quo *AB* animam *AB* 13 sedente ad dexteram patris *om. A* 14 turbam *A corr.* 16 raptis *Gel* 17 inclausa *fort.* 19 pueris *B* 26 paradysi *A* commartyres *Gel:* contra martyres *B*, martyras *A* [suos] *B, om. A* 27 romphea *A* caedit *B*

deo occumbas, ut paracletus monet, non in mollibus febribus et in lectulis, sed in martyriis, si crucem tuam tollas et sequaris dominum, ut ipse praecepit. tota paradisi clauis tuus sanguis est. habes etiam de paradiso a nobis libellum, quo constitui mus omnem animam apud inferos sequestrari in diem domini.

56. Occurrit disceptatio, an hoc ab excessu statim fiat, an quasdam animas aliqua ratio detineat hic interim an etiam receptas liceat postea ab inferis ex arbitrio uel ex imperio interuenire. nec harum enim opinionum suasoriae desunt. creditum est insepultos non ante ad inferos redigi quam iusta perceperint, secundum Homericum Patroclum funus in somniis de Achille flagitantem, quod non alias adire portas inferum posset arcentibus eum longe animabus sepultorum. nouimus autem praeter poeticae iura pietatis quoque Homericae industriam. tanto magis enim curam sepulturae collocauit, quanto etiam moram eius iniuriosam animabus incusauit, simul et ne quis defunctum domi detinens ipse amplius cum illo maceretur enormitate solacii dolore nutrito. ita querellas animae insepultae ad utrumque confinxit, ut instantia funeris et honor corporum seruetur et memoria affectuum temperetur. ceterum quam uanum, ut anima corporis iusta sustineat, quasi aliquid ex illis ad inferos auehat? multo uanius, si iniuria deputabitur animae cessatio sepulturae, quam pro gratia deberet amplecti. utique enim tardius ad inferos abstrahi malet, quae nec mori uoluit. amabit impium heredem, per quem adhuc pascitur luce. aut si qua pro certo iniuria est tardius sub f.163 terram detrudi, titulus autem iniuriae | cessatio est sepulturae, perquam iniquum eam iniuria affici, cui no⌊n⌋ imputatur cessatio sepulturae ad proximos scilicet pertinens. aiunt et in-

2] cf. Matth. 10, 38. 12] cf. Hom. Il. XXIII 72 sqq.

1 paraclitus *A* 3 paradysi *A* 4 habet *A* 6 AN COMMORENTVR HIC ANIMAE POST MORTEM VEL AB INFERIS COMMEENT *Gel* 9 suasoria *Scal* 10 insepultas *B* ante *add. Gel* redici *A corr. ut uidetur m. rec.* 11 somnis *Gel* 13 argentibus *A* 14 poeticę *A*, poetica *B* 18 nutrito *scripsi:* nutriti *AB* querelas *B* 20 memoria *ABmg*, moeror *B* 24 mallet *A* 28 ea iniuriam *B* imputatur *Gel:* imputabitur *AB* 29 AN DEMORENTVR HIC ANIMAE POST MORTEM. Aiunt *AB*

matura morte praeuentas eo usque uagari istic, donec reliquatio compleatur aetatis, quam tum peruixissent, si non intempestiue obissent. porro aut constituta sunt tempora unicuique, et constituta praeripi posse non credam, aut si constituta sunt quidem, dei tamen uoluntate uel aliqua potestate mutilantur, frustra mutilantur, si iam impleri sustinent. aut si non sunt constituta, nulla erit reliquatio temporum non constitutorum. adhuc addam. ecce obiit uerbi gratia infans sub uberum fontibus, puta nunc puer inuestis, puta uesticeps, qui tamen LXXX annos uicturus fuisset, hos praereptos ut anima eius hic post mortem transigat quale est? aetatem enim non potest capere sine corpore, quia per corpora operantur aetates. nostri autem illud quoque recogitent, corpora eadem recepturas in resurrectione animas, in quibus decesserunt. idem ergo sperabuntur et corporum modi et eaedem aetates, quae corporum modos faciunt. quo ergo pacto potest infantis anima hic transigere praerepta tempora, ut octogenaria resurgat in corpore mensis unius? aut si hic necesse erit ea tempora impleri quae fuerant destinata, num et ordinem uitae, quem sortita sunt tempora pariter cum illis hic destinatum, pariter hic anima decurret, ut et studeat ab infantia pueritiae delegata et militet ab adulescentia iuuenta excitata et censeat a iuuenta senectae ponderata et fenus exprimat et agrum urgeat nauiget litiget nubat laboret, aegritudines obeat et quaecumque illam cum temporibus | ⌊mane⌋bant tristia ac laeta? sed haec sine corpore quo- f. 163v modo transigentur? uita sine uita? sed uacua erunt tempora solo decursu adimplenda. quid ergo prohibet apud inferos ea implere, ubi perinde nullus est usus illorum? ita dicimus omnem animam, quaqua aetate decesserit, in ea stare ad eum

1 eo usque *B*, eosque *A* isthic *B* relinquatio *A* 2 aetatis *Gel:* aetatum *B*. aestatum *A* quam tum *scripsi:* qua cum *AB*, quas tum *Urs*, quacum *Lat*, quantum *Oehlerus* 3 obiissent *B* 4 praecipi *Gel* non *A*, ne *B* 5 potestate mutilantur *B*, potestatum utilantur *A*, potestatum mutilantur *Bmg* 6 sustinent *Gel:* sustinentur *AB* 13 resurrectionem *A* 14 discesserunt *A* 15 aedem *A* modos *Gel:* modo *AB* 21 adolescentia *B* 22 inuenta *B*, iuuentae *Oehlerus* senecta *Rig* 23 fęnus *A* 29 eum] eam *A*

diem usque, quo perfectum illud repromittitur ad angelicae plenitudinis mensuram temperatum. perinde extorres inferum habebuntur quas ui ereptas arbitrantur, praecipue per atrocitates suppliciorum, crucis dico et securis et gladii et ferae; nec isti porro exitus uiolenti quos iustitia decernit, uiolentiae uindex. et ideo, inquies, scelestae quaequae animae inferis exulant. alterum ergo constituas compello aut bonos aut malos inferos. si malos placet, etiam praecipitari illuc animae pessimae debent: si bonos, cur idem animas immaturas et innuptas et pro condicione aetatis puras et innocuas interim indignas inferis iudicas?

57. Aut optimum est hic retineri secundum aoros aut pessimum secundum biaeothanatos, ut ipsis iam uocabulis utar quibus auctrix opinionum istarum magia sonat, Ostanes et Typhon et Dardanus et Damigeron et Nectabis et Berenice. publica iam litteratura est quae animas etiam iusta aetate sopitas, etiam proba morte disiunctas, etiam prompta humatione dispunctas euocaturam se ab inferum incolatu pollicetur. quid ergo dicemus magian? quod omnes paene, fallaciam. sed ratio fallaciae solos non fugit Christianos, qui spiritalia nequitiae, non quidem socia conscientia, sed inimica scientia nouimus, |
f. 164 nec inuitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione tr⌞actamus⌟ multiformem luem mentis humanae, totius erroris artificem, saluti⌞s⌟ pariter animaeque uastatricem scientiam magiae, secundae scilicet idololatriae, in qua se daemones perinde mortuos fingunt, quemadmodum in illa deos. quidni? cum et dii mortui. itaque inuocantur quidem aori et biaeothanati sub illo fidei argumento, quod credibile uideatur eas potissimum animas ad uim et iniuriam facere quas per uim et iniuriam saeuus

2 perinde *scripsi:* proinde *AB* nec extorres *Urs* 3 praecipua atrocitate *ABmg* 7 exultant *A* aut bonos inferos aut malos *B* 10 indignas *Urs:* dignas *AB* 11 non iudicas *Pam* 12 retineris *A* aoros *Bmg,* achoros *AB* 13 biaeothanato *A* 14 magica *B* Ostanes *Gel:* ostentantes *AB,* Hostanes *Pam* 16 litteratura *B,* littera *ABmg* sop*itas *A* 19 magiam *B* poenae *B* 20 fallatiae *A* 22 *ope*ratione *A* 24 uastatricem scientiam magiae *Urs:* uastatorem. sic etiam magiae *AB* 25 scilicet et *B* idolatriae *A corr. m. alia eiusdem aetatis* per*i*nde *A* 27 itaque] aeque *Oehlerus* hacori *A,* achori *B* uiothanati *Rig*

et immaturus finis extorsit, quasi ad uicem offensae. sed daemones operantur sub ostentu earum, et hi uel maxime qui in ipsis tunc fuerunt, cum aduiuerent, quique illas in huiusmodi impegerant exitus. nam et suggessimus nullum paene hominem carere daemonio, et pluribus notum est daemoniorum quoque opera et immaturas et atroces effici mortes, quas incursibus deputant. hanc quoque fallaciam spiritus nequam sub personis defunctorum delitescentis, nisi fallor, etiam rebus probamus, cum in exorcismis interdum aliquem se ex parentibus hominis sui affirmat, interdum gladiatorem uel bestiarium, sicut et alibi deum, nihil magis curans quam hoc ipsum excludere quod praedicamus, ne facile credamus animas uniuersas ad inferos redigi, ut et iudicii et resurrectionis fidem turbet. et tamen ille daemon, postquam circumstantes circumuenire temptauit, instantia diuinae gratiae uictus id quod in uero est inuitus confitetur. sic et in illa alia specie magiae, quae iam quiescentes animas euellere ab inferis creditur et conspectui exhibere, non alia fallaciae uis est | ⌊oper⌋atior. plane, quia f. 164v
et phantasma praestatur, quia et corpus affingitur; nec magnum illi exteriores oculos circumscribere, cui interiorem mentis aciem excaecare perfacile est. corpora denique uidebantur Pharaoni et Aegyptiis magicarum uirgarum dracones. sed Mosei ueritas mendacium deuorauit. multa utique et aduersus apostolos Simon dedit et Elymas magi; sed plaga caecitatis de praestigiis non fuit. quid noui aemulatio ueritatis a spiritu immundo? ecce hodie eiusdem Simonis haereticos tanta praesumptio artis extollit, ut etiam prophetarum animas ab inferis mouere se spondeant. et credo quia mendacio possunt. nec enim pythonico

21] cf. Ex. 7, 12. 23] cf. Act. 8, 9 sqq. 24] ibid. 13, 8 sqq. 28] cf. 1 Sam. 28, 6 sqq.

1 et immaturus *Gel:* etiam maturus *AB* ad inuicem *ABmg* sed *om. B* 2 obtentu *B* 4 impegerunt *Urs* 5 capere *A* 6 quasi *A* 7 supsonis *A* 10 hominis *Mercerus:* hominem *AB* sui *AB,* suis *Urs,* fuisse *Iun* 12 predicamus *A* 13 turbet *Urs:* turbent *AB* 16 sp&ię *A* 18 operantior *Oehlerus* 19 magnum *A, Gel,* imaginum *B* 22 Moysis *Rig* 23 deuorat *A* 24 dedit *om. A,* edidit *Scal* 25 immundorum *A corr.* 26 hodię *A* heretici *A,* haeretici *Bmg,* heredes *Gebhardtus* artis extollit *Bmg,* se artis extollit *A,* artifex tollit *B* 28 mendatio *A* phytonico *A*

tunc spiritui minus licuit animam Samuelis effingere post deum mortuos consulente Saule. absit alioquin, ut animam cuiuslibet sancti, nedum prophetae, a daemonio credamus extractam, edocti quod ipse satanas transfiguretur in angelum lucis, nedum in hominem lucis, etiam deum se adseueraturus in fine signaque portentosiora editurus ad euertendos, si fieri possit, electos. dubitauit, si forte, tunc prophetam se dei adseuerare et utique Sauli, in quo iam ipse morabatur. ne putes alium fuisse qui phantasma administrabat, alium qui commendabat, sed eundem spiritum et in pseudoprophetide et in apostata facile mentiri quod fecerat credi, per quem Saulis thensaurus illic erat ubi et cor ipsius, ubi scilicet deus non erat. et ideo per quem uisurum se credidit uidit, quia per quem uidit et credidit. si et de nocturnis imaginibus opponitur saepe non frustra mortuos uisos (nam et Nasamonas propria oracula apud parentum sepulcra mansitando captare, ut Heraclides scribit uel Nymphodorus uel Herodotus, et Celtas apud uirorum fortium f. 165 busta | eadem de causa abnoctare, ut Nicander affirmat), non magis mortu⌞os⌟ uere patimur in somnis quam uiuos, si eadem ratione mortuos qua et uiu⌞os⌟. nec omnia, quae uidentur uera sunt. non enim quia uidentur uera sunt, sed quia adimplentur. fides somniorum de effectu, non de conspectu renuntiatur. nulli autem animae omnino inferos patere satis dominus in argumento illo pauperis requiescentis et diuitis ingemiscentis ex persona Abrahae sanxit, non posse inde relegari renuntiatorem dispositionis infernae, quod uel tunc licere potuisset, ut Moysi et prophetis crederetur. Sed etsi

4] 2 Cor. 11, 14. 5] cf. 2 Thess. 2, 4. 6] Matth. 24, 24. 11] cf. Matth. 6, 21. 17] cf. Herod. IV 172. 24] cf. Luc. 16, 25.

5 asseueraturus *A* in fine *A*, insigne *B*, *del. Gel* 6 signa *A* portentosiora—euertendos *om. A* 7 asseuerare *A* 9 fantasma *A* administrauit *A* eodem spũ *ABmg* 10 pseudopropheti *A* 11 sauli *A* thesaurus *B* 14 frustrari *Gel* 15 uiuos *A* Nasammonas *B* 16 sepulchra *B* 17 nymphidorus *ex* nympidorus *A* 19 patitur *ABmg* si *A*, sed *B* 20 nec *scripsi:* et *AB*, at *Gel* somnia *Gel* 21 uera sunt *om. A* 24 illo *om. A* 25 ingemescentis *A* inde *del. Gel* 26 renuctiatorem *A*

quasdam reuocauit in corpora dei uirtus in documenta iuris sui, non idcirco communicabitur fidei et audaciae magorum et fallaciae somniorum et licentiae poetarum. atquin in resurrectionis exemplis, cum dei uirtus siue per prophetas siue per Christum siue per apostolos in corpora animas repraesentat, solida et contrectabili et satiata ueritate praeiudicatum est hanc esse formam ueritatis, ut omnem mortuorum exhibitionem incorporalem praestigias iudices.

58. Omnis ergo anima penes inferos, inquis? uelis ac nolis, et supplicia iam illic et refrigeria; habes pauperem et diuitem. et quia distuli nescio quid ad hanc partem, iam opportune in clausula reddam. cur enim non putes animam et puniri et foueri in inferis interim sub expectatione utriusque iudicii in quadam usurpatione et candida eius? quia saluum debet esse, inquis, in iudicio diuino negotium suum sine ulla praelibatione sententiae; tum quia et carnis opperienda est restitutio | ⌊ut c⌋onsortis operarum atque mercedum. quid ergo f. 165v fiet in tempore isto? dormiemus? at enim animae nec in uiuentibus dormiunt; corporum enim est somnus, quorum et ipsa mors cum speculo suo somno. aut nihil uis agi illic, quo uniuersa humanitas trahitur, quo spes omnis sequestratur? delibari putas iudicium an incipi? praecipitari an praeministrari? iam uero quam iniquissimum otium apud inferos, si et nocentibus adhuc illic bene est et innocentibus nondum? quid amplius uis esse post mortem confusam spem et incerta expectatione ludentem an uitae recensum iam et ordinationem iudicii inhorrentem? semper autem expectat anima corpus, ut doleat aut gaudeat? nonne et de suo sufficit sibi ad

10] cf. Luc. 16, 19 sqq.

5 representat *A* 9 AN PVNIANTVR APVD INFEROS ANIMAE *AB*, AN ALIQVID INTERIM PATIANTVR APVD INFEROS ANIMAE *Gel* omnes *B* animae *B* inquit *A* 11 oportunę *A* 12 clausulam *B* 14 quadamus *A* 15 in *del. Urs* 16 tum *Gel:* et tunc *B*, *om. A* operienda *B* 23 otium *A*, etiam *B* 25 ampliationem *Urs* esse *om. A, add. m. alia eiusdem aetatis* confusam spem *Oehlerus:* confusa spe *AB* 28 gaudeat] geat *B*

utrumque titulum passionis? quotiens inlaeso corpore anima sola torquetur bile ira taedio plerumque nec sibi noto? quotiens item corpore afflicto furtiuum sibi anima gaudium exquirit et a corporis importuna tunc societate secedit? mentior, si non de ipsis cruciatibus corporis et gloriari et gaudere sola consueuit. respice ad Mutii animam, cum dexteram suam ignibus soluit; respice ad Zenonis, cum illam Dionysii tormenta praetereunt. morsus ferarum ornamenta sunt iuuentutis ut in Cyro ursi cicatrices. adeo nouit et apud inferos anima et gaudere et dolere sine carne, quia et in carne et inlaesa si uelit dolet et laesa si uelit gaudet. hoc si ex arbitrio suo in uita, quanto magis ex iudicio dei post mortem? sed nec omnia opera optiuo cum carnis ministerio anima partitur; nam et solos cogitatus et nudas uoluntates censura diuina persequitur. qui uiderit | ad concupiscendum, iam adulterauit in corde. ergo uel propter hae⌊c⌋ congruentissimum est animam, licet non expectata carne, puniri, quod non sociata carne commisit. sic et ob cogitatus pios et beniuolos, in quibus carne non eguit, sine carne recreabitur. quid nunc, si et in carnalibus prior est quae concipit, quae disponit, quae mandat, quae impellit? et si quando inuita, prior tamen tractat, quod per corpus actura est. numquam denique conscientia posterior erit facto. ita huic quoque ordini competit eam priorem pensare mercedes cui priori debeantur. in summa, cum carcerem illum, quem euangelium demonstrat, inferos intellegimus et nouissimum quadrantem modicum quoque delictum mora resurrectionis illic luendum interpretamur, nemo dubitabit animam aliquid pensare penes inferos salua resurrectionis

f. 166

15] Matth. 5, 28. 25] cf. ibid. 5, 25 sqq.

1 in laeso *B* 4 tunc importuna *A* 7 ad *om. A* 10 dolere et gaudere *Pam* *quartum* et *om. B* 13 optiuo *scripsi:* optima *AB*, *om. Gel* partitur *Bmg*, patitur *AB* 16 uel *om. Pam* hoc *Gel* 17 puniri quod non sociata carne *om. A* 18 beneuolos *B* 19 in *om. A* 20 desponit *A* 24 eam *AB*, etiam *Gel* priori *ABmg*, priores *B* debeatur *A* 25 quem *Urs:* quod *AB* intelligamus *Urs* 27 interpretemur *Urs* 28 ad animam *A*

plenitudine per carnem quoque. hoc etiam paracletus frequentissime commendauit, si qui sermones eius ex agnitione promissorum charismatum admiserit. ad omnem, ut arbitror, humanam super anima opinionem ex doctrina fidei congressi iustae dumtaxat ac necessariae curiositati satisfecimus. enormi autem et otiosae tantum deerit discere quantum libuerit inquirere.

1 paraclitus *A* 2 quis *B* 5 curiositati *Gel:* curiositatis *AB* satisfecimus *Urs:* fecimus *A*, faciemus *B*, satisfaciemus *Gel* 7 tertulliani de censu animae explicit; | f. 166v *A*, Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI LIBRI DE ANIMA FINIS *B*

ALCIMVS AVITVS. Ed. Ant. Kvnz.

BOETHIVS. Ed. G. Schepss et Th. Stangl.

CASSIODORVS. Ed. Stettner et Stangl.

DRACONTIVS de deo libri III, EVGENIVS TOLETANVS, Verecundus. Pseudoiuuencus. Ed. R. Peiper.

FVLGENTIVS RVSPENSIS. Ed. G. Wissowa.

HIERONYMVS. De uiris inlustribus (cum Gennadii libro de uiris inlustribus). Ed. I. Hvemer.

Comment. in euang. Matthaei, Comm. in Pauli epistolas, Translatio homiliarum Origenis in Lucam. Ed. P. Corssen.

Aduersus Iouinianum Vigilantium Iohannem Hieros. Rufinum Pelagianos et quae exstant in uol. XXIII, Mign. Ed. F. Koch.

HILARIVS PICTAVIENSIS. Ed. A. Zingerle et H. S. Sedlmayer.

ITINERA HIEROSOLYMITANA. Ed. P. Geyer.

IVLIANVS POMERIVS. Ed. I. M. Stowasser.

IVLIVS HILARIANVS. Ed. Nic. Mveller.

IVVENCVS. Ed. I. Hvemer.

LACTANTIVS. Ed. G. Lavbmann et S. Brandt.

MAXIMVS TAVRINENSIS. Ed. A. Scheindler.

OPTATVS MILEVITANVS. Ed. Car. Ziwsa.

PACIANVS. Ed. Nic. Mveller.

PASCHASIVS. Ed. A. Engelbrecht.

PAVLINVS NOLANVS. Ed. Guil. Hartel.

PHILASTRII LIBER DE HAERESIBVS. Ed. Fr. Marx.

PRVDENTIVS. Ed. I. Hvemer.

RVFINVS. Ed. F. Wrobel et B. Niese.

TERTVLLIANVS. Ed. A. Reifferscheid et G. Wissowa.

Carmen Pseudotertullianeum adu. Marcionem. Ed. A. Oxé.

VALERIANVS CIMELIENSIS. Ed. I. M. Stowasser.

VICTORINVS (de septem fratribus Maccabaeis, hymni tres, de Iesu Christo deo et homine, de lege domini, de natiuitate uita passione et resurrectione domini), RVSTICIVS ELPIDIVS (de Iesu Christi beneficiis, historiarum testam. uet. et nou. tristicha). Incerti auctoris laudes domini et carmen de Balbianis. Ed. W. Brandes.

VICTORINVS PETAVIENSIS. Ed. I. Havssleiter.

VINCENTIVS LERINENSIS. Ed. Heinrich.

Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum.

Praeparantur:

AMBROSIVS. Ed. C. Schenkl et M. Ihm.

ARATOR. Ed. H. Schenkl.

AVGVSTINVS. Retractationes et Confessiones. Ed. P. Knoell.

Contra academicos, De beata uita, De ordine, De musica, De magistro, De libero arbitrio, De moribus eccles. et de mor. Man., De uera religione et quae exstant in uol. XXXII. p. 1385—1474 Mign. Ed. I. M. Stowasser.

Soliloquia, De immortalitate animae, De quantitate animae, De genesi contra Manichaeos. Ed. A. Holder.

Epistulae. Ed. A. Goldbacher.

De doctrina Christiana, De trinitate, Enchiridion de fide, De catechizandis rudibus. Ed. Nic. Mveller.

Enarrationes in psalmos. Ed. M. Gitlbaver.

De consensu euangelistarum, De sermone domini in monte habito. Ed. F. Weihrich.

De diuersis quaestionibus octoginta tribus liber, de diuersis quaestionibus ad Simplicium libri duo, de octo Dulcitii quaestionibus, de fide rerum quae non uidentur. (Mign. XL, p. 11—180.) Ed. R. Kukula.

De fide et symbolo, De fide et operibus, De agone christiano, De continentia et quae exstant in eodem uolumine Mign. XL, p. 349—626, De nuptiis et concupiscentia. Ed. J. Egger.

De utilitate credendi, De duabus animabus, Contra Fortunatum Manichaeum, Contra Adimantum, Contra epistolam Manichaei, Contra Faustum Manichaeum, De actis cum Felice Manichaeo, De natura boni contra Manichaeos, Secundini Manichaei epistola ad August., Contra Secundinum Manichaeum, De fide contra Manichaeos, Commonitorium de recipiendis Manichaeis. (Mign. XLII, p. 42—602.) De genesi ad litt. lib. imperf., De genesi ad litt., Locutionum in Heptateuch. lib. VII, Quaest. in Heptateuch., Adnot. in Iob (= Mign. XXXV, p. 219—886). Ed. Ios. Zycha.


Psalmus contra partem Donati, Contra epistolam Parmeniani, De baptismo contra Donatistas, Contra litteras Petiliani, Contra Donatistas epistola, Contra Cresconium Donatistam, De unico baptismo contra Petilianum, Breuiculus collationis cum Donatistis, Ad Donatistas post collationem, Sermo ad Caesareensis ecclesiae plebem, De gestis cum Emerito, Contra Gaudentium, Sermo de Rusticiano subdiacono, Liber contra Fulgentium (Mign. XLIII). Ed. M. Petschenig.

Opera polemica aduers. Pelagianos (Mign. XLIV, p. 109—410, 475—638). Ed. C. Vrba.

Contra Iulianum haeresis Pelag. defensorem (Mign. XLIV, p. 641—874). Ed. H. Koebert.

Sermones. Ed. E. Havler.

Opera polemica contra reliquos haereticos et contra Iudaeos. (Mign. XL, 603 sqq.) Ed. Fr. Klein.


3 0112 059073897
3 0112 076461646